Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

COLEGIO DE ESTUDIOS SUPERIORES
BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

RERVM

BVRGVNDICARVM LIBRI SEX,

In quibus describuntur res gestæ Regum, Ducum, Comitumque vtriusque Burgundiæ; ac in primis

PHILIPPI AVDACIS,
IOANNIS INTREPIDI,
PHILIPPI BONI, Imperij Belgici conditoris,
CAROLI PVGNACIS;

qui è Valesia Francorum Regum familia apud Burgundos imperarunt.

32365

Quorum postremus liber, qui est sextus, continet Genealogias familiarum eorum maximè Principum de quibus in vniuerso Opere sit mentio; docens quoque rationem stemmatum per auita Insignia disponendorum.

AVCTORE
PONTO HEVTERO DELFIO.

Cum Indice rerum memorabilium stemmatumque locupletissimo.

REAL COLEGIO DE ESTUDIOS SUPERIORES DE SAN ILDEFONSO
UNIVERSIDAD DE MEXICO
LIBRERIA

ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini,
M. D. LXXXIIII.

159242

Universidad de Deusto
Biblioteca

CARMEN IN HISTORIAM

BVRGVNDICAM PONTI HEVTERI, CONscriptum à Petro T. P. M. F.

NON hîc inuenies ſtolidi facta impia Caïj,
Nec quem non potuit Seneca emendare Neronem,
Et quos prætereà perpeſſa eſt Roma tyrannos,
Aut Siculum tellus, his fœcundiſſima monſtris,
Qui taciti æterna debebant nocte latêre
Exemplis alios ne talibus iritarent.
Vix hîc inuenies, quod non imitabile dicas,
Aut certè paucos in tanto corpore næuos:
Hîc Burgundiaci cernes primordia regni,
Et quæ bella ferox cum forti Aurelia gente
Geſſerit ancipiti colludens pectora Marte:
Hîc & facta leges miranda vtriuſque Philippi,
Scipiadûm factis æqualia Romanorum;
Hîc Bonus, ille Audax, dicti de moribus ambo;
Hîc etiam Intrepidi pectus mirabile Iani,
Et quem Pugnacem dicunt cognomine Carlum,
Improba quem tandem ſpes ambitioſa fefellit,
Dum gentem bello fortemque inopemque laceſſit:
Et Comitumque; Ducumque domos ab origine prima,
Miſtaque Germanis Belgarum ſtemmata noſces,
Quæ noſter minimè fucatis omnia verbis
Pontus ab Auctorum conquiſita vndique turba
Proſequitur: fidei ſummæ, immenſique laboris
Cernis opus: fruere his ergo, æternumque valeto.

AD PHILIPPVM SECVNDVM HISPANIARVM MONARCHAM CATHOLICVM, REGEM NOSTRÆ TEMPESTATIS POTENTISSIMVM AC INVICTISSIMVM,

Ponti Heuteri Delfij Epiſtola dedicatoria.

CRANTOR Philoſophus olim peregregius, ac Poëta non indoctus, Platonis auditor, Rex Sereniſſime, cùm humanarum cogitationum, ac quę ex his naſcuntur actionum, rationem inire percuperet, ſolerti eas diuiſione metitus, in quatuor diſtinxit partes. Primam virtuti tribuens, ab eius nos ſcopo aberrare non poſſe voluit, ſi cogitationes, actioneſque omnes ad temperantiam, iuſtitiamque direxiſſemus. Alteram valetudinis curæ attribuit, prudenter iudicans aduerſam, multis mentem ac ſæuis inuoluere moleſtiis, rationem non rarò perturbare, animumque quem in rebus excogitandis ac exequendis, maximè liberum erectumque eſſe decet, planè deiicere, ac in ordinem cogere, ad huius verò conſeruationem cibi ac exercitij moderatam rationem, pro vniuſcuiuſque corporis temperamento, inſtitui debere iubebat. Tertiam partem honeſtis voluptatibus dandam cenſuit, quas cùm vnicuique è proprio liceat depromere animo, neceſſe non eſſe vt extrinſecus quæramus. Poſtremam vitæ noſtræ partem, comparandis opibus, corporis vſui neceſſariis reliquit, quòd non ſolùm inopia neceſſariam valetudinis curam ſæpius impediat; ſed honeſtarum voluptatum meditationi dedito plurimum noceat, ac permagnum his adferat impedimentum, qui ad arduum illud virtutis aſylum, cum fame non imbecilli animo luctantes contendunt. Hæc ante Crantorem, cùm perſpexiſſet diuinus ille eius præceptor Plato, eandem ſententiam pauciori bus complexus eſt verbis, aſſerens primam ortus noſtri partem patriæ deberi: alteram amicos, cognatos ac affines iure optimo ſibi vendicare: quod reſtat priuatæ neceſſitati relictum. Ieſus Chriſtus philoſophiæ ac ſalutis noſtræ auctor, poſt vtrumque paulo breuiùs eandem rem exprimit, cùm nos ante omnia cæleſte regnum quærere iubet, promittens cætera omnia vltrò nobis acceſſura. Sciebat enim ſapientiſſima illa æterni patris mens, nil nobis boni ſine virtute obuenire poſſe, fruſtraque alia omnia hac neglecta expeti, pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti, proinde ne in quærendis opibus conſeneſceremus, quæ his potiora ſint docet. At ea quæ ad valetudinis conſeruationem pertinent negligi debere nuſquam nec præcipit, nec conſulit. Languente enim corpore, animus ægritudine non caret. Cùm verò inter ſe probè congruunt, è quibus id conſtat, ſenſus exteriores, ac interiores, ſolertiùs, liberiuſque officio ſuo funguntur, ingenij indoles alacriùs vim ſuam exerit, creſcit iudicij acumen, intenditur memoriæ vigor, virtutis quoque imaginatiuæ, quam Græci φαντασίαν vocant, vſus ſequitur purior, ac quo nihil in hac vita optari poteſt præſtantius, ſentimus multò ſuauius, temperatiſſimam in mente harmoniam, è diuinæ lucis ſcintillulis, omnium hominum animis impreſſis, ſeque ſemper vno eodemque modo habentibus reſilientem, quas ſi adoleſcere liceret, natura nos ad rerum cæleſtium cognitionem duceret. Certè ex animi ac corporis iuſta proportione, honeſtæ illæ à Crantore nobis commendatæ voluptates petuntur, qui ſuauiſſimè ac liberrimè ſeipſo tum fruitur, cùm è rationis dictatu eas metitur, corporeiſque voluptatibus, à natura inſtitutis, vtitur, non abutitur. Indiget enim vita humana venere, cibo, potu, veſte, ac domicilio, quibus poſterioribus comparatis, Chriſtus quod ad corpus attinet, nos eſſe contentos iubet, reliquas verò cogitationes ac actiones, ad virtutis ac iuſtitiæ ſcopum dirigendas, vt ad perennes voluptates viam nobis ſternemus. Hæc cogitanti cui nō mirum videatur, cùm inhoneſtæ voluptates paucæ ſint, (ſi cum honeſtis comparentur) ac pro maiori parte in tragœdiam deſinant, homines tamen tanto animi impetu ac ardore eò ferri, ſeque tam profundè iis immergere, vt ab his planè abſorbeantur, ac in bruta animalia transformentur? idque eo magis mirandum, quòd nos natura omnes ad bonum tendere, ac properare ſummo conatu videamus, quanquam in eius electione tam ſimus varij, quot fermè terrarum orbis fert homines. Magna certè abditaque debet eſſe cauſa, quæ tam diuersè hominem de bono iudicare cogit. Maior enim pars honores, opes, corporis robur, venerea, innumeris immenſisque animi bonis, ac voluptatibus præfert. Quotus enim quiſque Creatorem vniuerſitatis in operibus ſenſibus ac menti expoſitis quærit? vbi ſunt qui ſe ſeriò cognoſcere ſtudent? Quot ſunt qui in cognitione rerum appetendarum ac fugiendarum tempus terendum cenſeant? cùm contracto ſupercilio hæc fermè omnes ſeſe ſcire iactitent, ac proinde alios quàm ſeipſos iudicare malint. Eheu quàm pauci ſunt, qui literarum ſtudia ſeriò, iuſtaque de cauſa appetunt, aut vt decet applicant, decepti iudicio ſenſus communis, qui honeſtas voluptates animo corporique nimium communes iudicat, adeoq; magnificè de corpore ſentit, vt parum aut nihil menti relinquat. Fateor equidem opes in tranſigenda hac vita non parum poſſe, etiam apud iuſtiſſimos; præmiumque virtutis quod ad corpus attinet, ſi mediocritas ſeruetur, non contemnendum haberi. Callimachi enim Poëtæ ſententia percelebri eſt decantatum, Diuitias ſine virtute claros nunquam efficere homines: Virtutem quoque ſine diuitiis perrarò, ac niſi humana quis ſuperarit, auctoritatem parere. Poëta Leſbia diuitias ſine virtute auctoritatem veram ſtabilemque adferre non poſſe exiſtimauit: ſimul verò coniunctas, finem bonorum iudicauit. Nam qui ob ſolum corporis robur, aut quòd ſint diuites potenteſq;, ſtolidè ferociunt, animo interim ignorantiæ veterno ſtupente, quàm parum quæſo à Leonibus, Tigris, ac Vrſis differunt! Ignorantia enim neglecto animo, ac qua is viuit virtute, iudicium ad corporea detrahit, abblandientibuſque ſenſibus, variis illecebris vt ſibi contempta iuſtitia inſeruiatur, vt plurimum euincit, certè leui momento, ſine ratione huc illuc ab opinionibus hos rapi ſingulis horis videmus. Quare nil mirum ſi honeſtas voluptates planè ignorent, corporeas ſectentur, virtutem contemnant, aut nullam eſſe putent quam non ambitio aut auaritia pepererit. Sed quid philoſophia cum Principe, dicet aliquis? plurimum certè, ſi Platoni credimus dicenti, beatam fore Rempublicam in qua Principes philoſophantur. Sed cui ego hac epiſtola profuiſſem, ſi auaro aut ambitioſo ſeruiens genio, eam ex inanibus conſuiſſem aſſentationibus, conquiſitiſque magno animi impetu falſis laudibus, Maieſtati tuæ inflatas vento buccas, fumos vanos ac ſtolidos exhalantes propoſuiſſem? Nil enim quàm quo animus excoli poſſit, ac melius ſapientiuſque viuere queamus, ſcripto eſt exhibendum, firmiſſimè enim hæc memoriæ hærent. Adulator enim ſibiipſi infamiam, ei cui adulatur (ſi fuerit admiſſus) ſtultitiæ nomen parit. Diogenes interrogatus quænam inter omnes beſtia maximè noceret: è feris (inquit) obtrectator; è cicuribus adulator. Principes fictis onerare virtutibus, verba eorum ad inſtar oracula excipere, ac ad cælum tollere, factis diuinitatem aſſcribere, ac vt ſummatim dicam, eos inter diuos collocare, quibus ita viſum eſt, faciant, ego Chriſtianos Principes, tuamque imprimis Maieſtatem pro homine non pro diuo coli velle, humanitatis tuæ tibi probè conſcius, ſat ſcio. Quare vt in recenſendis laudibus, ita etiam in humanæ imbecillitatis ac fragilitatis commemorandis exemplis, moderatum ac prudentem eſſe decet. Laudes enim ac virtutes Principum à Deo ortæ ad eum ſunt referendæ: vitia vt hominum propria ac omnibus communia, priuatis ac ſubditis ſunt diſſimulanda modeſteque ferenda,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab iis verò qui penes eos cum auctoritate ac potestate sunt, adhibita prudentia summo studio emendanda, cùm nihil in hoc inferiori orbe absolutum perfectumque reperiri possit. Reges enim tradito per maiorũ manus regno, imperare Deus iussit: Subditos verò his obedire, non leui transgressoribus statuta pœna, publicæ tranquillitatis ergô, cuius ipsè suo nomine Reges constituit custodes. Sed cæca ambitio, famelica auaritia, ac sui ipsius edax inuidentia, omni tempore magnis Principibus, Imperiisq; oblatrantes, ac quantum truculentæ belluæ potuere negotij facessentes, huic diuinæ constitutioni opponere sese sunt conatæ. Verùm quis conuellet quod Deus in pedes erigit? Quis alleuabit quod ille deiicit? Tibi verò Rex magnanime Historiam Burgundicam, honestarum sanè mearum voluptatum opus laboriosum, at non iniucundum, dedicare statui, quòd stirpi Burgundicę à proauo tuo paterno Imperatore Maximiliano primo insitus, inter multos, magnosque Principes, qui sese mihi super hac re deliberanti offerebant, optimo id tibi iure vendices, non exiguam Burgundię partem legitima successione possidens. Confido Maiestatem tuam, ea animi benignitate ac candore exiguum opus munusculumque admissurum, qua à me humilitate ac obseruantia offertur. Quod si impetrauero, certus sum nominis tui splendorem, qui per vniuersum terrarum orbem latissimè radios suos diffundit ac extendit, liuidosque multorum oculos perstringit, garrulos ac loquaces non laturos, obtrectatores verò in aperto nil ausuros. Deus Opt. Max. conditor ac conseruator Imperiorum Maiestatem tuam, liberosque in spem tanti imperij natos, mente corporeque sanum regnis suis diu conseruet, pacem ac ocium è magnis aliquando curis tribuat, quale Augusto Cæsari datum scimus, cùm in hunc orbem Deus mittere est dignatus, Iesum Christum Dominum ac Seruatorem nostrum.

Maiestatis tuæ obsequio
addictissimus

Pontus Heuterus Delfius.

AD LECTOREM AVCTORIS EPISTOLA.

NOn est quod à me expectes, amice Lector, vt pro Operis huius commendatione laudem tibi historiæ plenis buccis personem. Id enim à tot tantisq; est facultatum viris, vt planè actum agerem. Extant enim hac de re veterum Græcorum ac Latinorum encomia, non siluere nostri temporis scriptores. Philosophi historiam doctrinæ suæ vinam rationem esse testati sunt. Cicero temporum testem, veritatis lucem, memoriæ vitam, vitæ magistram, ac vetustatis nunciam vocat, ita vt nequaquam historia in qua narrationis libertas à nullius dependet nutu, nec lucem vereri, nec calumniam timere debeat, etiamsi in ea aut Cæsariani sermonis puritatem, Liuianam inimitabilem cum summa grauitate vbertatem, Salustij castam breuitatem, Curtij numerosos flores, aut Tacitt sententiosam concinnitatem desideres. Magnos enim auctores impensè admiramur ac veneramur, imitamur difficulter, exprimimus ac effingimus rarissimè. Neque horum à me virtutes aquus deposcet Lector, gnarus suo vnumquemque nitigenio, cuius impulsu ad id quod proprium singulis ac peculiare est, omnibus in rebus trahimur, quod his qui in auctorum lectione multum versantur non minus notum, quàm considerando suaue ac iucundum est, cùm propter incredibilem rerum naturalium varietatem, tum ob singularem delectationem, quam ex diuinæ omnipotentiæ ac sapientiæ admirabili consideratione, capimus ac haurimus. Certè in re literaria semper licitum fuit, vt vnusquisque pro suo modulo id confidenter in publicum adferret, quo se posteris prodesse posse existimaret. Si Poëtas, quorum maior pars laborat, vt delectet, non grauatè admittimus, quare eos scriptores qui inter primos ac summos numerari nec possint, nec cupiant, ac tu ipse cum postremis collocandos non censes, cum medijs saltem aliquid, ad publicam vtilitatem adferre non permittis? Si opinione fallimur, nostri tantùm temporis iacturam (si ita hoc tempus appellari debeat) facimus, infelix labor sine alicuius detrimento mox euanescet. Exemplum clarorum auctorum, in describendis Burgundiæ Principum vitis, qui è Valesia Francorum Regum orti sunt familia, non per omnia sequor, quòd liberiore stilo res pleraque enarrauerim. Id autem ea à me factum est causa, nequid in hoc Opere meritò Lector desiderares, cùm maior pars rerum à me describendarum hactenus à nemine quod sciam libero stilo Latinè sit conscripta. Vsus autem sum in concinnanda historia, non solùm Latinis auctoribus omnibus qui instituto meo seruiebant, sed Francicis etiam ac Belgicis tam prælo excusis, quàm manuscriptis quamplurimis, quorum nunc maior pars, à nostri temporis barbarie, durantibus ciuium furiis est discerpta. Habui enim autographa quorundam scripta, stilo barbaro ante annos trecentos ac ducentos ab eius temporis impolitæ literaturæ, sed incorruptæ veritatis scriptoribus, partim historicè per capita, partim in modum Annalium, ac Diariorum exarata. Vsus etiam sum autographis Annalibus, ante centum ac triginta annos, à Monacho non indocto elaboratis. Hos ego cum cæteris cùm satis essem vsus, monasteriis sincerè remisi, qui postea contra meam multorumq; expectationem, magno cum dolore, partim sunt discerpti, partim exusti, pleraque in vsum pharmacopolarum ablata, pauca non omninò barbaro quorundam ingenio etiamnum custodita, quo meliori ac feliciori seculo bibliothecis reddantur. Edidi opus vixdum adhibita extrema manu, coactus calamitate bellorum ciuilium, quibus infelices Belgæ iamdudum à malesanis miserrimè agitati, necdum finem vident. Hæc, euersis non semel fortunis, studijs meis sæpissimè impedimentum attulere, ac tandem aliò consilia ac animum, ereptoplanè ocio, auertêre. Quare ne cœptus deperiret mihi omninò labor, suffuratus paucos dies, opus sublimam reuocaui, atque in hanc quam vides formam coactum, Plantino tradidi.

De ordine historiæ non est quod te Lector multum admoneam. Eum enim instituimus quem rei operisq; natura exigebat, ac qui in communem hominis captum, vel facillimè cadit. Annos à Calendis Ianuary numero, vitatis quorundam hac in re tricis. Francorum nobilitas, quos imitantur Belgæ, cognomina ducit à pagis, vicis, castellis, oppidis aut vrbibus, diuersissimo Romanorum modo, cognominaq; variant, pro mutatione dominij. Hinc tanta cognominum varietas, mutatio, ac multitudo in Francicis historiis, quibus Latinas addidimus terminationes, ne Latinorum offenderemus aures, omissis etiam Francorum, Belgarumq; diphthongis ac triphthongis, quas Latini ignorant, præterquam in Genealogiis, vbi libertate aliquando vsi sumus, ne planè à patria voce ad alienam deficeremus. Cùm in nominum varietate in historia laboras, scireq; cupis quis sit de quo mentio fiat, consule Genealogias nostras, quæ lucem hac in re tibi adferêt.

Parti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Particularem Ducatus, ac Comitatus Burgundiæ descriptionem, quemadmodum & Belgij, non necessariam duxi, quòd ante multos annos typis excusæ, ac nunc postremo ab Abrahamo Ortelio in mundi Theatro, opere nunquam satis laudato, absolutißimè ac elegantißimè sint delineatæ. Ea vero quæ iustè desiderari possunt, cùm mihi non visa regione essent incognita, omittere malui, quàm falsa aut leuia adferre. Sed si Deus vitam ociumq; dederit, ac amici promißis stare potuerint, spero hac in re Lectori aliquando me satisfacturum. Profectus enim sum sub finem anni 1582. in Comitatum Burgundiæ, hæsiq; paucos aliquot dies Dolæ, vbi me in suam recepit amicitiam D. Claudius Musæus Senator Curiæ Dolanæ. Est illi cognatus D. Petrus Saulgetus, vir eruditus, ac honesto loco natus, qui de instituti operis mei ratione, amici Belgici literis certior factus, mirum quo amoris affectu me sit complexus, certè tanto statim desiderio iuuandi ac promouendi operis flagrauit, vt suis impensis, per celebriora Comitatus Burgundiæ loca me perducturum se promitteret, ac vt itineri se comite me accingerem, instanter vrgeret: quod cùm negotia mea non permitterent, contracta ac inita firmißima amicitia, eaq; omnibus familiaritatis iuribus confirmata, pollicitus mihi est eximiam in describenda Burgundia operam, congessurumq; se omnia, quæ ad Comitatus plenam descriptionem necessaria videbuntur, eaq; se mihi primo quoque tempore transmissurum: quod si præstiterit, per me amice Lector, tanto fructu non fraudaberis. Superest vt te humaniter rogem, hanc meam operam boni vt consulas. A te enim imprimis fructum laboris huius expecto, qui in eo est positus, vt conatum nostrũ sincerè interpreteris. Nam fructus qui ex dedicatione sperantur, aut exigui sunt, aut certè temporarij. Et si contigerit liberalem nancisci Patronum, quicquid inde accedit, cum auctoris vita finitur. At qui à vobis sperantur fructus, æternos statuimus. Ieci retia, ac expandi casses, capturus ne sim dignos labore fructus, in vobis est situm. Quod si successus spem fefellerit, consolabor me conditione multorum auctorum, ac temporis bene impensi parua iactura, certus tamen fore semper, quibus historia manebit sacrosancta. Iudicate Lectores adhibita prudentia pro vestro arbitratu, ac cogitate homines nos esse omnes, statura, vultu, colore, voce, habitu, temperamento, fortuna, eruditione, ac præcipuè iudicio planè dißimiles. VALETE.

DE PRIMA BVRGVNDIONVM ORIGINE, AC IN GERMANIAM GALLIASQVE IRRVPTIONE.

LIBER PRIMVS.

QVI res gestas superioribus seculis memoriæ mandauêre, vnanimi fermè omnes consensu testantur, Burgundos è Wandalis, Septẽtrionalibusque Gothis esse ortos, ac circiter annum à natiuitate Iesu Christi ducentesimum octogesimum sedibus pulsos, magna multitudine in eam Germaniæ partem irrupisse, quæ tum Alemannia dicta, ob amnis Rheni propinquitatem, agrorum fertilitate, nullis Germanorum Prouinciis cedebat, contra quos vario successu aliquandiu pugnantes, tandem sedes quas vi nequiuerant, liberali incolarum benignitate obtinuisse, iis nimirum Alemanniæ partibus, quæ nunc Palsgrauiatus, siue Palatinatus Rheni, ac Marchionatus Badensis titulo gaudent. Nomen (quicquid alij sentiant) planè Germanicum duco, tractum ex more Septentrionalium populorum, vicatim habitantium, ac proinde à Germanis vulgo Bourhjwoonders dictos, quam vocem eius temporis Galli, corrupta Latina, Germanicaque lingua assueti in Bourgonders deprauarunt, duarum vocum, paucis mutatis literis, coitione, quod differentibus linguis, facile vsu venit. Huc vt adducar facit, quod vetustissimi Germani, expresso Cæsaris ac Taciti testimonio nullas habitarũt vrbes, sed pagos, vicosque, paruo interuallo inuicem distantes, quos variis exprimẽtes nominibus, Bourgen quoque appellarunt, vnde vox Bour, aut Buir (quæ vicinum sonat) manauit. Verùm qui hoc tempore pagos incolunt, ignorantia vetustatis, appellati Bour/ contumelioſum ducunt, non aduertentes hanc vocem è pagis olim in vrbes oppidaque demigrasse, ac in hunc vsque diem perseuerare cùm ciuem hoc tempore Germani, Belgæque, Burger, ex antiqua deriuatione vocitent. Quod autem plerique suspicantur vocem, Bourgoys, deductam ex antiquissima, ignotaque Scytharum Septentrionalium (nũc Tartarorum) lingua, quemadmodum & Lombardos, Gepidas, Wadalos, Bastarnas, Neuros, Getas, Dacos, Alanos, Procustas, Boranos, Carpos, Hunnos, Gothos, Cimbros, non è prima nomenclatura populi cuius regionem inuaserant, planè incertum est, cùm Germanicæ linguæ antiquitas (non tamen vt nunc frequentibus sibilis strepens) omnem non solum hominum memoriam, sed literarum cuiuscunque etiam nationis custodiam longè superet, ac olim multo latius diffusiusque variis nationibus, quam nunc in vsu fuerit. Non quod inficias ire velim, diuersarum gentium nomina fuisse commixta, quo tempore Septentrionales populi, immensa hominum colluuie, Europam Africamque inundarent, eorumque appellationes, Græcos, Italos, Gallos, ac Hispanos deprauasse, quod eas vernaculo sermone ac scriptis exprimere nequibant, ac dixisse, scripsisseque loco, Westgothen/ Oostgothen/ Wandalen/ Westwalen/ Alman/ Saerman / Noortman / Oosterluyden/ Bourhjwoonders: Visigothi, Ostrogothi, Vandali, Vestfali, Alemanni, Germani, Nortmanni, Osterlingi, Burgundi, quemadmodum & nos hodie nomina antiqua puriùs referentes, vocamus, Gothos Gotlant, Dacos/ Dancmerc/ Hunnos Hungarn/ Suecos Sweden. Cæterorum populorum nomina, successu temporum, bellorum iniuria, ac imprimis crebris populorum migrationibus, omninò interiêre. Causam sanè nominis certam, incognitæ nationis adferre velle, perquam difficile est, quod confluentes variis è gẽtibus homines, facilè nouum nomen admittant, ignorantes quo è populo maior aduenisset numerus, idque tam Burgundis, quàm cæteris nationibus longè ante tempora Iulij & Augusti Cæsaris, quàm pòst accidisse potuit, Germanica lingua (vti dixi) de antiquitate, cum Latina, imò & Græca certante. Quicquid sit, dubium non est, Burgũdos Septentrionalium Germanorum partem esse, pulsosque à vicinis Gothis, quorum tũ vires immensæ, potentiaq; terribilis erat, anno (vti diximus) post natum Christum 280. centesimo ac quadragesimo

Universidad de Deusto
Biblioteca

antequam Franci, liberi Germaniæ populi, Gallias inuadentes, pulsis Romanorum præsidiis, regnum ibi nouum conderent. Hieronymus in Chronicis quæ Eusebij coniunxit, ait anno Christi 377. Valentiniano, ac Valente Romano orbi imperantibus, Christianis sacris Romæ Damasio Præsidente, venisse ad Rhenum (intellige ex Alemannia, vbi centum circiter annos habitarant) octoginta Burgundionum millia, quod in eum vsq; diem (vt ipse ait) visum nunquam fuerat. Hi cùm viginti ac nouem ad Rhenum consedissent annos, hominum numero valde aucti, amnem sub Rege Gundeco, vbi nunc Argentoratum videtur, anno Christi 406. traiecerunt, allecti non solum fertilitate Galliæ (cum qua eo tempore Germania adhuc inculta, conferri non poterat) sed etiam incitati leuitate Imperatoris Valentiniani, qui ad constitutum diem auxilia eis contra Alemannos pollicitus, fidem fefellerat. Indignabundi igitur vim virelq; omnes contra imperiũ vertunt, pulsisq; Romanis propinquas Galliarum Prouincias occupant, eo facilius quod Romanum Imperium senescere, ac mole propria pressum succumbere, torpẽte indies Martio vigore, conspicerent. Vsus igitur Rex Gundecus occasione circa annum Christi 420. occuparat quicquid à transitu Rheni in Occidentem ad mare, & ab Italiæ Alpibus, vsq; ad Ararim, & Rhodanum agrorum conspicitur, possidebatq; Orientem versus, quicquid secundum rectam Rheni ripam, ad vsque flumen Neccarim pertinet, & quicquid montibus Heluetiorum, olim vno nomine iura appellatorum concluditur, inter quæ hoc tẽpore numeratur pars Elsatiæ, vniuersa Heluetia, Ferretta, Monsbeliardus, Valencia, Auenio, Aurantia, Lugdunum, Arelatum, Massilia, Delphinatus, Sabaudia, Pedemontana ditio, quæ regiones per septingentos circiter continuos annos, nullo quàm inferioris Burgundiæ nomine notæ fuẽre, quemadmodum Prouinciæ cis Ararim sitæ, ac in hunc vsq; diem Comitatus ac Ducatus Burgundiæ appellatę, ab eo tempore in hunc vsque diem, Superior Burgundia sunt dictæ. Gundecus blandientis fortunæ cursum secutus, cùm semel Ararim, ac Rhodanum transiisset, per Burgundiam superiorem ducto exercitu, occupat ditionem Neuernensem, Borbonensem, Mornantum, Aruernos, Charoloum, Forestios, Baulosios, cum parte Languedoci, animo Galliæ imperium complexus, nisi fata obstitissent Francorum. Verum tum maximè nomen Burgundicum clarescere, potentia terrori, fortuna admirationi esse cœpit, cùm Hunnos magna hominum incondita multitudine Galliam anno Christi 433. inuadentes, iusta cruentaq; pugna superatos, discedere coẽgissent. Imperator Valentinianus Gundeci fortuna motus, Galliarum Præfecturam Aetio, Senatori Romano committit, qui serpẽtem Burgundi ambitionem repressurus, magno exercitu collecto (in quo stipendiarij tum primũ Franci militabant) in Burgundos mouet. Gundecus animosa suorum iuuentute stipatus, haud procul Lugduno Aetium æquo loco nactus, prœlium committit. Verùm quod illi res esset cum Duce Romano prudenti, experto, ac ex veteri Romanæ disciplinæ instituto bellante, cùm aliquandiu fortiter restitisset, victus tandem, magnaq; affectus clade, pacem ab Aetio petiit, eaque conditione impetrauit, vt Araris ac Rhodanus Burgundici regni limites manerent, Romanisq; omnibus in bellis Burgundionum auxilia mitteret, Aetio ad has conditiones in tanta oportunitate delendi hostis externi, descendere coacto, quod Francis Galliæ imminentibus, Westgothis apud Tolosates (nunc Gascones) regnantibus, non satis fideret, sed imprimis quod conciliandi essent vicinorum omnium animi, quo maioribus viribus Attilæ Hunnorum Regi resisteret, qui armatis quingentis hominum millibus, vniuersam Germaniam crudeliter vastabat, ignarus Aetius Italiam ne, an Galliam esset inuasurus. Verùm Attila exercitus tertia parte, in Hispaniam contra Gothos missa, cum trecentis virorum millibus, Gallias petit, ratus deuicto Aetio, neminem vniuersa in Europa contra se venturum, nec staturum. Instructo igitur exercitu, quod itineris ratio sic exigeret, Attila in Burgundiam (ex Lugdunensi clade nondum refectam) contendit. Gundecus omnibus in vnum coactis Burgundis, Attilam Rheni amnis transitu prohibere conabatur, sed cum maxima nobilitatis parte anno 451. oppressus, est interfectus, post quam cladem, nunquam veteris potentiæ fastigium, Wandalicę stirpis Burgundi reparare potuerunt. Reliquit Gundecus filios quatuor, Gũdebaldum, Schilpericum, Gundimarum ac Godesillum, qui Burgundiam communi consilio tranquillè aliquandiu administrauẽre, profecti cum superstite nobilitate iuuentuteq; ad Aetij castra, eosq; statim

tim magno cum militum numero sunt consecuti, Theodoricus Westgothorum Rex, ac Merouæus Francorum prætectus, quibus Aetius Romanas legiones, ac vniuersæ Galliæ vires iungens, cum Attila in campis vbi Catalauno subiectis (quam Franci hodie appellant Chaaloos, sitam in ea Belgię parte, quam idem Campangam vocat) a meridie ad noctem fortissimè pugnauit, tam obstinata vincendi cupiditate, ab vtraque parte in mortem ruentes, vt languis per decliuia, humiliaq; loca, instar torrentium pluuia incitatorum decurreret, donec superatus Attila, fuga sibi consulere cogeretur, desideratis cẽtum sexaginta virorum millibus, cum Aetius decem tantùm millia perdidisset, inter quos Theodoricus V Vestgothorum Rex cecidit. Magna reconditaq; hic apparuit Aetij prudentia, qui Hunnos, Burgundos, V Vestgothos, Francos, ac Gallos perpetuos Romani imperij hostes, inter se cõmissos fregit, ac debilitauit, sine Italici militis memorabili incommodo, neque iisdem ab Imperatoris amicitia alienatis. Attila se victum fassus, e Gallia in Pannoniam (nunc Hungaria) reuertitur, refectisq; viribus in Italiam contendit, cumq; iustum hostem nusquam reperisset, damnum, decusq; excidio nobilissimarũ vrbium, ac miserabili Prouinciæ vastatione pro parte sarciuit. Burgũdi post hanc pugnam circiter viginti quinque annis quieti animos, virelq; nonnihil reparauerunt, donec anno 471. Thorismundus V Vestgothorum Rex, magno cum exercitu improuisos adortus, tributum pollicen annuum coẽgit, quanquam eius fratri Theodorico iustis viribus auxilio iuissent, contra Richardum Alemannorum Regem. Sed tributũ non fuit pensum, quod eodem tempore Franci, dissensione Romanorum, ac obitu fortissimi Ducis Aetij, animis aucti, Galliis imminerent. Clodius namque, siue Clodoueus, postea quam sæpè frustrà tentatas a Merouco, ac Schilperico Gallias considerasset, primus pulsis vbiq; Romanorum præsidiis, fundamenta regni Francici, in Gallia posuit, animumq; subigendis quoque Burgundis, domita Gallia adiecit. Sed cum iustam belli causam nõ haberet, puderetq; eos inuadere, quibuscum fœdus paulo ante icerat, tandem casus hanc obtulit. Gundibaldus natu maximus filiorum Gundeci, factus Burgundiæ Rex, fratribus contra quam promiserat, hereditarias in regno portiones denegabat. Quare Schilpencus ac Gũdumarus, communicatis consiliis, viribusq; Gundibaldum nil minus timentem regno pellunt. Verùm ab Alemannis (quo confugerat) ac Burgundicis amicis secreto adiutus, fratres Viennæ genio indulgentes, occupata vrbe opprimit, captoq; Schilperico ceruicem abscindi iubet. Gundimarum in Turri mœnibus coniuncta fugientem, cùm statim expugnari nequisset, igne circumuentum, cum omnibus qui intus erant miserabile incendium absumpsit. Interea Godesillus fratrum natu minimus vir factus, consilio Clodouei hæreditariam portionem à fratre petit, qui multa promittendo cùm nil præstaret, Godesillus ac Clodoueus fœdus facientes, Burgundiæ regnum æqua portione inter se diuidunt, quod Clodoueus Clotildim Schilperici à Gundebaldo Viennæ capite truncati, filiam vxorem duxisset. Defendit se Gundibaldus initio strennuè, verum temporis successu Clodoueo viribus fortunaq; longè inferior, pellitur Borbonia, Aruernis, Languedoco, omnibusq; ditionibus quas post Aetij obitum Burgundi denuò occuparant. Quare cùm pacem petiisset, exorante Clotilde ea conditione impetrat, vt quæ bello amisisset, fratri Godesillo, cum Lugdunensi Prouincia cederent. Sed cùm Godesillum temere paci confidentem fatali fratribus vrbe Vienna oppressisset, cœpisset, ac interfici iussisset, Gundibaldi perfidia, impietateq; Clodoueus motus, cum ob crudelitatem, hostibus pariter ac amicis inuisum, Burgundia pellit, cumq; omni thesauro in Italiam, ad Ostgothos fugere cogit, vbi exactæ ætatis decrepitus senex anno 508. patria, regnoq; iustè exulans, moritur. Clotildis continuas regiæ familiæ calamitates apud Burgundos animo non sustinens, vxoris artibus Sigismundo, Gundibaldi filiorum natu maximo, Burgundiæ regnum anno 510. à marito impetrat, ea conditione, vt ditiones ad Rhodanum sitas, qua is Septentriones respicit, Clodoueo relinqueret. Verùm Sigismondus in regno confirmatus, legibus vi latis, standum non iudicans, suscepto contra Clodoucum bello vincitur, cadente in pugna fratre Gothomaro. Ipse intra primos repressus limites, pacem persolutis Clodoueo belli sumptibus, redimere cogitur. Hic Sigismondus philtris secundæ vxoris mente captus interfici iussit filium Sungericum, siue Sugericum, priore matrimonio e filia Theodorici Ostgothorum Regis natum, qua occasione Clodamirus, mortui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clodouei filius Rex Aurelianorum, bello Sigismondum cum vxore, liberisq; captum, Aurelijs arctissima obscurissimaque custodia concludi iussit, vbi impia muliere, cum liberis extincta, Sigismondus magna pecuniæ summa tandem persoluta, egrè fuit dimissus. Arbitratus vero hanc infelicitatem, ob indignam innocentis filij necem, sibi diuinitus accidisse, regno Gondimaro fratri tradito, Augaunensi cœnobio, sua pecunia ædificato (quod situm apud Heluetios, deinde D. Mauritio fuit dedicatum) se inclusit, sacratarumque regularum decretis, anxiè, feuereque obseruatis, vitam sanctè finiuit. Rex Gundimarus quod æquis conditionibus à Clodamiro recuperare non posset, quæ fratri Sigismondo eripuerat, Viennæ bellum incautè gerentem, superatum occidit. Sed Schildebertus, & Clotarius Clodamiri fratres, magnis coactis copijs, Gundimarum relicta Burgundia in Hispaniam ad Gothos fugere coëgerunt, vbi exul anno 526. obiit, extinctaque est cum eo Vuandalica regum Burgundionum stirps, cùm variante fortuna, centum viginti annis, Galliæ parti imperasset, successitque eis magni illius Clodouei, primi Francorum in Gallia Regis stemma, quod Burgundiæ regnum, in varios Principatus diuisum, mutatis complurium nationum nominibus, aut veteribus coniunctis, Burgundiæ nomen arctioribus limitibus circumscripsit. Quod vt Lector planiùs intelligat, necesse est narrationis meæ filum, mentione rerum à Franciæ Regibus gestarum, nonnihil interrumpi.

QVOMODO FRANCORVM REGES BVRGVNDIAM IN DIVERSA REGNA DIVISERINT.

SCHILDEBERTVS ac Clotarius (magni Clodouei primi in Galliis Francici regni conditoris, superstites filij) exacto Burgundia, vniuersaq; Gallia, Gundimaro, regnum eius diuiserunt, excepta inferiori Burgundia, qua Austrasiam (nunc Lotharingia) attingit, hanc Theodorico, fratri notho donarunt. Successit illi filius vnicus Theodobertus, vir strennuus ac industrius, morienſque anno 549. sit filius eius Theobaldus, inferioris Burgundiæ Rex, sed cùm sine liberis anno 557. mundo decederet, testamento in assem scripserat hæredem, Clotarium patruum magnum, Suessionum regem, præterito patruo Schildeberto, vnde primo dissidium, deinde funestũ inter fratres bellum fuisset ortum, nisi matre Clotilde, ac nobilitate interueniente Schildebertus abnepotis sui testamẽtum ratum habuisset, morienſque anno 563. etiam sine liberis, omnem dissidij occasionem sustulisset. Effectus itaque Clotarius Rex vtriusque Burgundiæ, ac totius Galliæ, moriens quatuor è legitimo thoro reliquit filios, Scherebertum Parisiorum: Sigibertũ Austrasiæ: Chilpericum Suessonum: Guntranum Aurelianorum, ac Burgundiæ illi propinquæ Regem, quod & eius fratres, suas ex illo regno portiones, prout eis erant sitæ, obtinuerant. Guntranus liberis non procreatis anno 597. moriens in solidum scripsit hæredem Schildebertum Austrasiæ Regem, filium defuncti fratris sui Sigiberti. Schildericus moriens anno 601. duos reliquit filios, Theodoricũ Aurelianorum ac Burgundiæ superioris: Theodobertum Austrasiæ cum parte inferioris Burgundiæ Regem. Theodoricus vir erat manu promptus, ambitiosus, inquietus, belli appetens: Theodobertus moderatioris ingenij, pacisque amantior. Verùm instigante auia Brunechildа muliere turbulenta, iunctis fratres viribus Clotarium Chilperici Suessonum Regis, patrui sui defuncti filium, testamento patrui Schereberti Parisiorum quoque Regem nondum pubescẽtem, regno pellere volebant. Sed tutores re intellecta, quicquid versus Septẽtrionem ad Rhodanum eorum pareret imperio occupant. Theodobertus acceptis à fratre Theodorico auxilijs, eo cuentu breui damnum resarsit, vt ignominiosam tutores pacem facere nõ dubitarent. Clotarius sui iuris per ætatem factus, nec indecorè paci standum ratus, arma contra patruos, sed parùm prosperè resumit. Quare ad artes conuersus, dissidium quod nunquam postea componi potuit, inter patruos excitat, adeò vt extincta amicitia, exutoque affectu fraterno, magnis vtrinque instructi copijs, in aciem descenderent, concursumque tum primum, inter Francicos proceres ciuili bello fuisset, nisi intercedente nobilitate, pro tempore res composita foret. Post hæc duxit Theodoricus vxorem Hermenbergam, filiam Victerici Regis Vuestgothorum apud Hispanos, quam tamen intactam finito anno patri remittit, quod inultum Victericus, multis in eum cõcitatis Regibus non reliquisset,

reliquisset, nisi in ipso ingentis belli apparatu, diem obiisset. Theodoricus deinceps cœlebs vitam transegit, è concubinis tamen multos suscepit filios. Creuerant interea, maturueruntque malitia auiæ Brunechildæ fratrum odia, concurriturque ciuili bello bis acriter, sed vtraque pugna victor Theodoricus captum fratrem Theodobertum, consilio auiæ, contra omnia humanitatis naturæque iura occidi iubet, regnumq; eius, spretis paruis liberis occupat, rerumque successu animo elatus, secretò magnas copias, quo Clotarium Franciæ regno pelleret aut occideret parabat, consilium specie nuptiarum quas cũ defuncti fratris filia celebrare velle simulabat, tegens. Sed rebus fermè omnibus paratis, subitò torminum dolore correptus obiit, relictis quinque ex illegitimo thoto filijs, quos Clotarius facilè pellens, vniuersæ Galliæ monarcha anno 618. est effectus, offerente ei fortuna, Theodorici, ac Theodoberti regnis, quòd his nulli superstites forent legitimi filij, quæ adeò prudenter moderateque gubernauit, nullum vt vnquam regem, maioti beneuolentia fideque coluerint. Superioribus enim Burgundis præfectum dedit Vuarnhardum, virum è prima Burgundionum nobilitate, maximeque auctoritatis, Austrasijs Radonem; inferioribus Burgundis Harpagonem, sanctè promittens, nemini dignitatem quo ad viueret se erepturum, si perstitissent in fide. Vuarnhardo successit filius Godius, huic Vuilebaldus, Vuilebaldo (apud Francos regnante Dagoberto) Flaucatus, regnante Clodoueo præfuit Arcembaldus, post hunc Ebroinus. Clodoueo diem supremum claudente anno 662. Lotharius ei in Francorum, Burgundionum, ac Austrasiæ regno successit. Huic Schildericus, illi Clodoueus, tum Dagobertus, deinde Theodoricus, postremus tandem è Francorum stirpe fuit Schildericus, qui obiit anno 740. dictusque est ob ignauiam stupidus, quòd primus è magni Clodouei stirpe, regij muneris oblitus ad voluptates animũ deflexisset, omnibusq; propter superbiam, crudelitatemque odio, ac contemptui esse cœpisset, quare prouinciarum præfecti, ad dominationem Præfecturas conuerterũt, mansereque tamen Burgundi Franciæ Regibus circiter annis sexaginta fidelissimi, donec anno 727. Gerardus Rusillonius, vir nobilis magnæque auctoritatis, Francorum Regum ignauia vtendum ratus, Regem se facere Burgundionum est conatus, sed à Carolo Martello in ipso conatu oppressus, ac occisus: Burgundi ad antiquam Francici regni obedientiam rediere. Mortuo Martello, anno 741. Carlomannus ac Pippinus eius filij, summa concordia Franciam, Burgundiam, ac Austrasiam per quinquennium rexêre, dein Carlomanno monasticæ disciplinæ vitam dedicante, ad vnum Pippinum tria regnorum gubernacula deuênere, quo mortuo ad filium eius Carolum magnum, ac deinde ad huius filium Lodouicum Pium, is quatuor reliquit filios, qui imperium aui Caroli virtute partum, hac ratione diuisêre. Maximo natu Lothario, Romani Imperij Occidentalis, tertio in ordine Imperatori, euenit Italia, inferior Burgundia, inferior Germania, ac Austrasia: Carolo Caluo cessit Francia, cum superiori Burgundia. Lodouico attribuitur Hungaria, Bohemia, Austria, cum vicina Germania. Pippinus natu minimus Aquitaniæ Rex declaratur. Imperator Lotharius moriens tres reliquit filios: Lodouicum Imperatorem, ac Italiæ Regem: Carolum Regem totius inferioris Burgundiæ: Lotharium Regem Austrasiæ, quæ deinceps ab eo Lotharingia dici cœpit. Carolus non diu superstes liberis nõ procreatis obiit. Quare eius fratres Lodouicus ac Lotharius Burgundiam diuisêre. Verùm Lothario breuis etiam æui Rege mortuo conabatur Carolus Caluus Francorum Rex eius patruus Burgundiam, ac Lotharingiam suo adiicere regno; sed territus ab Imperatore Lodouico, ac admonitus à Pontifice Romano, negotiũ illi insuper facessentibus Northmannis nouis, externisque Franciæ hostibus, proposito abstinuit. Postremò obiit & Imperator Lodouicus, Caroluſque Caluus in eius locum Romæ coronatur, potentissimus Europæ Monarcha, cùm eius sceptrum agnoscerent, Hungaria, Germania, Italia, Francia, Burgundia, Lotharingia, Belgę quibus fortunę beneficiis cumulatus, Bosonem vxoris suę Iudithæ fratrem, vniuersæ Lombardiæ præfecit, vxorem ei dans Ermengardim, filiam defuncti Imperatoris Lodouici, desponsatam olim Basilio Imperatori Constantinopolitano. Mortuo Carolo Caluo anno 877. successit filius Lodouicus Balbus, Rex Italiæ, Franciæ, ac Burgundiæ, sed qui biennio patri non superuixit, relicta vxore grauida, quæ Carolum Simplicem peperit, quo regnante Præfecti aliquot ingenij eius imbecillitate abutentes (vnde cognomen est fortitus) repetito veteri exemplo, Præfecturas singuli suas

Universidad de Deusto
Biblioteca

occupauêre,præcipuè verò Francia variis tumultibus,seditionibusque ambitiosorũ hominum audacia est agitata,cùm quisque (deficiente Caroli Magni virili stirpe) ad se trahere summam rerum conaretur,inter quos iam dictus Boso,ab vxore Ermengarde muliere ambitiosa incitatus,ab iis Burgundiæ inferioris ordinibus Rex est nominatus,qui ab amne Rhodano ad alpes vsque Galliam inhabitabant,mensèque Octobri anno 879. cum Regia prope Viennam corona,præstito sacramento insignuunt. Sed regno nondum bene confirmato,dum in hoc totus est,à Lodouico ac Carlomanno filiis è prima vxore Lodouici Imperatoris opprimitur,vxoreque cum liberis in hostium potestatem redacta (excepto Lodouico filio natu maximo) pellitur omnibus noui regni ditionibus,excepta Lugdunensi prouincia,cuius fortè,fidelique opera per omnem vitam vsus hostibus quanquã potentissimis strenuè semper restitit,ac constituta Arelati sede regia,per omnem vitam regnauit. Nam cùm Rex Lodouicus paulo pòst moreretur,eumque frater Carlomanus biennio subsequeretur relicto filio Lodouico adhuc puero,oritur inter Franciæ Proceres dissidium,quis tutoris nomine regnum administraret,ac Nortmannis resisteret,qua Boso vsus occasione,pleraque quæ priores Francorum Reges bello eripuerant,recuperauit, iustisque munitionibus,ac rebus necessariis instructa,ab omni Francorum vi tuta in posterum reddidit,subditos verò ea prudentia rexit,aliis vt militibus ei opus non fuerit. Quare quicquid Franci apertis secretisque artibus moliebantur,eùm non Burgundiæ, sed Prouinciæ,aut Arelatum Regem per contumeliam (quemadmodum & scriptores aliquot eius temporis eum appellant) nominantes successu caruit,quam viri sagacitatem tandem animaduertentes,ne vno eodemq; tempore eũ Bosone,ac Nortmannis bellum esset gerendum,vxorem ei ac liberos,post sextum captiuitatis annũ (quo tempore Augustoduni superioris Burgundiæ oppido,apud Richardum Bosonis fratrem,Francorũ ibi Regium Præfectum,sub honesta custodia fuerat detenta) certa pecuniæ summa,post initam pacem persoluta,remiserunt. Boso pace nouo regno quæsita moritur anno 889. regni decimo,succedente consentu Imperatoris Arnulfi,Papæ Stephani,ac patrui sui Richardi filio natu maximo Lodouico,qui ad Italiæ regnum,ab Italis contra Berẽgarium vocatus,eo pulso quinquennio regnauit,postea dolo ab eodem Veronæ captus,oculisq; priuatus,ac in Burgundiam remissus,accepti dedecoris dolore victus breui moritur,relicto filio Carolo Constantino puero,sub tutela Hugonis Præfecti Arelatum,viri non solùm nobilis ac potentis,sed etiam prudentis ac industrij,eaque de causa ab Italis quoque, Regem Rodolphum fastidientibus,(vti capite sequenti narrabimus) in Regem est coronatus,qui Rodolphi voluntatem redempturus,ei tradit quicquid in Burgundia ditionis pupilli,suo adhuc tenebatur præsidio. Carolus verò Constãtinus vir factus,cùm animaduerteret,se infirmioribus niti viribus,quàm vt summa cum iniuria ab Hugone Rodolpho tradita,à filio eius Conrardo,armis recuperare posset,contentus parte Lugdunẽsis Prouinciæ sedem Viennæ statuit,contemptoque Regio titulo,Ducem se Viennæ appellari voluit,deleto hac ratione regno,à Bosone apud inferiores Burgundos,magna cum laude cõdito,quod partim Regis Rodolphi successores tenuêre,partim Franci,ac vrbium præfecti,nouis institutis titulis inuasêre,posteaquam Boso cum sui sanguinis successoribus, quinquaginta circiter tantùm annos regnasset.

NOVVS BVRGVNDIÆ INFERIORIS REX IGNOTÆ STIRPIS FRANCICAM INDE STIRPEM PELLENS.

OCTAVO elapso anno posteaquam Boso (quem Bouini Arduennæ Comitis filium fuisse quidam volunt) Arelati constituta sede Regia,Prouinciæ Lugdunensis regnum,vi armisque partum strenuè defenderet,omnes inferioris Burgundiæ ditiones, quæ Helueticis montibus continẽtur,pulsis Francis,Regem è Præfecto salutant, Rodolphum filium Conrardi,Comitis Stratlingensis,eique (perspectis virtutibus) obedientiæ sacramentum præstant,vniuersa Heluetia,Vhtlandia,Brisgoia,Sungoia, Cremerlandia, Ferretta,Monbeliardus,pars Sabaudiæ,cum ditionibus vicinis. Imperator Arnulfus, Heluetiorum rebellione excitatus,magnis coactis viribus,conatur Rodolphum pellere, sed is vitata pugna impeditis montium iugis exercitum continens,ita se defendebat,vt nullis

nullis viribus opprimi potuerit,variisque satis felici euentu,cum Imperatore bellis gestis anno 911. regni sui vicesimo secundo moritur,relicto sui nominis filio,Rodolpho secundo,ac filia Agnete vxore Bertoldi Comitis Brisgoiæ. Rodolphus secundus Princeps fuit potens,ac bello fortunatus. Nortmannos magna manu fines suos inuadentes,cum dedecore vestigia repetere coẽgit. Hunnos vastata Germania contra se properantes,illata clade,in Italiam fugauit. Orto deinde inter eum ac Burchardum Alemannorum siue Sueuorum,nunc Bauarorum Ducem bello,infeliciter pugnat. Sed cùm multo maiori apparatu bellum pararet,territus Burchardus,tradita ei in matrimonium filia Berta,pacem facit,quibus transactis nuptiis,ac ab Italis contra Berengarium vocatus (qui Lodouicum Prouinciæ Regem,vti diximus,excæcauerat) eo pulso Italiæ quinquennio imperauit. Tandem quoque Itali,solita leuitate eum deferentes,Hugonem Arelatium Præfectum ad regnum vocant. Hugo iudicans Carolum Constantinum,cùm primum virilem ætatem attigisset,regni paternam administrationem à se tutore repetiturum,nõ omittendam ratus præsentem occasionem,milite,ac pecunia pro re instructus,Massilia classem soluens,Italiam petit,terra Regis Rodolphi potentiam veritus. Cùm mense Iulio anno 926. classem Pisam appulisset,Rodolphus considerans Italiæ proceres vrbesque, pro maiori parte ad Hugonem deficere,accederetque mors soceri Burchardi,qui ad Nouariam à paucis Italis latronibus fuerat iugulatus,immensum exportans thesaurum,suis omnibus salutis in Burgũdiam est reuersus. Triennio vix elapso Itali Hugonis imperium pertæsi,Rodolphum reuocant. Sed Hugo traditis ditionibus omnibus,quæ etiamnum in Burgundia suum agnoscebant imperium,cum Rodolpho nec rediret transegit,summopere eo gaudente,quòd insperata ratione,Rex totius fermè inferioris Burgundiæ efficeretur. Moritur Rodolphus anno 936. relicto immaturæ adhuc ætatis filio Conrardo,quẽ Otto magnus Imperator,astutis promissis in potestatem redactum,honestè educandum curauit,primoque pro Imperatore contra Lodouicum Regem Francorum,filium Caroli simplicis,induit arma. Suæ potestatis per ætatem Conrardus effectus,Burgundiæ regnum dicto Imperatori tradidit,denuoque ab eo beneficiarij feudi nomine recipit,quo facto in libertatem restituitur,ducitque Imperator viduus,eius sororem Adelheidam,viduam Lotharij Regis Italiæ,filij dicti Hugonis. Rex verò Conrardus in vxorem accipit Mahteldim filiam Lotharij Regis Francorum,filij Regis Lodouici vltramarini,quæ ei in dotem attulit Lugdunum,Viennam,ac Arelatum,quas vrbes Franci deficiente Bosonis regno occuparant,qua de causa Conrardus totius Burgundiæ inferioris Rex est effectus. Peperit Conrardo Mahteldis,Rodolphum postremum Burgũdionum Regem, ac filias duas: maior natu Berta nupsit Odoni Comiti Campangę ac Carnutum: Gislam natu minorem primò duxit Ernestus Sueuorum Dux,peperitque ei Hermannum ac Arnulfum. Secundò Conrardus Salicus Franconiæ Dux,pauloque pòst Imperator,qui ex ea genuit Imp. Hendricum. Posteaquam Rex Conrardus Burgundiæ circiter 25. annis præfuisset,anno 990. moritur,eodem tempore quo Hugo Capetus Francorum regnum variis tumultibus exagitans,Caroli Magni stirpem pellere,regnumque inuadere conabatur. Rodolphus tertius in locum patris Conrardi,Rex inferioris Burgundiæ factus anno 1027. Angliæ Regi iunctus,Imperatorem Conrardum (qui sororem suam Gislam in vxorem duxerat) in Italiam proficiscentem comitatur,quo sua præsentia cum multis aliis viris Principibus,Imperatoris comitatum honoraret,ac inaugurationi Romæ præsidio esset. Cùm regnum quadraginta duobus fermè annis cõtinuis in pace,nullis tamen creatis liberis,gubernasset,senex factus decreuit in solidum hæredem scribere Hendricũ Imperatoris Conrardi,ac sororis Gislæ filium. Sed Burgundicæ nobilitatis pars maior victa donis,ac onerata immensis Odonis Campangæ Comitis promissis,qui Bertam sororem Regis Rodolphi natu maximam matrimonio tenebat,Regẽ ab his cogitationibus auertere studebat: cumque eum in proposito persistere animaduerterent,dolo capere, cogereque conabãtur. Sed detectis insidiis,cùm eum ad accersendum Imperatorem paratum conspicerent,supplices impetrata venia,ne propositum præcipitaret induxerunt, donec exacta iam ætate,eos rebelli in conatu etiamnum persistere expertus,consignatũ Imperatori Conrardo testamentum,addita corona,sceptro,cæterisque Regiis ornamentis,mitteret,moriens anno 1032. qua de re Odo certior factus,legatos Imperatori Con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rardo mittit, petitque ratione vxoris Bertæ, Burgundiæ sibi regnum concedat, promittēs (vti Conrardus ac Rodolphus fecerant) beneficiarium obedientiæ iusiurandum sese præstaturum: sed cùm nil impetraret (Conrardo Hungaros oppugnante) iusto cum exercitu in Burgundiam proficiscitur, receptus ab his qui viuenti Rodolpho, sua causa molesti fuerant. Verùm cùm Imperator Conrardus opinione citiùs bellum Hungaricum confecisset, ac cum victore exercitu rectà Burgundiam peteret, Odo eius aduentum expectare non ausus in Campangam, reuertit: Imperator verò omnibus in oppidis munitisque locis admissus, à singulis Ordinibus iusiurandum, ac à dubiæ fidei Principibus obsides accipit. Atqui hac ratione desiit quarta Regum Burgundiæ stirps, cùm à coronatione primi Rodolphi, ad vsq; mortem postremi, 144. annis imperasset. Cæterùm à morte postremi Rodolphi ad vsque mortem Imperatoris Hendrici quinti, nullus apud Burgundos, præter Imperatores, Regium nomen gessit, idque rarissime: cùm nulli scriptores, pauca tantùm vetustissima diplomata, eius rei mentionem faciant, ita vt studio fecisse iudicari possint, quo paulatim Regium nomen apud Burgundos obsolesceret, redigereturq; regnum veterum Romanorum more in Prouinciam, aut quò variis Regulis imperio subditis diuideretur, proferrenturque Germaniæ, diminuerentur verò Galliæ limites: quod vsu venisse nostro nunc æuo, animaduertere possumus, initiumque eius rei dedisse videtur mors Imperatoris Hendrici quinti. Cùm enim liberis non genitis ei successisset Lotharius Saxonici sanguinis Imperator, ac proinde Præfecti aliquot Burgundiæ inferioris, sese amplius Imperio obligatos non arbitrarentur, quòd eius familia imperare desiisset, cui ex testamento postremi Rodolphi, Burgundiæ regnum debebatur, Præfecturas in Principatum, ac gubernationem in dominationem verterunt, primusque fuit Reinoldus Comes Salinarum, negans dicto Imperatori Lothario consuetum fidelitatis iusiurandum: qua de causa is irritatus, ea quę Reinoldus in Burgũdia possidebat, Conrardo Zeringensi, filio Bertoldi Zeringensis, eius nominis tertij, donat, qui exinde hoc vsus est titulo: *Conrardus de Zeringen, Dux ac gubernator inferioris Burgundiæ, Dei ac Imperatoris gratia, ordinatus Dux Thuregiæ.* ob quam Imperatoris donationem, infestissimum, diuturnumq; inter Conrardũ ac Reinoldum oritur bellũ, cùm hic occupato, ille dono frui vellet, multumque sanguinis hinc inde fusum, ac successoribus etiam bellum traditum, ad vsque tempora Imperatoris Frederici Barbarussæ durauit, qui composito dissidio, partes inuicem conciliauit. Quare cùm nil præterea, de Burgundiæ regno scribendum supersit, quòd inferioris Burgundiæ aliquot ditiones tempore Imperatoris Lotharij imperio sint coniunctæ, cæteræ variis regulis, nouis assumptis titulis, cesserint, vertam calamũ ad descriptionem status superioris Burgundiæ, quæ hoc tempore in Ducatum, ac Comitatum diuisa, Burgundicum nomen sola magno cum honore tuetur, si primùm breuissima narratione aperuerim, qua ratione inferioris Burgundiæ præcipuæ ditiones, extincto Burgundiæ nomine, variorum Principum imperio cesserint.

POSTREMA INFERIORIS BVRGVNDIÆ CONVERSIO.

EAM inferioris Burgundiæ partem, quæ nunc Sabaudia vocatur, anno 998. Rodolphus postremus Burgundiæ inferioris Rex, donauit Beroaldo filio Hugonis Ducis Saxoniæ, fratri Imperatoris, Ottonis secundi, cùm inopia coactus, sedes, fortunamque quærens, ad suum se regnum contulisset, sed multo minori terrarum ambitu, ea donatio circumscripta fuit, quàm nunc continetur Sabaudia, contentus Moriennæ Comitatu, cuius primus haberi, & dici cœpit Comes hæreditarius. Ducta vxore suscepit filium nomine Humbertum, siue Hubertum, qui ducta Adelheida filia vnica Marchionis Segusianorum, eius quoque Marchionatus dominus est factus. Humbertus reliquit filium Amatum. hic Humbertum secundum, iste Amatum secundum, qui comitatus Imperatorem Hendricum quartum ad Italicam coronationem, ab eo est donatus Comitatu Sabaudiæ, Imperij iam tum beneficio, qui ex eo tempore relicto Moriennæ mentione, se Comitem Sabaudiæ &c. primus scripsit, cuius posteri Sabaudiæ fines, matrimoniis, emptione, ac bello vsque in annum Christi 1416. Comitum titulo mirum in modũ auxêre.

Tum

Tum enim Amatus septimus ab Imperatore Sigismundo, concilio Cõstantiensi, primus Sabaudiæ Dux est renunciatus, reiecto Comitis titulo, quo prædecessores circiter quadringentos annos, contenti fuerant. A dicto Beroaldo Duces Sabaudiæ hodierni genealogiam deducunt, ac scuti insignia cùm Saxoniæ insignibus miscent. Apud Heluetios hac ratione Burgundiæ titulus euanuit. Posteaquam Imperator Fredericus Barbarussa, dissidium inter Comites superioris Burgundiæ, ac Duces Zeringæ composuisset (qua de re causa donationis Imperatoris Lotharij, superiori capite pauca attigimus) Ducibus Zeringæ maiorem Heluetiæ (quæ nunc Suitzia, mutato regionis nomine à pago Switz primis Prouinciæ libertatis authoribus dicitur, contigitque annis 1314. 15. 16.) partem cum oppidis, Lofanna, Geneua, ac Sedunensi ciuitate adiudicauit, quibus hæc familia præfuit vsque in annum 1218. tum enim Bertoldus quintus Zeringæ ac inferioris Burgundiæ Dux (eo enim vsi fuerant inter alios titulo) liberis non genitis moriens, duæ eius superstites sorores, hæreditatem æqua portione diuiserunt. Maximæ natu Agneti (quæ nupserat Egoni Comiti Vrachio ac Furstenberchio) cessit nigra Sylua, Brisgoia, ac Sueuię pars, vsaque est cum marito titulo Comitis Friburgæ. Anna altera soror, nupta Sigismundo Comiti Kiburgensi, sortitur Vchtlandiam, cum reliqua Heluetiæ ac Burgundiæ inferioris parte, præterea Lofannam, Geneuam, ac Sedunum. Reliquit hic Sigismundus filiũ Hermannum iuniorem, ac fratrem Hermannum seniorem, cui anno 1263. obuenit vniuersa Sigismondi hæreditas, cum eo tempore, cùm filio Hermanno iuniore, nullis aliis relictis liberis, vita decederet. Anno 1264. obiit & Hermannus senior, vnica relicta filia Elisabetha, quam duxit Euerardus Habspurgius, acquisitis his nuptiis, bonis familiarum Zeringensium, ac Kiburgensium. Moritur Euerardus Habspurgius anno 1280. relicto Euerardo ac Hermanno filiis. Hermannum Euerardus (orto inter fratres Ieui de causa iurgio) à se interfectum adeò doluit, vt ea de causa voluntario suscepto exilio, ac decoctor factus, amplissimũ patrimonium partim Austriacis, partim Sabaudiæ Comitibus vendiderit, cuius exemplum successores aliquot secuti, mirum in modum nouarum dignitatum dominia auxerunt, distractoque in multa minuta membra corpore, successu tẽporis, nomen Burgundicum planè obliterarunt, superiori tantum Burgundia, nominis dignitatem aliquo modo tuente, cuius tamen limites, tam Imperatores quàm Franciæ Reges, in eas quas nunc videmus, sensim redegerunt angustias. Quando ac qua ratione, ciuitates ad Rhodanum sitæ inferiorique Burgundiæ semper connumeratæ, extincto nomine Burgundico nouos sumpserint titulos, Francici scriptores satis superque demonstrant. Anno enim 1036. post mortem Beroaldi primi Moriennæ Comitis, Viennæ Comitatum è temporanea dignitate, inuasit Guido cognomine Crassus. Huic successit filius Guido secundus, deinde Guido tertius, qui primus Delphini titulum sumpsisse dicitur. Arelatum occupat Odo (Otto Germani efferunt) Rodolphi postremi Burgundiæ Regis sororis filius, vterque tamen se imperij beneficiarium professus, obedientiæ sacramẽtum dixit, quos Præfecti aliarum ciuitatum imitati, temporarias Præfecturas hæreditarios Principatus fecerunt, è quibus nonnulli filiabus tantum relictis aliorum Principatus iure nuptiarum auxerunt, aut à potentioribus pulsi sunt vicinis, imperium tamen omnes ad tempora vsque Hendrici quarti agnouerunt, quo ciuile bellum cum Pontificibus Romanis gerente, vsi temporis oportunitate, imperij iugum auxilio Pontificum ac Franciæ Regum excussere: pars potentioribus vicinis se in clientelam vltro dedère: alij propriis freti viribus, acquisitam absoluti Principis authoritatem, dignitatemq;, armis strenue & feliciter defenderunt, donec Capetici sanguinis Francorum Reges, Galliarum Monarchiam ambientes, variis artibus, inferioris Burgundiæ ditiones omnes (exceptis Heluetiis, ac Allobrogibus) suo adiecêre imperio.

EXORDIVM COMITATVS BVRGVNDIÆ.

ANNO 888. (quo tempore vtraque Burgundia variis mutationibus est agitata) nomen Ducum, Comitumque, diuersi Burgundiæ Præfecti è temporatia dignitate, hæreditariam facere sunt conati: sed non semel ab Imperatoribus, ac Franciæ Regibus castigati, importunæ ambitionis conatum omittere sunt coacti, vt legere licet de Præfectis Augustodunensibus, Masconensibus, Arelatensibus, Viennensibus, Moriennẽsibus,

Monbe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Monbeliardi, Mont-sant-Ioannis, Laudunensibus, Digeonensibus, Cabillonensibus, Salinarum, ac similium locorum. Verum vbi nunc est Burgundiæ Comitatus, primum hæreditariam dignitatem scriptores obtinuisse narrant Reinoldum quendam eius loci magnæ nobilitatis authoritatisq; virum circiter annum Christi 1045. à quo deinceps Comitum Burgundiæ genealogiam deducunt. Reliquit filium Guilielmum, qui obiit anno 1087. succedente filio Stephano, qui in Syria contra Mahumetistas pugnans anno 1116. moritur, relicto filio Guilielmo secundo, qui cognominatus est puer, obitq; anno 1126. à suis interfectus, nullos relinquens liberos, succeditque ei Reinoldus secundus Comes Masconensis, ac Cabillonensis, quod se Guilielmi pueri proximum hæredem diceret. Constat certe ipsum è postrema Regum Burgundiæ stirpe ortum, quod filius esset sororis Imperatoris Conradi. Verùm cum & hic post sterile matrimonium, extremum clausisset diē, Comitatū, sine Imperatoris Lotharij consensu, inuadit Reinoldus tertius superioris cognatus, qui contēpta imperij maiestate, Cōrardo tertio Imperatori sacramētum dicere recusauit, comparatoque exercitu se Regem Burgundiævi facere est conatus, abnuentesque mandata Burgundos clade affecit, donec a dicto Imperatore bello fatigatus, imperemque se expertus, ciurato nomine Regio, in Imperatoris verba iuraret. Peperit ei vxor Iuditha Simonis Ducis Lotharingiæ filia, vnicam filiam Beatricem, quam duxit (priore vxore mortua) Imperator Fredericus Barbarussa, his nuptus Comes Burgundiæ factus. Quare vt dissidium inter Comites Burgundiæ & Duces Zeringæ propter donationem Imperatoris Lotharij (de qua superioribus capitibus est dictum) tolleret, concessit Bertoldo filio Conradi Zeringensis, vrbem Losannam, Geneuam, ac Sedunum, quo ex tempore Duces Zeringenses, actione Burgundica, è dicta donatione nata, cesserunt: Donauit Imperator Fredericus Guilelmo vxoris suæ patruo Comitatum Masconēlem, Cabillonensem, ac Salinarum, additis vicinis campis, agrisque ad amnem Ararim sitis, teliqua sibi seruans, qua ratione Comitatus Burgundiæ, in ordinem redactus, angustis quos hodie videmus limitibus circumscribi cœpit. Otto Imper. Frederici filius tertio natu, à patre Comes Burgundiæ anno 1183. nominatur, duxitque Margaretam filiam Tibaldi Comitis Blosij, quæ vnicam filiam Beatricem quoque dictam peperit, vxorem cum adoleuisset Ottonis Meraniæ Ducis, eique in dotem attulit Comitatum Burgundię: sed graui diuturnoque bello, à Stephano Comite Masconensi, ac Cabillonensi Otto fuit vexatus, qui ius sibi in Comitatu esse dicebat. Verùm compositur anno 1210. tam finium quam tituli causa ortum dissidium, contentus Stephanus titulo Comitis Burgundiæ, domini Cabillonensis ac Salinarum, cùm prædecessores scripsissent, Comes Palatinus Burgundiæ. Reliquit Otto filium Ottonem, qui adolescens nullis creatis liberis Plasseburgi occisus deficiente masculo Meraniæ Ducum stirpe ciuitatum Burgundiæ Ioanni Cabillonensi senori, dicti Stephani filio anno 1236. reliquit. Is verò tres habuit vxores: ex Isabella Curtenaica secunda vxore suscepit Ioannem Cabillonensem Auxerrę Comitem, cuius filij Guilielmi filius nomine etiam Ioanni, dictum Comitatum anno 1370. Carolo Quinto Francorum Regi vendidit. Stephanum Vigonj dominum, ac Petrum Challonnium: Postrema vxor Laura Commercensis peperit Ioannem Arlaij, ac Challonnij regulum, à quo familia Challonnica originem ducit, qui postea Aurantij Principes, per nuptias sunt facti, & Ioannam vxorem Roberti Comitis Tonnertæ, filij Roberti Ducis Burgundiæ. Mahteldis prima Ioannis Cabillonensis vxor, filia Ottonis tertij Ducis Burgundiæ peperit Hugonem, liberorum omnium Ioannis natu maximum Comitem Burgundiæ huius nominis tertium, cedente ei patre anno 1262. Sed cùm anno vno patris mortem præcessisset, reliquit ex vxore Alida filia dicti Ottonis, Ducis Meraniæ (quæ non pauca etiamnum in Comitatu Burgundię possidebat) sex filios, quibus nuptiis veteris controuersiæ semina planè sunt sublata, factusque est hoc matrimonio totius Comitatus absolutus Comes, quæ causa fuit resumendi tituli, Palatinus. Filij autem hi fuere: Otto, Odo, siue Othelinus, patre auoque mortuis Burgundiæ Comes. Hugo dominus Fralannæ, Gendraij, ac Aspremontij. Stephanus adolescens obiit. Reinerus Comes Montbeliardi. Hendricus fratris sui Ottonis captiuus, liberis non creatis diem clausit, conatus (matris consilio) controuersias familiarum Meraniæ, & Cabillonensium renouare, Comitatumque Burgundiæ inuaderet. Ioannes Cabillonensis. Otto patri anno

anno 1278. succedens Francicos Principes in Italiam proficiscentes est comitatus, vlciscendis Siciliānis vesperis. Duxerat Mahtildim filiam vnicam Roberti Comitis Atrebatensium, qui prope Cortracum à Flandris anno 1302. magno prœlio victus occubuit, factusque est etiam Comes Atrebatensium, quanquam frustra lite intentata, Robertus Artesius aduersaretur. Vnicum è Mahtilde susceptit filium, sed qui sine liberis obiit, & filias duas. Ioanna natu maxima nupsit Philippo Longo nondum Francorum Regi, peperitque ei tantum filias quatuor, è quibus Ioanna natu maxima nupsit Odoni Burgundiæ Duci huius nominis sexto, in dotem ei adferens Comitatum Burgundiæ & Artesiæ, quo actioni cederet, quæ cognatæ suæ Ioannę (filiæ vnicæ Lodouici Hutini Francorum Regis ac Margaretæ filiæ Roberti tertij Burgundiæ Ducis) in regno Franciæ debebatur. Atqui hac ratione sub vnius Principis imperium Comitatus, Ducatusque Burgund. concessere: altera Philippi Longi filia Margareta, nupsit Lodouico Comiti Flandriæ patri Lodouici Malani: quam ob causam is post matris ac Philippi postremi Burgund. Ducis mortem Comitatus Burgundiæ & Artesiæ hæreditatem adiuit, Ioanne Francorum Rege Ducatum Burgundiæ sibi vendicante. Blanca tertia Philippi Longi filia vxor fuit Imberti Viennensis. Maria quarta Loncampi prope vrbem Parisiensem Deo virginitatem dedicauit. Blanca altera Comitis Ottonis quarti filia, nupsit anno 1307. Carolo Pulchro Francorum Regi. Nunc breuem Ducum Burgundiæ descriptionem aggrediamur.

INITIVM DVCATVS BVRGVNDIÆ.

ANno 888. creauit Eudo, siue Otto Francorum Rex, ac Angium Comes Richardum Comitem Augustodunensem filium (vt quidam volunt, cùm tamen multum dubitem) Roberti Saxonis Comitis Andegauensis, Ducem superioris Burgundiæ, qui moriens anno 920. quatuor reliquit filios: Rodolphum, Bosonem, Hugonem, ac Richardum. Rodolphus patri in Ducatu succedens eligitur anno 923. (amoto Carolo Simplice) Francorum Rex, fratribus administrationem Burgundiæ committens. Princeps fuit prudens ac strenuus, qui post præclara belli edita facinora, liberis non susceptis anno 936. moritur. Verùm cùm tres eius iam dicti fratres, nullis quoque procreatis liberis vita excederent, Lotharius Francorum Rex Ducatum variis regulis distribuit, quorum è numero Hugo quem Francici scriptores Album cognominat: meliorem facile portionem cum Ducis titulo obtinuit, moriens anno 956. reliquit Hugonem Capetum, qui partim vi, partim dolo Franciæ regnum occupauit: Ottonem Burgundiæ Ducē, Ottonem & Hendricum. Verùm Ottone post sterile matrimonium, supremum diem claudente anno 964. successit ei frater Hendricus, qui etiam liberis non creatis vitam deserens, Ducatum testamento reliquit nepoti ex fratre, Roberto Francorum Regi, filio Hugonis Caperi, qui omnibus pulsis, qui in Ducatum ius prætendebant, filium suum Robertum anno 1002. Ducem constituit. Hic filium genuit Hendricum, qui patrem morte præcessit, duobus relictis filiis, è quibus Hugo natu maior cùm viginti & vnum annis Ducatui præfuisset, vxore Iola liberis non relictis moriente, mœrore propter eius desiderium cōfectus, monasterio se inclusit, relicto Ducatu fratri Ottoni, qui ædificata Abbatia Cistensi, ibidem in dextero chori latere est sepultus, translato è Cilicia (vbi supremum diē, profectus ad bellum Saracenicum clauserat) cadauere, successit illi filius Hugo secundus anno 1102. qui etiam in Abbatia Cistensi est sepultus, cui è quinq; filiis successit natu maximus Otto quartus Dux Burgundiæ factus anno 1123. ducta Maria filia Tibaldi Comitis Campangæ, Blosij, ac Carnutum, quæ ei quatuor liberos peperit, mortuusque sepelitur apud patrem. Sequitur eum filius Hugo tertius anno 1163. qui etiam ad Saracenicū profectus bellum, Christianæ multum Reipub. profuit, non solùm Burgundis, sed & Francorum castris (discedente Rege Philippo) præfectus, sepultusque est iuxta prædecessores, relicto ex Alisa, filia Mathæi Ducis Lotharingiæ, filio Ottone quinto Burgundiæ Duce, qui anno 1192. belli socius fuit Regi Francorum Philippo Augusto contra Imperatorem Ottonem, ac Anglos. Mortuo successit ei anno 1218. filius Hugo quartus sex tantum annorū puer. Vir factus comitatus est Regem Lodouicum sanctum in Africam contra Saracenos. Duxerat Beatricem filiam Roberti Comitis Dreusij, quæ tres ei filios peperit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

perit. Eudo natu maximus in vxorem accepit Mahteldim filiam seniorẽ vltimi Arcembaldi Borbonij,qua sterili matrimonio defuncta,duxit Isabellã Neuersiam, quæ ei duas peperit filias,ipse ante patrem obiit. Iola natu maior primum nupsit Ioanni Tristano filio Regis Lodouici Sancti,& post huius mortem Roberto Bethunensi Flandrię Comiti,cui duos peperit filios,ac tres filias. Ducis Hugonis filius natu minimus,Ioannes,cognominatus est Borbonius,quod relicto paternæ familiæ nomine,Borbonij vxoris causa ascisceret. Duxerat enim Agnetem alteram vltimi Borbonij Arcembaldi filiam,ex qua vnicam filiam Beatricem susceperit,quam duxit Robertus Francicus Dux Clermontij & Bauvasij filius natu minimus Regis Lodouici Sãcti,quo è matrimonio ducta Genealogia Ducum Borboniæ,Vendomæ,ac Monpenserij,in hunc vsque diem perseuerat. Robertus Ducis Hugonis filius natu secundus,tertius huius nominis fit Burgundiæ Dux cùm Eudo siue Otto frater natu maximus,ante patrem Hugonem diem suum obiisset nullis relictis filiis,sed duabus tantum filiabus anno 1237. comitatus est Francorum proceres, vindicandis Siciliamis vesperis,sed infelici quemadmodum & cæteri euẽtu. Duxit Agnetem Regis Lodouici Sancti ac Margaretæ Raimondi Berengerij Prouinciæ Lugdunensis Comitis filiam,quæ septem ei liberos peperit: Hugo natu maximus dominus Monsregij patre mortuo Dux Burgundiæ huius nominis quintus inauguratur. Otto,ac Ioannes. Margareta vxor Regis Lodouici Huttini (quæ adultera iudicata in carcere vitam finiuit) peperit Ioannam vxorem Philippi Comitis Eurefij Nauarræ Regis,qui vxoris causa,durante vita,actionem in Burgundię Ducatum allegabat. Ioanna altera Ducis Roberti filia nupsit Philippo Valesio,qui post mortem Caroli Pulchri Frãcorum Rex est coronatus,quo è matrimonio natus Rex Ioannes primus huius nominis,materno iure Burgundiæ Ducatum Philippo postremo Duce sine liberis mortuo occupat, excluſa materteræ suæ Margaretæ filia eiusq̃ liberis,matris adulteria,liberorumq̃ eius incertam sobolem causatus. Tertia Ducis Roberti filia Beatrix,vxor fuit Hugonis Bruni Marchæ Comitis. Isabella filia quarta,Regi Romanorum nupsit. Hugone quinto Burgundiæ Duce,liberis nõ susceptis,vita decedente,succedit anno 1315. frater Otto sextus, qui Francorũ Rege Philippo Lõgo mortuo,eius fratri ad regnũ properãti se opposuit,allegans Francię regnũ deberi Ioannæ filiæ vnicæ Regis Lodouici Hutini, ac sororis suæ Margaretæ, Salica tũ lege nondum satis adulta. Verùm Philippus Longus,iuncta Ottoni anno 1316. matrimonio filia sua Ioanna,natam è Ioanna filia seniore Ottelini Comitis (vt diximus) Burgundiæ quæ ei Comitatum Burgundiæ ac Artesij in dotem adferebat,consensum, silentiumq̃ redemit. Genuit Otto è Ioanna,filiam Ioannam vxorem Amati Comitis Sabaudiæ, & filium Philippum in Ducatu Comitatuq̃ Burgundiæ,ac Artesiæ successorẽ. Is vxorem duxit Ioannam filiam vnicam Guilielmi Comitis Aruernæ,& Boloniæ,quę mortuis parẽtibus dictos Comitatus,marito Philippo in dotẽ attulit. Sed is in oppugnatione Castelli Aguillonij apud Aquitanos periit. Dum enim obsessi facta eruptione, equestri prœlio decertant, Philippus cadentis equi mole costis ruptis, post tertium diem expirauit anno 1346. triennio ante patrem Ottonem,sepultusq̃ est Cistensi cœnobio,relicta vxore grauida,quę posthumum cui patris nomen est datum, peperit,duxitq̃ Margaretam Lodouici Malani,Flandriæ Comitis filiam hæredemq̃ vnicam,infantiæ annos vixdũ egressam. Sed Philippus Posthumus,decimoquarto ætatis anno Rovrẽj prope Digeonem, decimo Kal Decemb. anno post Virginis partum millesimo,trecentesimo,sexagesimo primo, morbo extinguitur,relicta Margareta,vndecimo ætatis anno,virgine,ac vidua. Defuncti verò Philippi mater,secundis nuptiis Ioanni Valesio, Francorum Regi defuncta priore eius vxore Bona, iungitur. Veteri Ducum Comitumq̃ Burgundiæ virili stirpe extincta,Ioannes Valesius Francorum Rex,Burgundię Ducatum occupat (frustra aduersum nitente Ioãna Philippi sororẽ,Comiti Sabaudiæ nupta) testatus se id duabus de causis iure facere. Primo ratione regni in cuius potestatem Ducatus,deficiente virili stirpe, recidisset,asserens filiabus in eo ius non esse: deinde quod filius foret Ioannæ materteræ magnæ, vltimi Ducis Philippi, cùm pater Philippus Valesius diu ante acceptã coronam in vxorem duxisset Ioannam, filiam natu secundam Roberti tertij Ducis Burgundiæ. Hoc iure nixus Rex Ioannes Valesius,Burgundia Comitem Sabaudiæ, ac Carolum Regem Nauarræ prohibet, cuius tamen auia fuit Margareta filia natu maxima dicti Ducis

eis Roberti,nisi dictæ Margaretæ obiecta adulteria,liberorum ius, actionemq̃ euertissent,quibus tamen cùm Nauarrei fidem non adhiberent, bello ius persequendum censentes,Anglorum freti auxilio,non parum Francis detrimenti intulere, eo tamen euẽtu, vt Burgundia in hunc vsque diem pulsi iniqui iuris aduersa auspicia deplorent. Francorum Rege Ducatum inuadente,Comitatus Burgundiæ,ac Artesiæ, hereditario iure ad Margaretam Lodouici Malani matrem Flandriæ Comitem,deuoluitur, tum temporis adhuc viuentem,quòd filia esset Regis Philippi Longi, ac soror auiæ Philippi, postremi Burgundiæ Ducis. Verùm enimuero,cùm Rex Ioannes Valesius Burgundis Principem importunis precibus postulantibus, Philippo filiorum natu minimo, Burgundiæ Ducatum dono dederit,qui exinde patre mortuo, in vxorem duxit Margaretam, Lodouici Malani Flandriæ Comitis filiam ac hæredem vnicam, mortuo Lodouicõ Malano, iterum sub vnius Principis imperium,è Regia Francorum Valesiorum stirpe orti, Ducatus, Comitatusq̃ Burgundiæ deuenerunt, cuius vitam nunc describere aggredior, collectam è scriptoribus,qui huius Ducis tempore vixerũt,à quibus quanquam neque fidem, neque diligentiam desiderare possim, barbaries tamen quæ horum ætate, per terrarum Orbem miserè est grassata,effecit,vt præter sermonis puritatem (in vernaculo etiam Gallorum sermone) natiuum, vniformemq̃ illum orationis filum, necessarias locorum rerumq̃ descriptiones,ac præcipuè temporis personarumq̃ seriem,nullis intermixtis nugis,fabulisq̃ magno cum desiderio requiramus,vtpote veram, viuamq̃ historiæ animam,quæ omninò illi sunt obseruanda,qui Lectorem nuda veraq̃ rerum gestarum ob oculos subiectione, docere ac delectare statuit. Vt verò ea quæ de Ducibus ac Comitibus Burgundiæ præcedentibus capitibus,itemq̃ de eorum Regibus prolixiùs sunt narrata, breui in tabella Lectori ob oculos ponantur, Genealogica eorum schemata subiicere, non abs re visum fuit.

GENEALOGIA REGVM BVRGVNDIÆ IN GALLIIS E VVANDALICA AC FRANCICA STIRPE ORTORVM.

- Gundecus primus in Galliis Burgũdionum Rex, obiit anno 451. his relictis liberis legitimis
  - Gundibaldus Burgũd. Rex
    - Sigismũdus Burgund. Rex.
    - Gondimarus Burgũd. rex, obiit an. 526. regno pulsus.
  - Schilpericus
    - Clotildis vxor magni Clodouei primi Francorum Regis Christiani, è quibus sunt nati
      - Carolus Rex Francor. obiit ante patrem.
      - Pippinus Rex Italiæ obiit ante patrem.
      - Lodouicus Pius Imp. Frãc. Rex obiit anno 840.
      - Rotrudis.
      - Bertha.
      - Gisella.
      - Theodora.
      - Hiltrudis.
    - Gondimarus.
    - Godesilus.
  - Schildebertus.
  - Clotarius Rex Francorum, & vtriusque Burgundiæ.
  - Theodoricus nothus Clodouei filius, Rex fuit inferioris tantùm Burgundiæ
    - Theodobertus Rex tantùm inferioris Burgundiæ, obiit anno 549.
    - Theodobaldus Rex tantùm inferioris Burgundiæ, obiit sine liberis anno 557.
  - Scherebertus Rex Parisiorũ.
  - Sigibertus Rex Austrasiæ.
  - Schilperius rex Suessonum.
  - Guntranus Rex Aurelianorum.
  - Schildebertus Austrasiæ Rex, obiit anno 601.
    - Theodoricus Rex Aurelianorum ac superioris Burgundiæ, obiit sine liberis.
    - Theodobertus Rex Austrasiæ ac inferioris Burgundiæ, obiit quoque sine liberis.
  - Schilpericus Suessonum Rex
    - Clotarius factus est anno 618. vniuersæ Galliæ monarcha, obiitque anno 632.
    - Dagobertus Rex Francorum ac Burg. obiit an no 646.
    - Clodoueus rex Francorum & Burgundionum, obiit anno 662. tribus relictis filiis
      - Lotharius Rex Francorum, & Burgund.
      - Theodoricus Rex Franc. & Burgund. obiit anno 666.
      - Childericus Rex Franc. & Burgund. obiit anno 677.
      - Sigebertus Rex Franciæ Orientalis, quę nũc Lotharingia.
    - Clodoueus Rex Franc. & Burgund. obiit anno 693.
    - Childebertus rex Franc. & Burgund. cuius Curiæ magister fuit Pippinus, qui ex Alpiade concubina genuit filiũ nothum Carolum Martellũ Galliarũ suo tempore vnicum defensorem.
    - Clotarius Rex Franc. & Burgũd. obiit anno 719.
    - Dagobertus Rex Franc. & Burgund. cuius Curiæ magister fuit Carolus Martellus supradictus, qui Galliaspulsis Saracenis in libertatem restituit, domuitq; Saxones, Sueuos ac Bauaros. obiit Dagobertus anno 715. relicto
      - Theodorico Francorum ac Burgund. Rege, qui obiit anno 732. successitque ei filius
      - Clotarius Rex Frãc. tantùm paucis mensibus regnauit, obiitque sine liberis.
    - Childericus stupidus vltimus Frãcorũ Burgundionumque Rex, è stirpe magni Clodouei, qui à Papa Zacharia in monasterium est conclusus, creato eius in locum Francorum, Burgund. Rege Pippino Caroli Martelli filio, patre Caroli magni, cuius deinde stirps in imperio ac dictis regnis successit, vt ex subiecta patet tabella *

CAROLI MAGNI STEMMA.

- Pippinus Caroli Martelli filius factus est Francor. Rex, &c. anno 751. Cal. Maij, obiitque anno 768. octauo Calend. Oct. cùm susce pisset ex vxore Bertha filia Imp. Constantinopolitan.
  - Carolomannus Rex Franc. cum fratre Carolo obiit sine liberis, regni anno tertio.
  - Bertha.
  - Rolandus
  - Carolus magnus Ro. Imp. Rex Francor. &c. habuit vxores quinque, ac Concubinas octo, obiit Aquisgrani, quinto Cal. Febr. anno 814. hora quarta, sepultusq; ibidem in Fano D. Viti ginis, anno ætatis suæ 72.
- Lotharius Imp. obiit tertio Calend. Oct. anno 855. monachus, his ex vxore relictis liberis
  - Lodouicus Rex Germaniæ
  - Carolus Caluus Imp. Rex Franc. ac Burg obiit pridie Nonas Octobr. anno 877
  - Pippinus Rex Aquitaniæ, obiit ante patrem, reliquit
    - Carolus
    - Pippinus.
  - Lodouicus Imp. ac Rex Italiæ. Obiit ac sepultus est Mediolani anno 875. circa Calend. Augusti: reliquit
    - Ermgardis vxor Bosonis Burgũdiæ inferioris pro parte Regis, cui peperit
      - Lodouicũ Burg. infer. pro parte Regẽ à Berengario in Italia exceçatũ, qui reliquit
        - Carolũ Constãtinũ, qui omisso Regis Burg. titulo, Ducem se Viennæ nominari voluit.
  - Lotharius vnde dicta Lotharingia.
  - Carolus Rex Prouinciæ Lugdunensis titulo tenus.
    - Lodouicus obiit sine liberis.
    - Carolomannus Rex Frãcorum, genuit
      - Lodouicũ Franc. Regẽ, qui est dictus Nihilus, obiit sine liberis
      - Arnulfum Romanor. Imperat.
    - Carolus Simplex Frãcor. ac Burgũdionum Rex, obiit anno 925.
      - Cùm adhuc puer esset, occupat Francor. Regnum, Otto seu Eudo Angium Dux, quem Carolus vir factus in prœlio suam amicum occidit. Regnauerat & ante Ottonem Rodolfus Burg. Dux voluntate Procerum. Tandem captus Carolus à Comite Vermandorum vitam in carcere finiuit, succedente filio
        - Lodouico Rege Frãcorum, ac Burgund. qui obiit anno 943. ex vxore Gerberga relinquẽs filios tres, quæ soror erat Ottonis primi Rom. Imperatoris.
          - Lotharium Francorum ac Burgund. Regem, qui obiit an. 976 cùm ex vxore Henima suscepisset filios duos, ac filiã vnicam
            - Carolus Lotharingiæ Dux, cui iure Francorum debebatur regnum, vi ac armis Capeti est exclusus, relinquẽs ex vxore liberos tres
              - Otto Dux Lotharingiæ in prœlio occisus liberos non reliquit.
              - Gerberga vxor Lamberti Barbati, aut Lõgicolli fratris Com. Hãnoniẽ exclusa maiori parte paternę hęreditatis Comes Lotaniẽsis est dicta, vnde Brabantiæ Duces originem ducunt. vide Genealog.
              - Hermingardis vxor Alberti Comit. Namurcensis.
            - Arnulphus Archiepiscopus Rhemensis.
          - Lodouicum Francor. ac Burgund. Regem: obiit sine liberis anno 985. succedẽte fratre Carolo Rege Frãcor. ac Burg. qui eodẽ anno ante Coronationẽ ab Hugone Capeto captus, proditione Ancelini Episcopi Laudunensis, Aurelijs in custodia obiit.
          - Lodouicus ac Carolus paternæ infelicitatis participes in carcere quoque nullis procreatis liberis diem finiere, extincta hac ratione in Galliis, masculaCaroli Magni stirpe, Regnum ad nouam Capeti peruenit familiã, gubernatumque est à multis præclaris Regibus sui sanguinis in hunc vsque Christi annum 1583.

CAROLI MAGNI SCHEMA

Biblioteca Universidad de Deusto

SCHEMA DVCVM BVRGVNDIÆ.

- Richardus Comes Augustodunensis, creatur anno 888. ab Odone Francorum Rege primus Burg. Dux, obiitq; anno 920. successitq; filius
  - Rodolfus Burgund. Dux fit anno 923. Frãc. Rex, obiitque 936. sine liberis.
    - Boso Dux Burg. obiit sine lib.
    - Hugo Dux Burgũd. obiit sine lib.
    - Richardus Dux Burg. obiit quoq; sine liber. Deinde Lotharius Frãc. Rex Ducatum variis diuisit, inter quos Hugo Albus facilè meliorẽ partẽ cũ titulo Ducis obtinuit, moriẽs anno 956. reliquit
      - Hugo Capetus partim vi, partim dolo Franc. occupauit regnum
      - Otto Burgũd. Dux, obiit anno 964. sine liberis.
      - Otto iunior Dux Burg. obiit quoq; sine liber.
      - Hẽdricus Dux Burgũd. obiit etiam sine liberis, relinquens Ducatum nepoti ex fratre Hugone Capetonato, nomine Roberto, vt suprà patet.
    - Robertus Frãc. Rex ac Burgund. Dux post obitũ patrui Hendrici, successitque illi filius
      - Robertus secũdus Dux Burgũdiæ est factus anno 1002. successitque illi filius
        - Hendricus secundus Burgũdiæ Dux ante patrẽ obiit, cùm duos reliquisset filios:
          - Hugo primus Dux Burgund. obiit sine liberis
          - Otto tertius Dux Burgund. cui vxor peperit
            - Hugo secundus Ottonis tertij filius, Dux Burgund. est factus anno 1102. quinque relictis filiis, è quibus Otto 4. natu maximus successit
              - Otto quartus Dux Burgũdiæ anno 1123. reliquit ex Maria Comitis Blosij filia liberos quatuor
                - Hugo tertius Dux Burg. anno 1165. nati sunt ei ex Alisa filia Ducis Lotharingię
                - Otto quintus Dux Burg. fit an. 1192. successitque ei filius
                - Hugo quartus Dux Burg. anno 1218. peperitque ei vxor Beatrix filios tres:
                  - Eudo siue Otto natu maximus, primò duxit Mahteldim Borboniam: deinde Isabellã Neuersiam, relictaq; filia Eudo obiit ante patrem Hugonem, successitque illi frater.
                  - Robertus tertius Burgũd. Dux an. 1273. reliquit ex vxore Agnete
                  - Ioannes dictus Borbonius natu minimus
                  - Hugo 5. Dux Burg. obiit sine liberis.
                  - Odo aut Otto 6. Dux Burg. anno 1315. duxit Ioannam filiã natu maximam Philippi Longi Franc. Regis ac Ioannę filiæ Ottonis quarti Burg. Comitis, obiitq; an. 1348
                  - Margareta vxor Lodouici Hutini Franc. Regis est facta 1305
                  - Ioanna vxor Philippi Valesiorũ Comitis, posteà Franc. Regis, peperit ——
                  - Beatrix nupsit Hugoni Brunio Marchæ Com.
                  - Isabella Regi Roman.
                  - Philippus Dux ac Comes Burg. ac Artesiæ, duxit Ioannam filiam ac hæredem Guilielmi Comitis Aruernorum ac Bolonię. Ipse obiit anno 1345. relicto vnico filio:
                    - Ioanna vxor Amati Comitis Sabaudiæ.
                  - Ioanna vxor Philippi, Eurefij Comitis, quem his nuptiis Nauarræ Regẽ fecit. Auia enim eius paterna vnica fuerat regni Nauarræ hæres.
                    - Carolus Eureusius Nauarræ Rex.
                    - . . . . . Barrensium Dux.
                    - Carolus 5. Frãc. rex.
                    - Lodouicus Angium Dux.
                    - Ioannes Biturigum Dux.
                    - Philippus Burgund. Dux, ac causa vxoris Comes Burg. Flandriæ, Artesię, Neuersij, Rastellæ ac Estampij. Vide Capeti Genealog.
                  - Ioannem huius nominis primũ Francor. Regem, cui sunt nati è Bona Lutzéburgica——
                  - Philippus Dux Aurelianorum, obiit sine liberis.
                  - Philippus Dux & Comes Burgundiæ, Aruerni & Bolonię, obiit sine liberis anno ætatis suæ decimoquarto, cùm ei esset despõsata Margareta Lodouici Malani Flãdriæ Comitis filia ac hęres vnica, quam deinde duxit Philippus Audax, Dux Comesq; Burgundiæ, Artesiæ, Neuersij, Rastellę ac Estampij, filius natu minimus Franc. Regis, Ioannis primi.

SCHEMA

SCHEMA COMITVM BVRGVNDIÆ.

- Reinoldus dicto Imp. Romanorum beneficiario iuteiurãdo primus fit Burgundiæ Comes, qui stabili est vsus possessione, idq́ue circa annum à partu Virginis 1045. successit ei filius.
  - Guilielmus Burg. Com. qui obiit anno 1087. successitque filius
    - Stephanus Burg. Com. obiit in Syria an. 1116. successitque filius
      - Guillielmus secundus Comes Burg. dictus puer à suis interficitur anno 1126 nullis relictis liberis, successitq; illi cognatus proximus
  - Reinoldus secundus Comes Mascononensis, Cabillonẽsis, ac Burgundię, quod Guilielmi pueri esset hæres proximus. Sed cùm etiã sine liberis moreretur, successit proximus hęres
  - Reinoldus tertius cognatus Reinoldi secũdi, nisi coactus Imp. sacramentum dicere voluit. Suscepit ex Iuditha filia Ducis Lotharingiæ vnicam tantùm filiam
    - Beatricẽ Burgundiæ Comitem, quam duxit Imperator Friedericus Barbarussa, cui anno 1185 successit filius,
      - Otto Com. Burg. cui est nata ex Margareta vxore vnica quoq; tãtùm filia dicta
        - Beatrix Burgũd. Comes, vxor Ottonis Meranię Ducis, cui diuturnum fuit bellum cum Stephano Comite Mascon. ac Cabil. Peperit Beatrix
          - Ottonẽ tertium Burgundiæ Comitem, qui obiit sine liberis, successitque Ioannes Cabillonensis filius supradicti Stephani, qui tres duxit vxores, his susceptis liberis
            - Isabella secunda vxor peperit
              - Ioannẽ Auxerræ Com.
              - Stephanum
              - Petrum.
              - Mahteldis prima vxor peperit
                - Hugonem Burgundionem Comitem factum anno 1261.
                - Otto 4. Burgund. Comes, an. 1278. reliquit ex vxore Mahtelde Artesiaca
                - Hugo.
                - Stephanus.
                - Reinerus.
                - Hendricus.
                - Ioannes.
              - Laura Commercia tertia vxor peperit
              - Ioannem Challonniũ Arlaij dominum, vnde Challõnicæ familiæ origo deducitur.
              - Ioanna.
            - Ioanna liberorum omnium natu maxima fit anno 1306. vxor Philippi Pictonum Comitis, posteà Franc. Rex dictus Longus, peperitque
              - Ioanna natu maxima vxor fit anno 1317. Odonis aut Ottonis sexti Burgundiæ Ducis, in dotem ei adferens Comitatum Burgundiæ & Artesiæ. Atqui hic primum Ducatus & Comitatus sub vnius Principis deuenêre imperium.
              - Robertus dictus Artesius, sine liberis anno ætatis suæ 16. obiit.
              - Blanca nupsit anno 1307. Carolo pulchro Marchæ Comiti, postea Franc. Regi, qui anno 1314. renunciarunt omni actione quam in Burg. Comitatum allegare poterãt, cedẽtes sorori Ioannæ vxori Regis Philippi Longi. Repudiata tandem Blanca sine liberis obiit.
              - Blanca nupsit Imberto Delphino Viennensi, anno 1317.
              - Margareta Francica natu minima, nupsit Lodouico Neuersio Flandriæ Comiti eodẽ quo sorores anno. Ipsa obiit ann. 1382 vnico relicto filio
                - Lodouico Malano Flandriæ Comite, cui è Margareta Brabantica est nata
                - Margareta filia hæresq; vnica, vxor Philippi Audacis Burgundiæ Ducis.
              - Maria Longecampi prope Lutetiam Parisiorum Deo virginitatem dedicauit.

VITA

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA PHILIPPI AVDACIS E REGIA VALESIORVM FAMILIA PRIMI BVRGVNDIÆ DVCIS,

LIBER SECVNDVS.

Annus à partu Virginis 1334.

PHILIPPVS Valesius, primùm sine terra cognominatus, deinde Turonensium, postremò Burgundiæ Dux, cognomine AVDAX, natus est anno à natiuitate Iesu Christi 1334. patre Ioanne Valesio Duce Normanniæ (quandiu Rex Philippus Valesius vixit, eo mortuo Rex Francorum primus huius nominis) matre Bona Lutzenburgica (quidam perperam appellant Mariam) filia Ioannis Comitis Lutzenburgij, ac Bohemiæ Regis, cognomine Cæcus. Tres habuit fratres se natu maiores: Carolum natu maximum, mortuo patre Francorum Regem huius nominis quintum: Lodouicum, primum Andegauensium Ducem, adoptioneq; Reginę Ioannæ Neapolis Regem: Ioannem Biturigum Ducem. Matris Bonæ summa cura sunt educati. Animaduertens enim maritum Ioannem, eiusque patrem Anglico occupatos bello, vix aliis rebus animum adiicere, filiorum custodiam, educationemque, expertis prudentibusque viris commisit, qui primam ætatem ad viua virtutum exemplaria formare conati, vitiis in odium adductis, pellere superbiam, auaritiam, fastum, libidinem, cæteraq; prauas cupiditates adnitebantur, animosque generosos assuefaciebant ad humanitatem, liberalitatem, moderationem, ac continentiam, sæpius inculcantes amorem ac reuerentiam, certissimum tutissimumque Principum virorum esse præsidium. Relictis artibus quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, ad arma tractanda eos instruxêre, ac imprimis pro ætate equum regere docebant, ex eo armatum decurrere, gladio ac leui lancea inter se, ac cum æqualibus experiri. Deinde crebra venatione, corpus ad omnem laborem assuefacere, frigus ac æstum, famem, sitim, ac somnum, cæteraque incommoda, quæ tempore vsui esse possent, perferre, cùm harum rerum continuatione non solum corpus exercitatione roboretur, sed etiam ingenij animiq; vires vegetentur, acuanturque. Liberales disciplinas, communem populi sensum excedentes vix attigerũt, cùm eius temporis Principes, humaniores literas magis admirarentur, quàm sectarentur. Barbaries enim quæ per orbẽ terrarum, Romano deficiente Imperio, longè lateque grassabatur, hominum mentes tam altè obsederat, vt nullos minus ad eloquentiam humanitatemque, quàm viros nobiles, exerceri debere existimarent, Principesque Christiani, à dicti Imperij occasu, in hunc vsque diem ambitione exæcati, inter se sæuire non destiterant, ac proinde arma quàm literas necessaria magis censebant. Exacta pueritia moritur auus Rex Philippus Valesius, patremque Ioannem, ac matrem Bonam, eius loco Regum Francorum corona redimiri vident, quo bellum contra Anglos (olim Britanni) parante, vt paternas vlciscereturclades, ac perdita recuperaret, prima & ipsi seriò arma induunt, manu consilioque Franciam posthac defensuri. Diuturnum enim funestissimumq;, inter Anglos, Francosque bellum, hac de causa erat ortum. Philippus Pulcher Francorum Rex tres ex vxore reliquit filios, ac filiam vnicam: Lodouicum Hutinum: Philippũ Longum: Carolum Pulchrum: Isabellam vxorem Eduardi secundi Anglorum Regis, eorum seriem à Guilielmo, Anglici regni occupatore, filio notho Roberti Normanniæ Ducis, numerando. Isabellæ tres dicti fratres ætatis ordine inuicem Francorum in regno succedunt, cùm nulli proles masculaa nasceretur, adeò vt mortuo Carolo Pulchro, fratrum natu minimo, eius in locum Francici Proceres, Philippum Valesium iam sæpe nominatũ, filium Caroli primi Valesiorum Comitis, qui frater fuit dicti Regis Philippi Pulchri, Regem coronarent. Eduardus tertius Angliæ Rex, filius Eduardi secundi, ac Isabellæ Francicæ iam nominatæ, considerans coronatione Philippi Valesij, se matremque Isabellam adhuc viuentem, Francici regni imperio planè spoliari, Princeps ætatis vigore, ardoreq; iuuentutis flagrans, ac ab inquietis turbulentisque hominibus qui Salicam Legem pro cõmento habebant concitatus, posteaquam frustra vltro citroque, componendi dissidij causa

causa sæpius conuenissent, bello ius persequendum ratus anno 1346. iusto instructus exercitu, ex Anglia in Franciam trajecit, ac Philippum Valesium, animosa Francorum iuuentute stipatum, prope pagum Creciacum (situs est in Comitatu Pontiaco, ea Belgarum parte, quæ nunc Picardia dicitur) magno prœlio superatum, victumque, fuga sibi consulere cogit, occupatisque eius tractus aliquot oppidis, Caletum quoque, post annuam ferè toleratam obsidionem, Francis eripit, quod ex eo tempore Angli, circiter ducentos, ac decem continuos possederunt annos: his enim elapsis Franci, imperante Hendrico secundo, ducti Francisci Lotharingi, Guisiorum Ducis, pulsis Anglis, Caletum cum Comitatu Guinensi, recuperarunt. Hoc prœlio animis quasi classico, ad acerbi belli restaurationem concitatis, Franci cogitabant quibus rationibus acceptum dedecus resarcirẽt, veteremque bellicæ virtutis opinionem repararent: Angli verò qua via, parti decoris famam, magis magisque augerent, extenderentque. Sed in ipso apparatu Rex Philippus anno 1350. moritur, relicto filio Ioanne, tam belli, quàm regni hærede, qui parre multo infortunatior anno 1356. cum Eduardo Vualliæ Principe dicti Regis Eduardi filio natu maximo, in campis Pictauiensibus congrediens, ingenti pugna victus, cum filio natu minimo Philippo, tum temporis Turonum Duce (cuius nunc vitam scribo) capitur, quo prœlio Philippus, vix viginti & vnum annos natus, fratribus desperata victoria prœlio excedentibus, tanto mortis contemptu patrem defendit, vt tam hostes quàm amici, generositatem animi eius admirati, vnanimi voce Audacis ei cognomen deferrent, non quòd coronato Carolo sexto fratris filio, solenni Principum comitio, medium se inter Regem, fratremque natu maximum Lodouicum Angium Ducem ingesserit. Nam si id verum foret, plus cognomento dedecoris, quàm honoris peperisset. Quam enim laudem meritus fuisset, quòd cum fratre natu maximo dissidij causam, ex intempestiua ac indecora ambitione ortam, solenni Regiæ coronationis conuiuio, vir iam iustæ ætatis quæsiuisset? Hæc vt credam facit, quòd Ioannes Froissardus, qui hoc tempore vixit, ac Regum Caroli quinti, ac sexti vitas Gallicè diligentissimè scripsit, ne verbum quidem de conuiuali hoc dissidio faciat, curiosè alioqui describẽs, Caroli sexti coronationem, Principum præsentiam, Regij prandij locum, & conuiuas, tam prolixa molestaque diligentia his ac similibus inhærens, vt festinanti Lectori non immeritò fastidium pariat. Oliuerius Marcanus qui anno 1435. Gallicè scripsit, natus anno 1380. vir primæ nobilitatis, ne verbum quidem de hac fratrum contentione meminit, cùm tamen diuersas cognominis Audacis adferat causas. Quare ea est verisimilima, quòd cùm varij nobiles Angli (cesis, capris, aut in fugam actis Regię Turmæ nobilibus) Regem capere conarentur, solus, ne id fieret, præter ætatis vires acerrimè pugnans adnitebatur Philippus, donec ab omnibus ferme desertus Rex, vulneratus Philippus, ac à patre arma ponere iussus, nec tamen parens, mirati Angli adolescentis generositatem, ac imperterriti animi, in extremo etiam vitæ periculo vigorem, e numero vnus alta voce clamans, ait: *Dede te Philippe Audax*. quæ vox à circumstantibus excepta, æterni cognominis causa fuit. Captus itaq; cum patre Audax, ab Eduardo Principe Vualliæ in Angliam ducitur, primumque Londini, deinde in Arcem Vindesoræ, honestæ custodiæ committuntur, vnde quadriennio cum duobus mensibus elapso, cùm pacem Reges fecissent, cum patre in Franciã reuertitur, expectans quod in Anglica custodia pater promiserat, vt Ducatus Burgundiæ sibi traderetur. Postularat enim à morte postremi Ducis sæpiusà Rege Burgundi Principem, verentes ne extincta libertate regno coniungerentur. Sed Rex Ioannes in Angliam, obsidum liberandorum causa profectus, morbo Londini, antequam regni sui statum componere, ac promisso satisfacere posset, extinguitur, anno 1364. tertio Idus Apriles. Frater verò Audacis natu maximus Carolus Rex coronatus, patris promissum eodem anno, postridie Cal. Iunij, fratri Audaci sine vlla difficultate exoluit, addita conditione, si masculam prolem ex vxore nõ suscepisset, Francorum regno, Burgundiæ Ducatus redderetur, filiabus omni iure successionis spoliatis. Audax conditione accepta, posteaquam Regi Ducatum Turonensem restituisset mense Maio, anno 1366. instructus iusto ac armato comitatu, cui præerat Reinerus Carnolius dictus Archipresbyter, per vniuersam Burgundiam, ab omnibus ordinibus, oppidisque, magna cum gratulatione est receptus, ac veterum Ducum more, præstito, acceptoque solenni sacramento, inauguratus. Deinde statu regionis compositio, dissi-

1346.

1350.

1356.

1364.

1366.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dijs Procerum sublatis,præsidiis confirmatis,ac largitione,humanitateque,omnium animis conciliatis,Lutetiam Parisiorum ad Regem fratrem reuertit,cui deinde per omnem vitam,omnibus in rebus,ac præcipuè ad recuperanda,quæ superioribus cladibus fuerant amissa,non parum profuit. Verùm quia pax quam pater cum Anglis fecerat, temerè violanda non videbatur,consultabant qua æquitatis specie,quo tempore, ac qua via, decretum iam animo bellum essent exorsuri ac gesturi,ardéte etiamnum Francia duplici bello,cum Carolo nimirum Nauarræ Rege(qui vt superius est dictum,matris causa in Burgundiæ Ducatum ius allegabat)ac coniuratione veterum nouorumq; militum,qui prædas agendo,ac pecunias extorquendo, miserè Franciam affligebant. Horum autem tria grassabantur genera. Primi erant Veterani non exauthorati,qui per causam stipendij nõ soluti,reuera autem quod Ioannem Regem in Anglia captiuum detineri scirent,liberos ac regni Proceres cladibus consternatos,parum in commune consulturos arbitrarentur, Reinero Carnolio,qui Archipresbyter cognominabatur,viro nobili,ac militię gnaro Duce creato, Burgundiam, Borboniam, Prouinciamque Lugdunensem prædabundi peruagabantur,donec Auenionem vbi tum Antipapa Innocentius,cum magno Ecclesiasticorum Procerum comitatu sedem habebat, venissent, quem subito aduentu adeò terruerunt,vt datis acceptisque vltro citroque obsidibus,Archipresbyter in vrbem ad Antipapam iret,ac ab eo quadraginta millibus aureorum liliorum delinitus, conuersum indo agmen, multa agrorum populatione saturatum,ad Franciæ Regis stipendium reduceret. Qui relicto Archipresbytero, Duce Ruffino Gallico Aurelianum agrũ,ac Roberto Carnolio Aruernos deprædabantur,licentia allecti prædatoria, Principum stipendia auersabantur. Secundum coniuratorum genus constabat è confluxu ac colluuie infimæ plebis, quæ temerè ex omni Gallia, sine certo,aut alicuius nominis experientięq; Duce errans, nil præter miseram rusticis vitam relinquebat,bonisque eorum ac corporibus, vti in proscripto vtebatur regno: dumq; contra se parari arma intelligunt,furibundam rabiem in nobiles conuertunt,vociferantes hos esse veros populi sanguisugas, tyrannos, ac oppressores,bella è bellis ferentes,quo miseræ plebis cruore ac sudore,nomẽ,opes,ac dignitatem pararent. Inde væsanum lymphaticumque agmen peruagatur Bauuasios,Brienses,Marnos,Suessones,denique vniuersam Picardiam,paucis diebus supra centum quadraginta nobilium Castella funditus euertentes,nobiles captos confodientes,strangulantes,aqua suffocantes,exurentes,assantes,aut in partes secantes, vxores ac filias in conspectu constupratas cum famulis ac infantibus iugulantes, nullumque crudelitatis genus in captiuos captiuasque nobiles omittentes.Contra hanc Galliarum pestem,nobiles statim arma induunt,quibus cùm accessissent Burgundionum auxilia, primũ apud Claromontem,deinde ad oppidum Meldense (quod nunc Maux dicitur) postremo haud procul Ambiano,cum latronibus congressi,semperque superiores, supra nouem millia interficiunt,post quas clades paulo quietiores,tandem orto dissidio dissipantur,abiectisq; armis, secretò ad sua quisque rediit, sed diligenti per vniuersum regnum inquisitione facta, capti huius factionis infames milites, pœnis vt sanguinarij latrones dedère non vulgares. Tertium coniuratorum genus veteres erant omnes etiam, sed exauthorati milites, sine Duce, posteaquam pax esset facta, per regnum vagantes, nimirum, Germani, Belgæ, Angli, Schoti, Italiae Galli, qui bellica licentia rapto passim viuere consueti, si domum positis armis reuerterẽtur,sciebãt secundũ leges,nisi vellẽt puniri,sibi fore viuendũ,ac ex diurno opere victum quęrendum,quo vitæ genere iamdudum non assueti,retentis armis oportuna inuaserant munierantque loca, e quibus vicinos omnes hostium loco habentes,populationibus rapinisque vexabant,eo confidentiùs, quòd Archipresbytero idem conatus non malè cessisset. Præfectos legerant ex omnibus ordinibus nationibusque expertissimos, vetustissimosque milites,inter quos plerique erant viri nobiles ordinis equestris,sed obærati,ac decoctores. Cùm delectu habito,supra viginti veteranorum peditum millia recensuissent(exceptis qui munita occuparant loca)fortunam tentaturi, prima in Campangis locant castra, prædaque repleti in Burgundiam proficiscuntur, oppidis pagisque qui sua incendi,aut vim experiri nolebant,pecunia multatis.E Burgundia petunt Mascones,Forestios,ac Prouinciam Lugdunensem,nemini parsum,nisi qui se suaq; redemisset. Rex Ioannes hoc tempore adhuc in viuis, carcereque liberatus Iacobo Borbonio

nio Monpessulani præfecto scribit,collecto quàm posset iis in partibus maximo equitum peditumque numero,prædatores pelleret aut opprimeret. Borbonius excita Regionis nobilitate, conscriptisque tyronum aliquot millibus, ac non contemnendo è Burgundia accepto auxilio,tria equitum,septem peditum millia, cùm in vnum coëgisset, confisus equitatui qui apud prædatores ferme nullus erat,Brignei prope Lugdunum contra viginti veteranorum peditum millia aciem instruit vnam,simplicemque peditibus in phalangem constiparis, ac ab vtroque latere equitatui (à quo victoriam sperabat) munitis. Prædonum duces Borbonij peditem contemnentes, tres acies instruunt: Mediam eamq; infirmissimam contra Borbonij pedites statuunt, reliquis duabus è veteranis coactis tanto impetu equitatum inuadunt, vt reflectendorum equorum erepto tempore, cominus pugnare cogerentur:quod cùm plerique ex equis desilientes alacriter fecissent, post acrẽ tamen pugnam, renouatumque à prædatoribus impetum, fusi equites profligantur, cadente Comite Forestano,ac cum eo supra centum viris nobilibus, ipso Borbonio, cum filio Petro vulneribus confecto,ac post triduum Lugduni vita excedente. Tyronum peditatus equitum clade perterritus, proiectis turpiter armis,fugam arripit, desideratisque tam in pugna quàm fuga plusquam tribus hominum millibus. Capti sunt plusquam ducenti nobiles:præda in Borbonij castris reperta cum pecunia quam pro redemptione nobiles numeratunt,tanta fuit, vt prædatores ditaret. Hac victoria elati, vniuersam Lugdunensem Prouinciam,nisi omnia exuri, oppidaque in diserimẽ expugnationis adduci vellent,ad rerum suarum iniquissimam redemptionem cogebant, donec regione expoliata, commeatuque deficiente,in duo se agmina diuidere cogerentur, quorum alterum Pontem Sancti Spiritus occupans(oppidum est ad septimum milliare infra Auenionem positum) Antipapæ Innocentio sacratisque Proceribus, memoriam Archipresbyteri quotidianis excursionibus renouabat. Secunda hac prædatorum pugna exciti, qui Franciæ vmbilicum è munitis locis quotidie vexabant,plerique his relictis,citato profecti agmine, iis se coniungunt. Antipapa Innocentius,iusto præsidio contra tantam multitudinem destitutus,sacram indicit militiam,vitiorum omnium absolutam pollicitus veniam, qui sacra induisset arma.Sed cùm magna hominum multitudo Auenionem conueniret,pecunięque inopia rebus necessariis destituti, breui ad sua quisque est dilapsus. Quare cùm alia Pontifex circumspectaret consilia, tandem huc confugit. Gerebat hoc tempore bellum Monferrati Regulus cum Galeacio ac Barnaba Mediolanensium Vicecomitibus, Stephani Vicecomitis filiis, ægreque Vicecomites Monferratensis inferior opibus sustinebat. Quare consilio Antipapæ prędatores e Ponte sancti Spiritus Auenionem prementes, ad stipendium allicit, Antipapa eis sesquimestre stipendium in promptu numerante, eorumque forti fidelique eo bello Monferratensis est vsus opera. Quibus Italica expeditio cordi non fuerat,per Burgundiam,ac Campangam,relicta Lugdunensi Prouincia, in Carnutum fines consederunt, vbique infami populationum ac rapinarum suarum memoria relicta. Dixi post victoriam Lugdunensem prædatores in duo se diuisisse agmina. de priori iam scripsimus. Alterum Duce nobili Gascone Seguino Batefollio in Aruernos profectum, oppidum Briodum occupat,egregieque munitum,integro tenent anno, finitimos omnes iniquissimis tributis ad inopiam redigentes, donec tandem secretioribus apertis feminis Dux Præfectiq; auro onerati, militem præda saginatum ex Aruernia deducerent, proficiscente Batefollio cum his quos infamis militiæ iamdudum pudere cœperat,domum. Maior verò pars rapinis ac furto viuere assueta,militarisque disciplinę oblita,in omnem se licentiam effuderat,Principumque stipendia contemnentes, sui animi suæque sortis Ducem,qui hoc feroci vtebatur titulo,creauerant: *Deo amicus, orbi terrarum hostis*. Bi aliquot occupatis oppidis, multisque munitis castellis, Ducis sui titulo summa diligentia satisfaciebant,vsque adeò vt Francorum Rex Carolus Quintus,ignominiam animo diutius non sustinens,iusto tamen exercitu,cui Dux prudens cum auctoritate præesset,opus esse videns,fratri Philippo Audaci negotium committit,qui peculiarem damno doloreque contra prædatores, quòd toties Burgundiam infestis armis popularant,irritatus,breui sex veteranorum peditum,ac duo equitum millia coëgerat. Hos quo diuersis locis Nauarro ac prædatoribus resistat commodius, in tres partes diuidit: Bertrandum Guesclinum cum mille peditibus,ac ducentis equitibus in fines Normanniæ mittit: Ioan. Riuerium

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittit: Ioannem Reinerium cum duobus peditum millibus,ac ducẽtis equitibus in Eu-
resios contra Nauarrum proficiſci iubet,qui in itinere peditum equitũque numero valdè
ſunt aucti,ac commiſſas ſibi prouincias ſtrenuè feliciterque obierunt. Ipſe Audax creſcẽ-
te indies tanti Ducis fama exercitu,prædatores in Carnutum arcibus ſe continentes ag-
greditur, obſeſſa arce Mercheranuilla, qua poſt paucos dies ad deditionem coacta,
omnes qui intus erant,rebus ſaluis abire permittit,Guilielmoque Chertrano quadragin-
ta cum militibus ad cuſtodiam relicto,pergit ad caſtellum Camerolum, cuius præſidiarij
Carnutenſibus ſupra omnes infeſti. His ad arbitrium ſeſe dedere coactis, externos
milites omnes,armis,boniſque ſpoliatos,ac poſt octo dies Francia ſe exceſſuros, nec intra
proximum quadriennium,Nauarro ſtipendia facturos promittentes dimittit, Gallos ve-
rò omnes ſuſpendio ſtrangulari iuſſit. Arx Carnutenſibus donata ſtatim ſolo æquatur.
Hinc profectus arcem Druanam vi expugnat, omnibus qui intus erant interfectis,prædâ
militi concedit.Eodem ardore caſtellum Preux aggreditur,ſed à muris repulſus,ad obſi-
dionem operibus adhibitis ſe conuertit,donec præſidiarij multis ſuorum interfectis,plu-
ribuſq; vulneratis,nec vſquam auxilium expectãtes, de deditione agere incipiunt, maxi-
mè territi tormento bõbardico,quo tum tẽporis primũ reperto,mœnia magno cum ſtre-
pitu ac terrore quatiebantur. Pacti igitur externorum militum vitam,exuti armis ſarci-
niſque,conditione Camerolenſium Gallias relinquunt, Franci milites ad vnum omnes
in crucem ſunt acti. Philippo Syluio Preux commiſſo,cùm ad caſtellum Comaum exer-
citus eſſet ductus, vita fortuniſque omnibus conceſſa, deditionem faciunt, coactus cum
eis mitius agere,quod Comes Monbelgardi,ac Lodouicus Neucaſtellius cum pleriſque
aliis Burgundiæ Proceribus rebellione facta, circa Beſantium ,non mediocri contracta
manu,prædas agebãt.Quare Comaũ Philippo Arcerio octoginta militũ præſidio cõmit-
tẽs,exercitui apud Carnutes paucis diebus quietẽ cõceſſit,maiore inutiliorcẽq; eius parte
Auxerræ Sancerræque Comitibus perſequendis prędonum reliquiis derelicta. Ipſe cum
expedito agmine (qui à voluntariis in itinere non parùm augebatur) magnis itineribus
per Campangam in Burgundiam contendit, reperitq; fideles Burgundos magno nume-
ro cum armis paratos,aduentum ſuum ſollicitè, Archipresbytero Duce,præſtolari. Iun-
ctis igitur viribus,hoſtes perſequi inſtitit.Sed Monbelgardus aduentum Audacis expe-
ctare non auſus, Rhenum tranſierat. Audax eius ditionem populationibus ac incendiis
vaſtat,donec Comes clade ſuorum victus,deprecatoribus vſus Burgũdiæ nobilibus cum
Neucaſtellio cæteriſque rebellibus,in gratiam rebus omnibus reſtitutis recipitur. Com-
poſito Burgundiæ ſtatu,cum veteri exercitu,dimiſſis Burgundis,contra prædones rever-
titur,quorum maior pars, relictis inualidis caſtellis,oppidum Charitatis ad Ligurim ſitũ,
nomine Regis Nauarræ,ante tres menſes occuparat,commiſſa Bertrando Salleo , ac Ot-
tingo Anglis veteranis Ducibus oppidi cuſtodia,iunxeratque ſe eis cum trecentis lancea-
riis peditibus,Robertus Briccetius,indeſque minutis prœliis Burgundos laceſſebant, ac
prædas agebãt,donec miſſus à Rege Carolo Morauus Fiennius Equitum magiſter (Fran-
ci Conneſtablum vocant) nouo cum milite flumine ac terra clauderentur , breuique re-
rum omnium inopia coacti , vita fortuniſque retentis , oppido excedere parati erant.
Verùm Audax vltimæ eorum neceſſitatis gnarus,ſuo omnia arbitrio committi volebat,
coactique ad iniquam conditionem fuiſſent, niſi Rex Carolus cum eis tranſigi iuſſiſſet,
quo exercitus in auxilium Caroli Bloſij mitteretur,bellum cum Monfortij Comite, pro
Britonum Ducatu gerenti. Aperiuntur igitur, vita omnibus conceſſa , impedimentis ac
armis exuti, portæ,iurant in proximum triennium Nauarro ſe non militaturos , dolente
Audace, quod,vti decreuerat,pro arbitrio de militaris diſciplinæ corruptoribus,ad aliorũ
exemplum,pœnas ſumere non poſſet. Tantis affecti prædones continuis cladibus , quod
bellum inter Francos & Anglos ſenſim repullulaſceret , vbi ſe tutius poſſe confidebant,
1369. huic aut illi parti dant nomina. Verno tempore anni 1369. Audax diu antea cum fratre
Rege meditatas nuptias tentare conſtituit. Ea autem erat Margareta filia hæreſque vni-
ca Lodouici Malani Comitis Flandriæ. Exercitu igitur poſt deditionem Charitatis,Au-
xerræ,Sancerræque Comitibus , ac Bertrando Gueſilino Ducibus in auxilium Caroli
Bloſij miſſo , ad Regem Pariſios proficiſcitur , deque Flandricis nuptiis diu multumque
conſultantes , decernunt nec ſumptibus , nec laboribus parcendum,donec impetrarint,
quod

quòd Eduardum Anglorum Regem profilio Aidmundo eaſdem ambire ſcirent , gnari
non exiguas vires Flandrica affinitate illi acceſſuras,qui Margaretæ nuptias impetraſſet.
Comitis Lodouici mater Margareta cum maxima Flandricæ nobilitatis parte pro Au-
dace erat : Comes Lodouicus, Gandenſes, populuſque Flandricus pro Aidmundo. His
omnibus tamen non obſtantibus, poſteaquam ſæpe vltro citroque legati commeaſſent,
tandem Audaci virgo Gandaui poſt ſeptennem ſollicitationem promittitur,non tantum
patris, ſed & omnium Flandriæ Ordinum conſenſu, Rege Carolo nõ ſolùm magnis mu-
neribus animos expugnante, ſed quæcunque Comes populuſque poſtulabant, liberaliter
concedente. Comiti enim Lodouico ducẽta aureorum Liliorum millia donauit , nobili-
bus eorumque vxoribus dona miſit;poſtremò erga omnes,quos aliquid penes Comitem,
populumque poſſe cognouerat liberalitatem exercuit , qui poſteaquam ſemel Gallicum
attigiſſent aurum,mitum quàm eis Anglici ſorduerint proci.Ordines ac populum in ſuas
partes Rex traxit,reddẽs quę dolo extorſerat oppida anno 1304. Rex Philippus Pulcher,
Inſulas, Duacum , cum Orchiaco. Froſſardus ſcribit tria hæc oppida Philippo Pulchro,
certa pecuniæ ſumma,fuiſſe oppignorata,quam his nuptiis Rex condonarit. Itaque Co-
mitem,tranſactis ſponſalibus,dicta oppida repignoratione facta, cum quinquaginta mil-
libus aureorum Liliorum recepiſſe,rurſumque Comitem Regi cõdonaſſe annuum cen-
ſum decem millium Florenorum,cum vſuris. Adhęc centum millia aureorum Liliorum
ex veteri debito contractus Clamecij facto. Poſtremò quæ Rex Comiti debebat pro mi-
litum ſtipendio,quos eius cauſa Greuelingæ in præſidio contra Anglos habuerat , vetera
omnia,exoleta,ac proinde deſperatæ ſolutionis debita. Cautum inſuper erat, ſiquis ſuc-
ceſſorum Audacis,maſcula ex vxore non procreata prole dieni obiiſſet,dicta tum tria op-
pida ad Francici Regis obedientiam reuerterentur ;addita conditione , ſi eius temporis
Rex,præſcripto die Comiti Flandriæ annuum cenſum decem millium Florenorum aſſi-
gnaſſet: quod cæſo ad Nanceum Carolo Pugnace,cùm factum non fuiſſet, dicta tria op-
pida(controuerſia hac de re orta,paucorum dierum hinc inde conuentu ſopita) Flandriæ
vetuſto corpori annexa,omni Francico iure ſunt liberata. Receperat Rex Carolus redditis Inſulis, Duaco, ac Orchiaco à Margareta Francica Comitis Lodouici matre, Fanum
Odomari,Heldinum,Berhuniã,ac Atram , dederatq; dictæ Margaretæ literas ſua manu
ſigilloque roboratas, quibus pollicebatur, cõfectis nuptiis,dicta quatuor Atrebatenſis di-
tionis oppida ſe reſtituturũ,idemque ſe facturum,ſi diſſolutis ruptiſque nuptiis, Inſulas,
Duacum,cum Orchiaco,Flandri ſibi reſtituiſſent:quæ bona fide vltro citroque ſunt ob-
ſeruata,pauloque poſt in celebri Flandriæ Ordinum conuentu, Audax eiuſque vxor , ſo-
lenni cum cærimonia iurauêre,ſeſe nunquam permiſſuros, vt Inſulæ , Duacum, nec Or-
chiacum à Flandria deinceps vlla de cauſa alienarentur,quæque iurarant publicis tabulis
conſignata, Ordinibus ad actæ rei memoriam,cuſtodienda,tradiderunt. Flandriæ popu-
lus nunquam putarat Regem tria iam dicta oppida traditurum, eaq; de cauſa in nuptias
ſub hac conditione conſenſerat.Sed cùm ſe opinione deceptos viderent, Comitemque
iam etiam cum vniuerſa nobilitate,pro Audace ſtare conſpicerent, pudore victus, tacitè
quàm inuitus,nuptias admittebat. Regij Conſiliarij Peronæ Audaci conſignatas extor-
ſerant tabulas,in quibus diſerte pollicebatur , Margareta in vxorem ducta , ac patre eius
Lodouico mortuo,ſe tria dicta oppida regno reſtituturũ. Sed cùm tabularum iniquitate
moti,repetitionem oppidorum vſque ad mortem Caroli Pugnacis diſtuliſſent , irriſi , ac
exploſi,concordibus iuriſperitorum ſententiis,docentium huiuſmodi contractus,contra
bonos mores,publicam quietem,contractuum ſtabilitatem,ac iuſtitię normam à vitiliti-
gatoribus leguleis repertos , nullius roboris nec poteſtatis eſſe, pudore confuſi tacuere.
Apud Angliæ Regem cuius filio Aidmundo Margareta fuerat promiſſa , Lodouicus ſe
excuſat,quòd filiæ ſuæ materna auia,ac Aidmundi mater conſobrinæ fuiſſent,auiamque
Aidmundi paternam paternæ auiæ ſuæ filiæ amitam fuiſſe,quod in vtroque parente ſan-
guinis vinculum, Vrbanus Pontifex ſoluere nollet. Verùm priuſquam Audax Margare-
tam duceret,vrgentibus Flandris, Rex Carolus Burgundiæ Ducatum,eo iure Audaci re-
liquit,quo eius pater Rex Ioannes à poſtremo Duce Philippo acceperat:quod quanquam
ægrè,cum tamen aliter res ſucceſſura non videretur, tandem Rex conſentit. Hæc inter
alios ſcriptores Ioannes Bodinus libro de Repub. ſexto cap. 5. teſtatur , aſſerẽs Burgundię

Ducatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ducatum Philippo Audaci Margaretam ducenti, addita clausula æternæ possessionis ac successionis, concessum tam pro filiabus quàm filiis, eaque de causa, cæso ad Nancetum Carolo Pugnace, eius cognatum Neuersij Comitem pro Maria Caroli filia, aut pro seipso Burgundiæ successionem à Rege Lodouico æquissimo iure petere potuisse, sed eum id neglexisse, quod quàm fuerit falsum, in vita Mariæ Caroli Pugnacis filiæ demõstraturum me, si Deus vitam dederit, spero. Pactorum, conuentorumque tabulis post has stipulationes consignatis, Comiti Lodouico Insulæ, Duacum, cũ Orchiaco traduntur, quæ iustis Flandrorum firmata præsidiis, Audax Gandaui decimotertio Kal. Iulij huius anni, magno Gallorum Burgundionumque nobilium comitatu stipatus, Margaretam ducit, nuptiisque magna cum solennitate, populique lætitia, decimoquarto die finitis, sequente noua nupta, Digeonem in Burgundiam proficiscitur, vbi renouatis nuptiarũ solẽnibus Margareta, incredibili Ordinum, ac populi lætitia, pompaque excipitur. Interea pace rupta, bellum inter Francos ac Anglos, si vnquam alias, magno apparatu maioribusque animis ac odiis instaurabatur, apud Gascones Lodouico Angium, apud Aruernos Ioanne Biturigum Duce Audacis fratribus rem gerentibus. Ipse Parisios ad Regem profectus, vniuersæ Picardiæ gubernationem accipit, Regeque expeditionem in Angliam parante, vt si fieri posset, eò bellum è Francia transferretur, classi præficitur. Verum quod oportunitas deducendæ classis, rebus omnibus imparatis nondum adesset, consilium altissimo premunt silentio, Audace interim in Comitatu Pontiaco Anglos acriter oppugnante, cuius omnia oppida præter Neslam, omnium munitissimum, in potestatem pulsis Anglis redegit. Interea maritimis Normanniæ locis, maximè portu Harfleuano, quę necessaria erãt cum summa diligentia administrantur, Rothomagum vbi miles conueniebat, Rex Audace comitatus proficiscitur, adeò vt Rex Eduardus consilium coniectura assecutus, parata ex aduerso non minori classe, Angliæ portus iustis præsidiis permuniret. Cæterum quo Franciæ Regem à cogitatione inuadendæ Angliæ auerteret, filium Ioannem Lancastræ Ducem, equitum peditumque mediocri instructum numero, Caletum mittit, iubetque maiores conducere copias, ac amicos confœderatosque euocare, quorum è numero primus cum trecentis venit equitibus Robertus Comes Namurcensis. Rex Carolus Lancastrum, ad regni interiora transgressurum veritus, dimissa expeditione Anglica, Audacem Normannum militem, contra Lancastrum ducere iubet, qui prope Abbeuillam Somanum amnem transiens, Monstreuli exercitum reficit, ac ex vniuersa Picardia, magna cum diligentia auget. Habebat Lancaster mille octingentos equites, balliſtariorum peditum (qui, vt hoc semel moneam, arcu ferreo scorpione, vt nunc scloperis, vtebantur) quinque millia, cum paucis hastatis. Castra in valle Torneham, tertio à Calero milliari locarat, quæ à Septentrione habebant Guineram, ac Caletum, ad Meridiem modici colles dumetis vetustisque aliquot arboribus nemorosi assurgebant, quos oportunis locis, additis operibus munierant. Oriens & Occidens, ad agrorum pascuorumque necessitatem multis fossis erant impediti, quæ vepretis ac senticetis conuestiebantur, interque hæc salices, minoresque quercus eminentes, locum natura munitum efficiebant. Quare hic Lancaster balliſtarios fermè omnes locarat: equites ac hastati versus meridiẽ sedentes in mandatis habebant, quemadmodum & balliſtarij, ne munitionibus inuisi progrederentur, sed accedentem hostem strenue seruato loco exciperent. Habebat Audax equitum quatuor, peditum nouem millia, regiisque strictissimis prohibebatur mandatis, pugnandi causa in campum ne descenderet, quamobrem in colle qui hostibus ex aduerso proximus imminebat, castris locũ capit, fossa ac vallo egregiè munit, eiusdem cuius Lancaster propositi, vt nimirum veniẽtem hostem munitionibus repelleret, castra verò non oppugnaret, hoc in statu ad mensem vsque Octobrem, duobus fermè mensibus vterque suos gerendæ rei occasionem captans continuit, Anglia ac Caletum Lancastro, Bolonia, Artesia, Picardia, ac Flandria Audaci commeatum affatim suppeditante. Non tamen adeò obstinatè à pugna abstinebant, nec contineri alacres semper Gallorum animi poterant, quin aliquando in subiecta valle leuibus prælijs vires animosque experirẽtur, sed nunquam maiori conatu, irrito tamẽ euentu, quàm paulo post Idus Augusti, tum enim quadringenti nobiles Franci equites, ac totidem laterones inscio Audace, Sole necdum oriente à sinistro latere Anglorum castra inuadunt. Sed dum Namurcẽsis equitum pars

pars qui ea nocte ibi excubuerant, è vallo repugnat, ipse exteris armatis auxilio aduolat, ac vno tempore in castris ad arma conclamant, existimantes Audacem omnibus viribus se oppugnatum venisse. Franci equites quòd forti consilio fortuna defuisset, posteaquam vltro citroque aliquandiu æquato damno pugnassent, in castra redierẽ. Instante mense Octobri Rex Carolus contentus quòd æstate extracta, è Francorum finibus Anglos continuisset, Audaci ad se vt veniat, dimissa exercitus parte, mandat. Paret fremens frendensque, quòd, nullo hosti illato damno, regredi primus cogeretur. Ne tamẽ postremum agmen ab insequentibus moraretur, multis nocte in castris relictis ignibus, ac paucis pro statione equitibus, silentio exercitum educit. Cùm iam lucesceret, ac vt voluerat Audax, ignis derelicta absumeret, mirabundi Angli decem equites exploratum mittunt, qui relata veritate, quòd magnis itineribus Audax longius præcessisset, Caletum Lancaster exercitum circa vesperam reducit, eodemque tempore Audax ad Fanum Odomari venies, maiore exercitus parte dimissa, Parisios ad Regem proficiscitur, repertque mense Februario anni 1370. fratres Angium, ac Biturigum Duces, eôdem conuenisse, quibuscum 1370.
de belli ratione Rege consultante, decernunt proximo vere in Aquitania Dux Angium, apud Quercios ac Limosios Biturix diuersis exercitibus hostem inuaderet, Audace curam gerente ne quid Picardia detrimenti acciperet. Dum fratres exercitus conscribunt, Audax Carolos duos, hunc Franciæ, illum Nauarræ Regem inuicem conciliat, nõ parum hac pace Anglis incommodans, quòd Nauarrus munita oportunaque aliquot Normanniæ loca possideret, vnde Angli incursionibus Franciam vexare mirifice potuissent. Nauarrus Franciæ Regis sororem in matrimonio habebat, cuius opera (ad perpetuę, vt videbatur, amicitiæ confirmationem) factum est vt is Parisios ad Regem Carolum, communicatum proficisceretur, filios ei suos, Carolum ac Petrum obsides relinquens, donec Angliæ regi bellum denuntiasset, intulissetque. His perficiendis rebus duobus fermè annis consumptis, proficiscitur Audax æstate anni 1372. ad bellum Aquitanicum, comitante 1372.
Biturigum ac Borboniæ Duce, Bertrandoque Guesclino, non ita dudum Magistro equitum à Rege nominato, statimque partim vi, partim deditione in potestatem redigunt, Fanum Seueri, Pictones, Subisam, Fanũ Ioannis Angeli, Engulemam, Taleburgũ, Sanctones, Fanum Alexanti, Fontenaum, Touaram, Niortum, Maremortuum, Rochellam, Rupem ad flumen Ionam, Nannetum, multaque alia Aquitaniæ, pulso in Angliam Lancastro, munita loca. Hac felici expeditione vna æstate peracta, Audax relicto in Aquitania fratre Biturigum Duce cum Guesclino, à Rege in Parisios reuocatus, ducentis equitibus, ac quingentis cinctus peditibus proficiscitur. Lancaster enim nouo in Anglia conscripto exercitu, mense Augusto anni 1373. triginta militum millia Caleti exposuerat, 1373.
ignaro Audace quam Galliæ partem esset inuasurus, ac proinde omnia Picardiæ Artesięq; oppida, firmis muniẽte præsidijs: ad quæ Lancaster se frustra tempus triturum iudicans, Picardorum agros omni bellica clade peruastat. Sed à trecentis Audacis equitibus, pabulatores Angli (desideratis quadringentis, multisque captis) ter præda exuti, apud exercitum se continere sunt coacti. Quum enim non eæ essent Audaci vires, æquo vt loco Lancastrum expectare, ac castra castris conferre posset, equitibus in varias manus distributis, excipere hostium pabulatores ex improuiso insserat: ipse interea proficiscentem Lancastrum sequebatur, neminem ab eius exercitu sine iusto præsidio, aut certo detrimento discedere permittens, nonnunquam de improuiso à fronte, lateribus, aut tergo se ostendens, agmenque lacessens, qua ratione Francorum agros à populationibus liberabat. Anglos verò ad extremam rerum omnium penuriam adduxerat, quærenteque mille modis Lancastro summi certaminis occasionem, Audax in locum æquum non descendebat. Quare nocte dieque continuato itinere, tandem magno militum labore equorumq; lassitudine, transmissis non sine damno Somona, Isara, Sequana, Ligeri, Matrona, Alba, alijsque amnibus, Burdigalam Lancaster peruenit, cùm vexasset Picardos, Suessones, Campagos, Bituriges, Forestios, Aruernos, Limosios, Dordonios, Perigortos, vniuersamque Galliæ longitudinem fermè esset emensus, ac aliquot ab vtraque parte viri nobiles, leuibus in prælijs cecidissent, inter quos ab Audacis parte periere, Barlamontius, Montignius, ac Varlannius, reguli claro Belgarum loco nati. Exercitum Lancaster Burdegali dimittit. Audax suo cum milite in Perigortos ad Angium Ducem, ac Gueselinum, paulo-

 loque

Universidad de Deusto
Biblioteca

loque post Parisios ad Regem reuertitur, salutaturus Imperatorem Carolum quartum, qui interposita personæ suæ Maiestate, nominisque authoritate, an pacem facere posset, Parisios tentatū venerat, cui cum vxore Margareta decimo Ianuarij anno 1374. clientare sacramentum de Comitatu Burgundiæ dicit, inde Brugas Flandrorum, vbi Lancaster cum plerisque aliis viris principibus expectabatur, tētaturi, an bellum in pacem commutare possent, ac proinde inducias certi temporis inter se pacti, quæ locum tantum essent habituræ in ditionibus quæ amne Somona, ac oppido Caleto interiacent. Dux Angium Anglis (quos semel deceperat) non satis fidens, apud fanum Odomari, cum præsidio sexcentorum equitū substitit. Audax cum Brugas venisset, Anglos nō ita dudum conuenisse reperit, verum priusquam in communicationem descenderent, varias inter socerum Lodouicum, ac Flandriæ Ordines componit controuersias, ea adhibita prudentia, ab vtraque vt parte gratiam iniret, tantusque erga eum nobilium populiq; ortus est fauor, vt Comes Lodouicus non obscura angeretur æmulatione, motus generi humanitate, liberalitate, ac magnificentia plane regia, qua omnium in se animos oculosque verterat, mensa eius instar regiæ strata, omnibusque exposita, veritus (his Audaci artibus longè impar) ne solita subditorum erga se reuerentia ac suprema existimatio, ad generum, le spreto, transiret. Sed Audax socerum his torqueri nugis animaduertens, ita se domi ac foris, clam palamque gessit, vt Flandris iustum exemplar veræ obedientiæ, honoris, reuerentiæ, ac amoris erga legitimum præberet principem, nullis se posthac vel minimis, inuisu soceri, miscens negotiis, quæ moderatio antiquum animi reddidit Lodouico vigorem. Franci ac Angli Brugis de pace nō cōuenientes Cal. Maij anni 1375. inducias pangunt duraturas ad
1375. vsq; Cal. Apriles anni 1377. interea (vt credi volebāt) de pace circūspectius acturi: reuera autem quo interea populis resumpto animo, reparatisque nonnihil opibus, ipsis arma multo infestiùs resumpturis, sufficere posset, quod verum fuisse euentus docuit. Fine enim inducirarum instante, quum de pace frigida subinde illata esset mentio, populumq; inani spe frustrati essent, bellum ab vtraque parte magno animo restauratur. Octauo Cal.
1377. Iulij, anno 1377. moritur Galliæ flagellum Eduardus tertius Anglorum Rex, quum annum circiter vnum, filio natu maximo Eduardo, Vualliæ ac Aquitaniæ Principi superuixisset, relicto Regno nepoti Richardo, dicti Principis Eduardi filio, vndecim annos nato, eius nominis secūdo. Carolus Francorum Rex, morte Eduardi intellecta, Ioannem Viennensen maris præfectum (Ammiralem Franci vocant) cum Ferdinando Sanchio Præfecto maris, Hendrici Castellæ Regis (de quo mox plura) ad obsidendum Caletum mittit, Audace cum tribus equitum ac octo peditum millibus subsequente, terraq; oppidum obsessuro. Sed continui imbres Caletorum palustres agros aqua tegentes, Audacem, ne institutum iter teneret, impediuere: quare conuerso ad Ardeā exercitu, eam obsidione cingit. Dicti maris præfecti Audacis discessu cognito, quum sine eo nil efficere possent, classe Angliam ac minores eius Insulas inuadunt, imbecilliora oppida diripiunt, pagos, villas, agrosque rapinis, ac demū incendiis peruastant, magnaque tandem præda ditati, ad naues nullo accepto detrimento redeunt, cūm longis induciis, ac recenti morte duorum Principum, denique noui regis puentia, apud Anglos (Lancastro tamen gubernatore creato) omnia neglecta, ac sine præsidiis fines portusque reperissent. Interea Audax Cominingeum Ardeæ præfectum de auxilio desperantem, vita bonisq; omnibus cōcessa, ad deditionem compulerat, quique volebant in oppido manere, aut Caletum migrare poterant, Fani D. Piati regulo Ardeæ præfecto, qui veteribus munitionibus nouas addens, oppidum inexpugnabile reddidit. Inde Audax castra ad oppidum ponit Arduicum, quod statim iisdem quibus Ardea conditionibus (quemadmodum & Vauclinga, cū Planca) portas aperuit, Anglis cum omnibus impedimentis, Caletum migrantibus, quorum oppidorum iudicium vniuersus Oiæ Comitatus est secutus. Re igitur hac ęstate
1378. bēne gesta, Parisios ad Regem initio anni 1378. dimisso ferme omni exercitu contendit, mansitq; in proximum vsque ver, quod tum Lancastræ ac Cantabrigæ Duces fratresq; iusto instructi exercitu ex Anglia in Britones traiecissent, futuri auxilio Carolo Nauarræ Regi inconstantissimo, qui mortua vxore Ioāna, sorore regis Franc. Caroli quinti, pacem ante sex annos initam, eo derelicto ruperat, Anglisq; se denuò coniunxerat, pollicitus se traditurum munitiones quas in Normannia ac Eurefio præsidiis obtinebat, quod Audax futurum

futurum iudicans, omnes dictarum prouinciarum munitiones, pulsis Nauarreis (excepto inexpugnabili oppido Cherburgo, quod Anglico tenebatur præsidio) in potestatem redigit, statimque Rothomagum ad Regem se confert. Lancaster cū intellexisset Cherburgum firmo Anglorum custoditi præsidio, cæteras verò municiones Audacem occupasse, relicta Normannia, exercitum ad obsidionem oppidi D. Malę ducit. Iacet hoc oppidum in finibus citerioris Britanniæ, in conspectu Normanniæ, vbi mare exiguum sinum, ingentem verò, sed non satis nauibus tutum aperit portum, in quem defluens eiusdem nominis amnis in mare se exonerat Oceanum. Pauci abierant mēses, quòd oppidum Guesclinus eiectis Anglis recepisset. Quare Rex Carolus, ne oportunissimo iterum loco pelleretur, Audacem, Biturigem, ac Gueselinum eo festinare, communibusque consiliis ac viribus expugnationem impedire iubet, qui cūm vnis in castris cōuenissent, lustrato exercitu, millia hominum sexdecim reperiebant, aduersisque fluuij in ripis inimicę acies considentes, quotidie æstu recedente, paruis inter se prælijs quid aduersarius posset, ac sui auderent, experiebantur, summi tamen prælij fortunam Galli vitantes, quod Regis Caroli animo immotum sedisse scirent, vniuersis viribus æquo loco cum Anglis nunquam decertare, sed ducere bellum, Angliceq; fortunæ impetum sedendo eludere, cursum impedire, ac ardentes præteritarum victoriarum memoria pugnæ cupiditate animos, patientia emollire ac frangere, sępe repetens, pręstare se regni pauperis, quàm nullius regem vocari: quo consilio factum est, vt oppida regionesque, quas pater & auus acribus, sed infœlicibus prælijs amiserant, ipse remisso belli genere, suorumque sanguini parcens recuperaret, tum primum insurgens, rigidaq; circunferens arma, quum fessi fractique Angli exercitū dimisissent, imitatus cautos aleatores, qui stare ab aduersario fortunam videntes, parum à se, multum in discrimen adducunt. Hinc fiebat vt castra tantùm castris conferrentur, quæ Franci (ne inuiti pugnare cogerentur) fossa vallogq; idoneis locis muniebant, proficiscente hoste breui interuallo subsequebantur, castris locum capiente, idem faciebant; ea obstinati animi diligentia hoc institutum seruantes, vt quamdiu Carolus quintus Franciæ imperauit, nunquam eos Angli ad tentandam summi certaminis aleam perducere potuerint, quamuis id sępius sedulo omnibus rationibus tentarint, profecti per vniuersam ferme Gallię longitudinem, cum triginta bellatorum millibus, primum Lancaster, deinde Robertus Canolius, à Caleto Burdigalam vsque prædationibus ac incendiis omnia vastantes, quo vel hoc rerum suarum detrimento irritati Galli, ad pugnam elicerentur, sed frustra, testante Rege, se nec fumo nec flamma, sed aduersa pugna dignitatem, vitam, ac regnum perdere posse. Quare Angli (qui minutis prælijs audacissimos pugnacissimosq; amittebant) dolentes se tanto apparatu ac labore nil profecisse, quàm quod innoxios Galliæ agrestes, rebus omnibus exutos, desperatione milites effecissent, defessis languescentibusq; suorum animis ac corporibus, tandem exauthorato exercitu domum redibant, tum Caroli Regis duces, in diuersa agmina diuisi, castella, oppidaq; aggrediebantur, ac priusquam Angli iustis viribus opem ferre possent, vi, promissis, aut dolo, in potestatem redigebant. Hac qua dictum est ratione Audax cæteriq; ordinum ductores ad fanum D. Malæ cum Lancastro bellum gerebāt, qui cum se actis ad oppidum cuniculis, eodemq; aliquoties non sine iactura promptissimorū oppugnato, nil proficere, brumamq; instare videret, relicto oppido, exercitum in Angliā reduxit. Biturix cū Gueselino Anglici belli reliquias apud Britones persequitur. Audax Rothomagū ad Regē, atque inde ambo mēse Nouēbri Parisios proficiscuntur, vbi mansit, donec exortū inter Flandros ciuile bellum, Lodouico Malano eorum Comite nobiles, Gandensibus plebem defendentibus, in Flandriam eum traheret: quod ab exordio ad finem vsque persequar, vt vel hinc Lectores discant, quam debili instabiliq; fundamento orbis huius quies innixa confidat. Florebant inter omnes fię magnitudinis Europę Prouincias hoc tempore supra modum Flandri, ac diuturnæ cōtinuęque pacis beneficio, portuum, fluminumque commoditate, oppida, vrbesque omnis generis mercibus abundabant, quæ è variis Europæ plagis Brugas ac Gandauum maximè aduehebantur, rursumque euehebantur, minora verò oppida pagique supra naturalem agrorum fertilitatem, continua exterorum commeatione diteścētes, tanta rerum omnium abundantia pressi diffluere conspiciebantur, vt sæpius agrorum fructus, iusti pretij emptore deficiente, vilissimè vænirent, cultoribus proinde omni

Universidad de Deusto
Biblioteca

intemperantiæ genere ea absumentibus. Comes Lodouicus summo adnitebatur studio, in hac se suosque felicitate cõseruare. Sed fatalis rerum omnium vicissitudo, quæ nil semper florere permittit, cuiusq; imperio omnia quæ sub Lunari orbe sunt constituta, subiacere videmus, aut quispiam simplicis æterniq; corporis intellectus, à Deo ad corrigenda vitia humana cum potestate missus, modum ac rationem, turbandi huius felicissimi status inuenit, Flandrosque obstinato septennali crudelissimo excæcatos bello, tantis partua de causa inuoluit miseris, vt cum paucis comparari possint, causa hæc fuit. Lodouicus Malanus Flandriæ Comes, cùm beato Flandriæ statu, mortua vxore in ipso ætatis vigore, animum cutis liberum, ad voluptates conuertisset, eas maximè in vrbibus vænabatur, aptosque ad hoc sibi ministros vbique asciuerat. Inter hos Gandaui facilè primum occuparat locum Ioannes quidam Hion, cuius Gandensis, plæbea familia ortus, amicis, diuitiisque præpollens, validi corporis, ingenij acris, ac magni animi vir, qui iamdudum palam ac secretò, bonis malisque artibus Lodouico operam suam probarat, ac proinde ab eo ornatus Præfectura Nautarum (quam vernacula Gandensi lingua Deken appellant) quæ eo tempore dignitas, Gandensi in vrbe apud populum, siue honorem siue quæstum spectes, parem non habebat. Huic Hioni veteres intercedebant inimicitiæ, cum alia plebea præpotenti quoque ac diuiti familia, cuius tum Princeps habebatur quidam Gisbertus Matthias, cui sex virilis ætatis erant fratres, qui in summa post Hionem apud nautarum ordinem, propter diuitias erant existimatione. Gisbertus Hionem gratia ac authoritate apud Comitem valere videns, timensque ne capta oportunitate, virus antiquarum inimicitiarum, acerbitatemque inueterati odij, in se suosque aliquando euomeret, animo versat qua ratione deturbata Principis gratia Hione, eius locum occuparet. Consilio igitur cum
1379. fratribus inito, instantibus Maij Cal. anno 1379. cùm vis displicuisset, tandem huc confugiunt. Sciebat Gisbertus Comitem pro ætatis conditione prodigum, regiam agentem vitã pecunia semper indigere, ac proinde eos summopere amplecti, qui nouas rationes cõparandi auri, solerti ingenio excogitare sciebant. Indixerat hoc tempore ludicrum hastatorum equitum Gandaui decursum, expectabat nobiles vicinarum prouinciarum vtriusq; sexus multos, cumque in hanc rem à Gandensibus millia aliquot florenorum petiisset, responsum medio in foro à Gossino quodam Mulardo fuerat, Gandenses nil amplius in exercitium suarum voluptatum cõferre statuisse, quare ira commotus Brugas proficiscitur, impetrataque ab iis pecuniæ mediocri summa, maioreq; promissa, dissuadentibus amicis, permittere inconsultis Gandensibus statuit, vt fossam nauigabilem (quod iam aliquot annis summo à se studio petierant, sed intercedentibus Gandensibus semper negatum fuerat) ex vrbe sua in flumen Lisam, ad vsque oppidum Densam, perducerent. Interea expensis Brugensium nummis Gandauum reuertitur, ac cum familiaribus qua ratione rem expediat pecuniariam agitat. Gisbertus in omnem vigilans occasionem, cum vno qui Comiti à cubiculis erat, familiaritatem contrahit, eoque ad cœnam vocato, cùm inter confabulandum de cogenda pecunia loquerentur, Si velit (inquit) Hion Comitis fiscus, è nautarum tribu, quotannis censu viginti millium florenorum, nullo ciuium cum detrimento, augebitur, cùm eum externi nautæ ac mercatores sint soluturi, tantum esse opus consensu totius ordinis, qua in re præfectum Hionem plurimum posse. Cubicularius Comiti verba Gisberti refert, qui statim appellatus, ac de re tota interrogatus, adeò facilè expeditamque noui tributi viam verbis facit, vt Comes donec id obtinuisset, nil non tentandum iudicaret, accersitoq; Hione, ac præsente Gisberto re declarata, mandat conuocato nautarum ordine, communem eblandiatur, aut extorqueat sua authoritate consensum. Hion nil minus quàm Gisberti technas suspicatus, mirabatur repentinum hac de re Comitis consilium, quis author, vnde noua Gisberti cum eo familiaritas. Sed ne antiquum gratiæ locum perderet, pollicitus extremam diligentiam, discedunt. Gisbertus domi fratribus conuocatis, quæ cum Comite acta erant edisserit, omnesque obtestatur ad opprimendum Hionem omnes animi neruos enixè intendant, id autem futurum, si persuasis amicis clientibusque effecerint, ne Comes opera Hionis, apud nautarum ordinem voti compos fiat, quod illi omnes alacriter promittunt. Conuocatis enim omnibus nautis, cùm Comitis petitionem Hion exposuisset, multisque rationibus ordinem ad consentiendum inuitasset, rogatis sententiis, maior pars à Gisberto eiusque fratribus clam persuasa,

suasa, petitionem reiicit. Hion Comiti renuntiata, petit cœpto absistat, veteremque ordini libertatem nil nouando relinquat, alias cogendæ pecuniæ rationes se explicaturum, hanc enim ob tributi perpetuitatem omnium sermonibus lacerari. Verùm Comes auri auidus, deceptusque Gisberti verbis, qui per solum stare Hionem, secretò Tribulibus consentientem asseuerabat, proposito insistit, priuatumque Hionem Præfectura nautarum, Gisbertum omnibus eo tendentem artibus ornat, qui statim auxilio eorum qui à se stabant, Comitem voti compotem effecit: quæ res non parùm sinistram opinionem, quam de Hione Comes iamdudum conceperat, confirmauit, acquisitumq; nouũ gratiæ locum Gisberto stabilem fecit, nisi causa calamitosi fuisset belli, quo septem continuis Flandria annis miserè deflagrauit, quodque Comitem Lodouicum oppidis bonisq; pro maiori parte exutum, vicinorum emendicare coëgit auxilia, honoreq; ferme, ac existimatione spoliatum, infelicem ei vitæ exitũ accersiuit. Hion iamprimum Gisberti dolos insidiasq; perdoctus, ira ac vindictæ cupiditate ardens, statuit Comitis leuitatem, & Gisberti imptobitatem quoquo modo vleisci, interea publico abstinens, ac qua ratione rem aggrederetur, cum paucis sed fidelissimis amicis consultans. Stephanus Gisberti fratrum vnus, non dubitans quin Hion, immensam irarum molem pectore premens, suo tempore esset eructaturus, quod venenum postea, non sine mediocri cura ac labore restingui posset, per ignotum sicarium dissimulanter trucidandum iudicabat: sed reliqui fratres sanguinis non auidi, nec Hionem admodum timendum arbitrati, Stephanum à proposito deterruêre. Interea Hion diu multumq; meditatus, quid in sui vltionem potissimum moliretur, statuit tandem excitato ciuili bello, Comitem cum Gandensibus committere, iudicans si huic nobilitas se cõiunxisset, illis populum Flandricum, natura rerum nouarum auidum, non defuturum, certus Francorum Regem Comiti auxilia non missurum, quod Britonum Ducem Anglica arma iuuantem, ad se recepisset, ac quibus potuerat modis iuuisset. Verùm etiamsi Audace Comitis genero exorante, Rex auxilia misisset, sese cõtra Anglos vocaturum, atq; in vrbem Gandensem admissurum, Comiti propter negatã filiam valde infensos. Gandẽses verò hac ratione ac dolo, ad arma cõcitat. Brugenses, vt suprà diximus, impetrata à Comite potestate ducendæ fossæ, conductis sexcentis operis, hisq; paucis armatis ciuibus, præsidij causa in speciem adhibitis, Densam profecti fodere incipiunt, euulgata fama se non fossam nauigabilem cupere, sed aquæ fluuialis commoditate, vrbem Brugensem iuuare velle. At Gandenses amicorum Hionis instinctu, auersionem fluminis ab vrbe Gandensi, in Brugensem interpretati, vix contineri poterant, quin statim armati, pellendis Brugensium fossoribus, vrbe excurrerent. Sed rebus adhuc omnibus imparatis, seditionem Hion augeri, armis vero nondum vti cupiebat. Ægrè ferebant enim imprimis nautæ (instigantibus Hionis clientibus) hanc sibi à Comite iniuriam fieri, quod non ita pridem in eius postulationem consensissent, fratique Gisberto, Hionem veterem præfectum, animis oculisque requirebant, congregatique cum multis ceterorum tribuum popularibus ad eius domum consilij auxiliiq; causa concurrebant. Suadet qui libertatem sartam tectam velint, veterum more albos galeros, quò à cæteris dignoscerentur, sumerent. Obsoletæ rei noua repetitio placuit plebi, eumque statim Præfectum albofum galerorum salutant, discurrentesque eodem momento per vniuersam vrbem, cogunt sartores omni alio opere relicto, albos galeros suere, quibus ornati Densam proficiscuntur, pulsisq; Brugensium fossoribus, cœptum opus disiiciunt. Hoc initio animis ad bellum irritatis, Hion iniuriæ odioque vires adhibiturus, persuaso Senatu ad Comitem, Malæ prope Brugas agentem, legatos mitti curat, petitum veterum priuilegiorum stabilitatem, recensum tributi nautici abolitionem, ac vt ipsis tradat ciuem Gandensem, quem Eeeloni captiuum detinebat, quo secundum patrias leges de eo statuerent. Princeps huius legationis opera Hionis, erat Gisbertus, eo consilio, vt si liberius pro populi libertate egisset, Comitis gratiam amitteret: sin neglexisset, à populo vrbe pelleretur, aut occideretur. Sed Gisbertus intellecto dolo, Gandensium causam apud Comitem agens, omnia quæ petebant, impetrauit, si depositis albis galeris, ad opera quisque sua rediisset: sed Hione in contrarium nitente, quòd hos vltionis suæ paratissimos fore prouidebat ministros, nil est effectum. Quare Comes initia rebellionis oppressurus, Prætorem rerum capitalium (Ballifum vocant) Rogerium Vternum virum nobilem, cum ducentis equitibus Gandauum

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittit, cui se Gisbertus cum suis iungere debebat, captumq; Hionem, Gossinum Mulardum, Arnulfum Clericum, Simonem Colpardum, præfectosq; omnes rebellionis in arce capite truncare, albosq; galeros dissipare. Sed ab Hione (qui tale quid fieri posse præuiderat) admoniti, cum armis in omnem occasionem parati erant. Venit interea Vternus cum equitibus Gâdauum, prælatoq; Comitis militari signo, Veneris forum occupat. Iungit se ei Gisbertus stipatus nautarum ac lanionum parte. Ad Hionis verò domum statim cõueniunt sexcẽti armati albis induti galeris, quibus cum se numerosissimus textorum iunxisset tribus, ad Veneris forum properant. Gisbertus venientium multitudine territus, cum fratribus, omnibusq; sanguine sibi iunctis vrbe profugit. Vternus commissa pugna solus occiditur, discerpitur Comitis vexillum, eiusq; equites vrbe pelluntur, quiq; eis in auxilium venerant, domum dilabuntur. Gisbertus ad vindictam quæsitus, cùm domi non esset repertus, nec quisquam suæ factionis, in fortunas ira effusa, diripiendæ enim Albatis datæ. Senatus prospiciẽs Comitem dignitatis conseruandæ causa, facineris vltionem non negle&turum, conuocato populi cõsilio, ex omnium voluntate, duodecim legatos, veniq; impetrandæ causa ad eum mittit, quod palam Hion in concilio approbans, clam tamen hæc contra molitur. Ædificarat Comes haud procul vrbe domum, cui nomen dederat Vuandelgem, non minus (vt tempora tum postulabant) munitam, quàm sumptuosam, secreti secessus causa. Ad has Hion profectis legatis, ad constitutum diem Albata capita conuenire iubet. Adsunt armatorum decem millia. Gaudet tantas sibi vires ad res perturbandas ex vrbe accessisse. Quare vt eorum sibi animos deuinciat, ac omnem exoptæ pacis occasionem perturbet, domum vt diripiant suadet, quòd cum non minus lætè quam strenuè fecissent, discedens secretò ignem à paucis iniici curat, diuulgata fama, incendiũ fuisse fortuitum. Legati Gandenses, cum Malę ad Comitem venissent, ac supplices venia rogata impetrataq; domum reuersuri essent, nuntiata domus suæ spoliatione ac conflagratione, legatos reuocat, cumq; sceleris ignaros, Hionis cum Albatis facinus esse didicisset, dolore ac ira commotus, grauissimis oneratos minis, domum remittit, statimq; per vniuersam Flandriam militem conscribi iubet. Hæc causa fuit luctuosissimi ciuilis belli, quod per septem annos gestum, ducenta Flandrorum millia & amplius ferro consumpsit. Hion audiens Comitem cõscribere militem, firmandas Gandensium partes, antequam eius vires in vnum conuenissent, ratus, conuocata populi concione docet, quid ab irato Principe, suorumq; libertati infesto sit expectandum, nisi viriliter resistendo, propriosq; eum affectus moderari, ac subditorum libertatem conseruare armis cogant. Bello igitur communi consensu decreto, summæ eum rei præficiunt, ipse inferiores præfectos creat, eductisq; duodecim virorum millibus, Brugas (frustra Senatu, ac nobilitate obsistente) auxilio plebis nouarum rerum cupidæ admittitur, statimq; belli societate inita, missis Gandauum ducentis obsidibus, ac pro arbitrio vrbis statu composito, die tertio Dammum recipitur, vbi rebus omnibus ex voluntate etiam constitutis, duobusq; diebus cum opulentioribus conuiuia agitans, cum tertio die summo mane ægrotare cœpisset, circa noctem moritur, non sine suspicione veneni, quod in conuiuio à nobili femina propinatum dicebatur. Hione mortuo, cęteri præfecti Gandauũ repetunt, eumq; in Fano D. Nicolai sepelientes, magnificis exequiis iusta soluunt. Deinde nemini summa rerũ commissa, in eius locum quatuor pari potestate tribunos substituũt militares: Erasmum Harsellium, Ioannem Brunensi, Ioannem Bollium, ac Petrum Syluium veterem Hionis clientem, omniumq; eius secretissimorum consiliorum participem, virum ingenij acerrimi ac manu prompti, sed turbulenti, ac crudelis animi, quod vniuerso huius belli tempore, probè demonstrauit. Cùm hi quatuor armatum populum eduxissent, fauore auxilioq; plebis Cortracq, ac Iperis recipiuntur. Iperenses enim cùm Magistratus resisteret, sumptis armis Antongij regulum cum equitũ turma Magistratui in auxilium missum, interfectis quinque equitibus cum Magistratu oppido pellunt. Posthæc vniuersa Flandria (ea quæ Gallicè loquitur excepta) in duas partes secessit. Populus Gandensium, nobilitas, quique munera publica gerebant, opulentiq; homines, Comitis partes sequebãtur, qui Brugas, Iperas ac Cortracum ad hostem defecisse videns, Audenardam octingentorum militum custodia firmat, huisq; præficit Ghistellium, Villerium, Cornaum, Anghianum, Antongium, Bonelum, Stamburgum, Marquellium, Montignium, ac Hamedam, quos statim Gandenses, vim frustra experti, arcta cingunt obsidione (aucta enim eorum erant castra auxilijs quatuor Præfecturarum, Vuazensium, Gersbergensium, Brugẽsium, Iperensium, Cortracensium, Poperingorum, Franconatum, Messinensium, ac multarum aliarum regionum) adductis ad oppidum sexaginta hominum millibus, qui terra fluuioque omnia complexi (interfluit enim Audenardam Scaldis) introitum exitumq; omnibus ademerant. Interea Comes Teneramundam venit, comitatus Vrlano, Rassingemio, Sueuegemio, Brederodio, Lauara, Dala, Villano, Vuindescoto, Philippo ac Hugone Roujo, nobilibus Burgundis, ab Audace cum turma equitum centum viginti missis: qua de re certiores qui Audenardam obsidebant, Erasmum Harsellium cum octo militum millibus, multisque lembis nocte Teneramundam mittunt, vt ante lucis ortum inexpectatus præsidium opprimat, sed profectione à rusticis Comiti nuntiata, ad resistendum Teneramundanos reperit paratos, nil tamen ea de causa animo perturbatus breui oratione militibus ad virtutem accensis, quod dolo nequiuimus, vi tentemus, inquit, fortuna fortibus aderit, præda erit, præter oppidum opulentum. Comes ipse cum primæ nobilitatis viris, quos captos circa vesperam ouantes in castra adducemus, simulq; signo inuasionis dato, à flumine ac terra summis viribus oppidum ab ortu Solis ad vsque meridiem oppugnat. Sed cum omnia conatus nil succederet, militem ab oppugnatione reuocatum, Audenardam reducit, multis vtrinque occisis, inter quos à parte Comitis cecidit Hugo Rouius Burgundus. Qui Audenardæ obsidebantur, commeatus inopia laborabant. Gandenses id scientes, statuerant obsidionem non dimittere, nisi oppido cum præsidio in potestatem redacto, quo muris portisque deiectis, nauigatio Scaldis libera Gandensi populo pateret. Nobiles verò omnia potiùs ferre quàm populi seruitutem subire, ac proinde oppidum seruare, aut simul omnes emori statuerant. Angebatur non parùm hac de causa Comes. Tradere enim tot primæ nobilitatis viros ad arbitrium insanientis populi, aut longa fame confectos, tandem exuccos, osseosq; misero ac indigno mortis genere ante oculos fere suos animam exhalantes conspicere, non sine summa existimationis suæ labe fieri posse intelligebat, deerantq; ei iustæ leuandæ obsidionis vires. Quare matri Margaretæ, Atrebatensium, Burgundionumque Comiti, de pace summa diligentia fatagenti, ferò aures præbebat. Sed Gandenses nullas conditiones admittebant, nisi Audenarda ad arbitrium cum præsidio sibi foret tradita, donec Audax Atrebatum, indeque Tornacum veniens, misso Gandensium in castris Abbate D. Martini, colloquij locum petiisset, qui eius authoritate moti, pontem Ronnæ medio fermè inter Audenardam ac Tornacum itinere nominant, vbi post decimum quartum diem, hisce conditionibus pacem faciunt: Quicquid contra Comitis dignitatem, authoritatemque, contra eius subditos, ac cuiuscunque generis, conditionisque ministros, Gandenses commiserint, Comes vrbi populoq; Flandrico condonat. Captiui ab vtraque parte dimittuntor. Comitis domum Vuandelgemum intra annum Gandenses restauranto. Antiqua vrbis priuilegia sarta tecta manento. Comes Gandaui habitato. Murtiae portæ Audenardenses Audaci dono datæ manento. Pace secundo Nonas Decembres promulgata, liberatur obsidione Audenarda, redduntur obsides, dimittuntur captiui, ac quisque lætus domum reuertitur. Comes, Audaxque Insulas petunt, interpositoque iureiurando pacis tabulis sigilla sua appendunt. Hinc Comes Brugas, postremo cum sæpè rogatus, diutius differre non posset, Gandauum proficiscitur, nulla adhuc placati animi signa vultu præ se ferens. Quare prudentiores pacem non fore diuturnã ominantes, imitam ab eo (quod verum erat) nobilium liberandorum causa dicebãt. Audax eũ Parisios mense Ianuario anni 1380. redisset, nouo statim bello inuoluitur. Thomas enim Comes Buchingamiæ Eduardi tertij Anglorum Regis filius natu minimus Caletum tribus equitum ac decem peditum millibus instructus appulerat, Britonum Duci auxilium laturus, qui Anglis fœdere coniunctus, à Francis penè Ducatu erat exutus. Colligebant Franci vires Troiæ quæ est in Campanga, quum Thomas instructo exercitu Caleto proficiscens, Picardiam inuaderet. Audax militum numero, virtuteque ei fermè par, fortunam tentasset, nisi regium obstitisset decretum. Quare veteri innixus consilio, castra castris conferebat, proficiscentes sequebatur, carpendo cùm latera, tum postremum agmen detrimentum inferebat, aut iter morabatur, minutisque in prœliis ferè semper Angli succumbebant. Proinde cum ad vniuersi certaminis aleam Francos

Universidad de Deusto
Biblioteca

pertrahere non possent, multarum rerum inopia laborantes, citato agmine per Burgundiam ac Gastinios in Bausenses tandem perueniunt, exercitumq; aliquandiu reficiunt. Occuparat enim Audax oppidum Cœnomanorum, quod hodie Mans appellant, quo Anglos transitu fluuij, qui Carnutes præterlabitur, prohiberet: creueratq; eius exercitus ad sex equitum millia, exceptis peditibus, adeo vt coniurata nobilitas dicere auderet, se etiam inuito rege, cum hoste conflicturos, fecissentq; (conniuente Audace) nisi subitus regis Caroli morbus, eorum qui ordines ducebant, ardorem sedasset, Audaxque cum fratribus (relictis ad exercitum legatis) Parisios esset profectus, vbi post paucos dies Rex Carolus huius nominis quintus decimoquarto Cal. Octob. cum morte vitam commutauit, qua de causa dilabente Francorum exercitu, Angli à nemine prohibiti magno tamen cum labore, flumen quod oppidum Nannetum præterfluit transmittunt, ad eiusque obsidionem sese parant. Caroli quinti filius natu maior, annos duodecim natus Rex Francorum salutatur, ac coronatur, dictus Carolus sextus, commissis à Franciæ Ordinibus regni gubernaculis eius patruis. Lodouicus enim Anguium Dux, qui mortui Regis thesaurum emptis amicis secreto inuaserat, Franciæ gubernator est nominatus. Ioanni Biturigum Duci commissa est Lugdunensis prouincia, Languedocum cum Gasconia: Audaci Nortmannia, cum Picardia: Duci Borbonio adolescentis regis Auunculo vicinæ Borboniis ditiones. Mortuo paulo ante Regem Bertrando Guesclino, in eius locum, Magister equitum legitur Oliuerus Clissonius. Franciæ statu hunc in modum ordinato, erat Audax Parisiis, sollicita cura prouincias sibi demandatas regens: ac quod post mortem Caroli quinti, Anglorumque postrema in Britones expeditione, Francorum res aliquandiu pacatæ fuerint, vertam ad Flandros calamum, vbi inita pax vix mensem hac de causa stetit. Comite Lodouico Gandaui habitãte, plebs nulla bella incommoda adhuc experta, sed predandi dulcedine infecta, ponere arma, ac ad diurna opera redire, ineitantibus ad bellum secreto præfectis, nesciebat, qui cum militare imperium quæ fluosum ac honorificum essent experti, priuatam vitam fastidiebant, Comitisq; acerbitatem, quum pacatum nil præseferret, aliquando cõtra se erupturam timebant: quo ille animaduerso, omnibus rationibus adnitebatur albos vt galeros ponerent: quumque id impetrare non potuisset, ira plenus Insulas Gandauo erat profectus, vbi paulò post nuntiatur, propinquos Oliuerij Vterni, à Gandensibus opera Hionis occisi, quod secundum leges in homicidas non animaduerterent, his bellum indixisse, coniurasseq; cum eis viros nobiles (quod omnium existimationi interesse censerent) è Brabantia, Hannonia, ac Flandria multos, ac mediocri collecta militum manu, deprehensas in flumine Scaldi quadraginta Gandensium naues frumento onustas, in prædam vertisse, socios nauales auribus, naribus, pollicibusq; defectis excæcasse, ac in vindictam Vterni, à nautarum maximè Tribu iugulati, Gandauum remisisse. Gandensium Prefecti, quòd Comes nec vim prohiberet, nec nobiles pacis violatores puniret, cum facinoris authorem esse clamitabant: dubitabat Senatus, ac ne temere ad arma redirent suadebat: cuius authoritate Ioannes Brunius contempta, assumptis intempesta nocte clam quinque virorum millibus, Audenardam, nullo reperto præsidio occupat, duasq; Gandauum respicientes portas, ac quod interiacet muri deiicit. Comes nisi recuperata Audenarda, de bello cogitandum non censebat, sanctè affirmans, se inscio nobiles pacem rupisse, ac proinde violatores in exilium se acturum; si in Ioannem Brunium eodem modo animaduertissent: quæ cum bona fide dici arbitrarentur, pacem renouant, Audenardamq; Comiti restituunt, qui demolita restaurari iubens, oppidum multo quàm vnquam fuerat munitum magis reddidit. Ioannes Brunius Gandauo exulare iussus, Athum Hannoniæ migrat, quem Comes astu nactus, Insulis interfici iussit, capite stipiti, trunco rotæ imposito: quod Populum Gandensem, præcipue verò Præfectos adeò commouit, vt tertiò pace rupta bellum decernerent, non quidem apertè contra Comitem, sed nobilitatem, quos violata fide, vbi poterant, in ciues Gandenses sæuire affirmabant. Creato igitur Tribuno in locum Brunij, Ioanne Lonajo, magno agmine egressi, animi dolorem, diripiendis incendendisq; nobilium Castellis, quæ in ditione stabant Gandensi, saturarunt. Contrà nobilitas secreto Comitis consensu, Duce Lodouico Hasiano, filiorum Comitis ex illegitimo thoro susceptorum natu maximo, Audenardam, Teneramundam, Alostum, ac Gaueram occupat, noctes dieisque adeo infestè agros Gandensium

Gandensium his è locis populantes, vt disiectis molis quæ vento aquáue circumaguntur, inopia ciues laborare inciperent, nullusque ad res necessarias comparandas, vrbe sine valido præsidio egredi auderet: quibus rebus Comes inductus (quum veteres iniurias concoquere animus non posset) pace rupta militem cogit, exulibus profugisq; omnibus qui pro se arma capere vellent, libertate proposita. Ex his quum octingenti ditionem Iperensem infestis populationibus vexarent, congregatis in vnum vicinis, latrones circa Poperingam præda onustos nacti, interfecta maiori parte, cæteros in fugam agunt, recuperataq; præda, captiuos Iperis capite plectunt. Interea Comes opera auxilioque nobilium, ac eorum ciuium qui ob statas opes, inquietam turbulentamque Populi dominationem oderant, quantumuis opifices, sellularumque contra interentur, Brugis intromittitur, captisque seditionis authoribus, atque his omnibus qui ab initio contra suam dignitatem Gandensium partes enixè fouerant, capitali omnes supplicio afficit. Gandenses ob has res animis non fracti, coacta ciuium sociorumque mediocri manu, mense Maio, Duce Erasmo Likerkio Teneramundam properant. Sed præsidiarij cum ciuibus eis obuiam profecti, acri edita pugna, ac quinquaginta interfectis, Alostum iter vertere cogunt, à quibus cùm admissi essent, magno confœderatorum congregato numero, maioribusq; Gandauo acceptis auxilijs, Teneramundam arcta obsidione cingunt, qua in re dum toti sunt, clam à Brugensium Textorum ordine vocati, mille quingentos Textores Gandenses mittunt, qui nemine resistente admissi, Veneris forum occupant, ac quibus pro tempore poterant rebus, maiora expectantes auxilia raptim se muniunt. Sed Brugensium nobilitas, ac qui cum his pro Comite stabant, reliquis Tribubus ad arma excitis, docet Gandenses ea de causa venisse, vt ex eorum sanguine ac bonis, pœnas repetant, quod reiecto fœdere tempore Hionis inito ad Comitem defecissent, quibus hortationibus, Brugensium animi ex metu in iram accensi, iis ducibus acerrimum pro semicapta vrbe prælium cum Gandensibus ineunt, qui quanquam à proditoribus Textoribus summa ope iuuarentur, resistere tamen diu non potuerũt, sed amissis octingentis, captisque quadringentis viris, cæteri vrbe sunt pulsi, reiq; bene actæ nuntius statim Insulas ad Comitem mittitur. Qui Teneramũdam obsidebãt, hac clade nil territi, multo quam vnquam antea maiore vi oppidum premunt, igneque ædium tectis iniecto, præsidiarij cõcepto terrore fuga sibi nocte consulunt, ciues bona ac vitam pacti portas aperiẽtes Gandauum obsides mittunt. Dum hæc in Orientali Flandria ad Teneramundam geruntur, in occidentali parte nobiles, ac qui cum eis Comitis partes iuuabant, mediocri manu Poperingam obsidebãt. Sed Iperensium Gandensiumque aduentantibus copiis, discedere sunt coacti. Huiusmodi furiis dum Flandri inter se debacchantur, Brugenses hinc inde missis legatis, conditionibus supra enumeratis tertiæ pacis authores fiunt, sed quæ paucis hebdomadibus duratuit, quod Gandenses sibi persuaderent, Brugis, ac apud Franconates opprimi, qui bello suas partes fouissent, ac inter hos præcipuè Textores, quorum præfectos capite plecti, cæterisque arma eripi querebantur. Facta igitur manu Densam, Tiletum, Ruselaram, Cortracum, ac Iperas, occupant, firmisq; præsidijs munita, Dixmudam non admissi obsident, omniumque confœderatorum auxilia huc cõuocant, prœlio bellum, si Comes in aciem descendisset, finituri, quod eum Brugensium, Franconatiumque copijs instructum Thorotum veniße scirent, expectareq; auxilia Neuporto, Vuinxberga, Veurna, Castello, ac finitimis è locis, producereque in aciem posse equitum tria, peditum viginta millia, præseferebatque Iperas expugnare velle. Ioannes Bollius ac Arnoldus Clericus, cum quinq; Gandensium millibus, eo in præsidium missi, assumptis tribus Iperensium millibus, Petro Syluio qui nõ minori cum manu, Gandauo in auxilium sociorum festinabat, obuiam proficiscuntur, quò inictis viribus in aciem descenderent. Castra Comitis Thoroti adhuc erant. Siluius Cortraco Ruselaram venerat, cui (Comitis castra vituraturus) obliquo itinere Clericus obuiam proficisci volebat. Sed secuti Gandenses consilium Bollij, recto itinere Rosbecã contendunt, quo maturius Syluio coniuncti, tutiùs cũ Comite confligerẽt. Verum is per exploratores de eorum itinere edoctus, prope Rosbecam oportuna in valle arboribus vepribusque consita, decem millia electorum peditum Duce Asone, filio notho, ac Gualtero Anghiano in insidiis collocat, in quibus Bollius ac Clericus cum octo peditum millibus præcipitati, vix tentata defensione, desideratisq; tribus virorum millibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

libus, salutem Iperas ac Cortracum fuga quærunt. Bollius quanquã insidiarum ignarus, quod Rosbecani itineris, ac proinde cladis author fuisset, Cortraci ab infamictibus Gandensibus, in partes est diffectus. Post hanc victoriam Comes cum exercitu Dixmudam, quæ adhuc obsidebatur, contendit. Gandenses relicta obsidione, instructa acie, obuiam proficiscuntur, ac prope pagum Vuoneneum, tam obstinatis concurrunt animis, vt diu victoria in incerto fuerit. Verùm annitente nobilitate, tandem Comes rem obtinuit, interfectis duobus Gandensium millibus, exceptis eorum confœderatis ac captiuis, quorum maior pars diuersis in locis, capite pœnas luit. Dein iusto hoste nullibi reperto, exercitus in prædam effusus, adeo auarè hostilem animum, in eos qui Gandẽsibus fauebant, exercuit, vt præda Brugas venum aduecta, bos duodecim, pinguis porcus sex, veruex tribus stuferis (moneta Belgica est, quæ quadragies sumpta pistoletum Italicum pendit) emeretur. Tum victorem exercitum Iperas Comes ducit, qui duplici clade animis consternati portas aperiunt. Idem fit Cortraci, quibus ex oppidis quum mille circiter viros in carcerem coniecisset, maiori parte capite plexa, quadringẽtos insulis, Brugis, ac Duaci dispersos, obsidum loco arctissima custodia concludi iubet. Vniuersa Flandria, excepto Gandauo, duobus secundis prælijs subacta, quum in Comitis exercitu triginta hominum millia conuenissent, mense Septembri Gandauum contendit. Sed Vrbem amplam, ac militari populo abundantem non ita claudere poterat, quin nonnullis tutò locis prædatum ac pabulatum exirent, nocte dieque castris eius minuris prælijs infesti: quod cum Iodocus, ac Tristamus Halevuinus, occupare pontem Euergemensem conati, impedire vellent, cum aliquot Brugensibus ac Franconatibus sunt occisi. Vt vero Gandenses Comiti ostenderent, vrbem sex legiombus obsidione claudi non posse, Erasmum Harsellium vna cum legione, hoc est, sex virorum millibus, ad rem gerendam emittunt. Is primo Alostum expugnat diripit, ac incendit, deinde Teneramundam tendens, Philippum Namurceum cum præsidio ciuibusque sibi obuium, diuturno cruentoq; tandem prælio superatum occidit, oppidum expugnat, ac diripit, quemadmodum & Gersbergam, magnaque onustus præda, nullo accepto detrimento, Gandauum citato itinere reuertitur. Iam hyems appetebat, quare Comes, cùm se diu palustri in loco manere non posse sciret, relicta superbæ vrbis obsidione, exercitum in circumiacẽtia Gandauo oppida distribuit. Tempore brumali quarta pax, isdem quibus alię conditionibus facta, post quartum mensem violatur, adeò vt pacem resumendarum tantum virium causa facere viderentur. Brugẽses bello occasionem dedêre, repetentes quæ superioribus bellis rapta, Gandaui erant diuendita: quod quum iniquum, ac factu difficile videretur, primum æmulæ vrbes vindictæ auidæ inter se latrocinari, deinde maiori coacta manu, liberè prædas agere, donec à Comite Brugenses coercitari Gandenses existimantes, mense Ianuario anni 1381.
1381. occupant ditionem Vuazensem, Densam, Alostum, Gersbergam, præsidijsq; firmant. Dehinc ad vrbem vocant exules, ac capitis reos, quorum cum magnus conuenisset numerus, infamium militum dux reperiri non potuit, nisi Ioannes quidam Elsius, Cortraco ob scelera profugus, qui sui similibus creatis ordinum ductoribus, ad prædas crudeliter agendas, nobiliumq; euertendis arcibus, vires animumq;, occupata ac munita arce Sottegemia, conuertit. Sed tandem cum dimidia maleficorum parte à Lodouico Hallano oppressus, ac captiuis omnibus securi percussis, Elsius cæteriq; Præfecti, cum paucis effugerunt. Interea Comes veterem exercitum quatuor legionum in vnum coëgerat, receperatq; Densam ac Alostum, seq; ad prælium aut vrbis obsidionem parabat. Sed Gandenses Duce Erasmo Harsellio, ac Ioanne Lanoio, cum decem peditum millibus ad Comitem contendũt, obuiamq; in itinere casu facti, his qui ex Audenarda ac Densa, ad eum properabant, septingentis interfectis, reliquos domum refugere cogunt. Peruenerat Harsellius ac Lanoius Neuelam, audiebantq; Comitem cum quatuor legionibus appropinquare, sciebant insuper legionẽ Gãdauo sibi in auxiliũ missam, duce Syluio ac Clerico in itinere esse. Verùm ne hos victorię ac honoris participes haberet, nõ expectata legiõe, virtute suorũ cõfisi, Comiti instructa acie obuiã proficiscũtur, qui gauisus eorũ inexpectata temeritate, exercitum in quinque acies, vt mutuo opem ferre possent, ordinat. In prima, cui Ghistellæ regulus præerat, Brugẽses stabãt: in secũda Franconates: in tertia Iperenses ac Cortracẽses: in quarta Poperingij, Belleẽses, Borborgij, Messinẽses, Bergẽses, Castelrani.

rani. Quintam ipse Comes cum multis viris nobilibus regebat, habebatque apud se Duacenses, Insulenses, Audenardenses, ac octingentos equites, constabatque vnaquæq; acies quatuor peditum millibus: Harsellius suos in tres Acies distinxerat, primam ipse ducebat: alteram Lanoius: tertiam præfectus albatorum. Tympanis crepitantibus, ad manus veniunt, pugnatur diu ac acriter dubia fortuna, quod laborantibus Comes sua acie semper opem ferret, qua ratione Brugenses, ferme primo impetu ab Harsellio obtriti, resumptis animis fugam sisterant, eodemque modo succurrit Iperensibus ac Cortracensibus fermè ab albatis in fugam actis. Tandem Gandenses fessi fractiq;, quum diuersæ acies in eos impetum redintegrarent, pelluntur, ac Neuelam effusa fuga aguntur. Subsequitur vestigia victor exercitus, instauratque diuersis oppidi locis pugnam. Lanoius cum multis templi turrim occuparat, defendebatque se strennuè, sed summisso igne cum dolorem ferre vltra non posset, cum paucis è fenestra se deiiciens, subsistentium hastis gladiisque exceptus, adhuc spirans in flammam quam frustra fugerat, inicitur. In ipso templo cum multis aliis, Ioannes Elsius, Iacobus Berstanus, Matthias Colsius præfecti cõcremantur. Harsellius his quos fuga obtulerat coniunctus, vitata flamma, ab altero templi latere aliquandiu fortissimè repugnat, donec à multitudine oppressus, cum omnibus interficitur. Ceciderunt hac pugna ciuium Gandensium sex millia. Syluius cum legione pugnam procul aspiciens impeditus magnis fossis, paruisq; paludibus, auxilium in tempore ferre non potuerat, ægreq; Gandaui apud populum se excusans, quo dolorem acceptæ cladis, fuso hostili sanguine sedarent, triginta ac nouem Brugensium captiuos eis obiicit iugulandos, ignobili sanè iniustaque vindicta, animum sui impotentem satiare cupientes. Dein resumptis animis, Syluium ac Clericum (Præfectum in locum demortui albatorum Præfecti) quindecim peditum millibus instructos Cortracum mittunt. Sed quum Comes cum viginti millibus in auxilium veniret, agmen Neuelam, indeq; Dẽsam conuertunt, benigneq; admissi, ac decem peditum millibus aucti ad Comitem contendunt, pugnæque ei copiam faciunt. Sed is multitudine audaciaq; hostium motus, quum Harsellium decem peditum millibus instructum, ægrè se sustinuisse recordaretur, conuerso agmine, exercitum in oppida, lociscque circa Gandauum munitis dispargit. Syluius Clericusque & ipsi suos Gandauum reducunt, eodem migrantibus, cum liberis, vxoribus, ac fortunis, Dẽsæ incolis. Postremæ enim defectionis sibi conscij, iratum Comitem expectare nolebant, qui iram omnem in ædificia cõuertens, iniecto igne oppidum solo æquat. Syluius cum iter Audenardam versus haberet, in vindictam excisæ Densæ, nil in oppidi circuitu integrum relinquit, adeo vt quæ in prædam cedere non poterant, igne corrumperet. Exinde Clerico mille quingentorum militum præsidio Gaueram custodiendam tradunt, qui post paucos dies præsidij Audenardensis partem ex prædatione domum redeuntem prælio vincit, multisque interfectis, prædaq; recepta, cæteros numero circiter centum quinquaginta in Abbatiam Baudeloënsem fugatos vi expugnat, omnibus qui intus erant interfectis, ac inter hos nobilibus non paucis. Gualterus Anghianus Audenardæ præfectus, duplici suorum clade ad vindictam irritatus, cum ab exploratoribus didicisset, Clericũ maiori militũ parte Gauerã missa, cũ reliquis Baudeloni genio indulgere, intẽpesta nocte iter ingressus, cùm sub aurorã in conspectu Abbatiã haberet, oportunis locis in insidijs cõsedit, nothũ verò Comitis filiũ, attributis ei centũ equitibus, vt in conspectũ se daret, pręmittit: quorũ paucitate Clericus contẽpta, cũ suis crũpit. Cedit pugnãdo Flander, donec Clericũ longius Baudelono abductũ, Anghianus à tergo Abbatia excludẽs vrgeret, Flãder à fronte summa vi premeret. Clericus suos ad virtutẽ cohortatus, inter primos pugnãs cõfoditur, ac cũ eo pugnacissimi quiq;, paucis rei tristis euentũ Gauerã ac Gandauum adferentibus. Tot breui tempore Gandenses amissis Præfectis, merorum committendam rati, consilio Petri Syluij eligunt Philippum Arteuillam filium Jacobi Arteuillæ, qui anno 1336. ac subsequentibus, exclusõ huius Comitis Lodouici Malani patre, primum Gandense, deinde vniuersæ Flandriæ imperium astu inuasit, tenuitq; vsque in annum 1345. tum enim à Gandensibus propriis in ædibus est trucidatus. Philippus igitur Arteuilla, præstito acceptoque fidelitatis sacramento, quum albatorum, vilioriq; plebis beneuolentiam affabilitate ac liberalitate sibi conciliasset, capi, ac in sua

præsentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

præsentia capite plecti iubet quatuordecim honesti loci ciues, proditionis (vt credi volebat) convictos, cùm mendacium velum tantùm foret vindictæ, quam flagranti desiderio ab iis expetebat, quòd ipsi aut eorum parentes, patris sui mortem procurasse existimaret. Hoc Gandentis vrbis statu Comes è Flandria, Brabantia, Mechlinia, Hannonia, Namurco, ac Artesia (quæ ei à paucis diebus morte matris Margaretæ acciderat) magnum exercitum coëgerat, tertio Gandauum mense Iunio obsidione cingens, variisq; minutis prœliis, multi indies vtrinque cadebant. Gualterus Anghianus, conscriptis quatuor virorum millibus, ad Comitis castra properabat, sed quo facinore aliquo edito ei gratior foret, Gersbergã, quod paulo ante à Comite ad Gãdenses defecerat, ex itinere aggreditur, portas aperiri iubet. cùm stultè nullo muniti præsidio negassent, diuersis locis oppugnatum tandem expugnat, qui fugere nequibant cum infantibus mulieribusque, interficit, oppidum diripit, ac incendit. Gandenses auxilium miserant, sed quod se Anghiano impar intelligens, domum redierat. Venit interea Comitis in castra Anghianus illustri familia ortus, magnæque expectationis ac animi iuuenis, audax, strenuus, ac gloriæ cupidus, sed quod talibus plerunque accidit, parùm cautus, quamobrem Gandenses occasionem querebant, vti eo in insidias pellecto stragem Gersberganam vlciscerentur. Sed cùm varij conatus in irritum cessissent, tãdem infelix in eorum deuenit manus, qui è clade Gersbergana Gandauum profugerant. Hi enim ab ea parte vbi Anghianus castra habebat, clam oportuno loco dumetis cõsito, nocte magnum numerum in insidiis collocant. Orto die Gandenses mediocri armatorum præsidio pabularum se ire simulantes, nota insidiarum loca transeunt. Anghianus vigore ætatis præferuidus, loco non explorato, cum expeditis eis obuiam procedit. Pugnatur dimidiata hora strenuè: tum Gandenses se premi simulantes, cum vltra insidiarum loca pertrahunt. Exurgunt subitò Gersbergani, inconditisque vocibus, *Gersberga, Gersberga, trucida, trucida*, vociferantur. Noto Gandenses exaudito signo cõsistunt, frontesq; quos fugerãt vrgẽt, à tergo insidiatores premunt. Anghianus presenti acrimo vitam aliquandiu tutatus interficitur, ac cum eo Ioannes frater illegitimo patris thoro natus, nobilesq; viri hi, Tossonius, Montignius, Fani D. Christophori regulus Dongnius. Hameda multis vulneribus in terram deiectus, adhuc spirans è manibus hostium abripitur: militum vulgus desideratis trecentis, ad castra præcipiti fuga defertur. Illustris viri, aliorumque nobilium mors, adeò Comitem commouit, vt relicta obsidione exercitum ad commeatus impediẽdos in proxima loca distribueret, decem millibus Florenorũ (moneta Belgica est, semipistolerum Italicum pendens) pro Anghiani aliorumque nobilium cadauerũ redẽptione solutis, domumq; Anghiani corpore ad sepulturam remisso. Deinde legatos ad Albertum Bauarum Hollandiæ, &c. Comitem, ad Ducem Brabantiæ, ac Episcopum Leodiensem mittit, petens ne rebelles Gandenses commeatu, vllaque re necessaria, iuuari è ditionibus suis sinat, communem enim omnium Principum debere esse causam in tuenda dignitate, ac proinde curandum, vt Gandenses exemplum cæteris præbeant, nequis temerè contra legitimum Principem arma induat. Brabanti, Namurcenses, ac Hannones Principibus suis in gratiam Comitis obtemperarunt. Leodienses, Hollandi, ac Zelandi minimè, quantumuis Comes Albertus omni ratione Comiti Lodouico gratum facere studeret. Precario enim fermè reguli huius temporis liberis populis imperabant. Cùm igitur infaustè huius belli finis nullus nisi calamitosus appareret, Ordines Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, ac Leodiensium de compositione acturi, vtriusque partis consensu Harlebeci prope Cortracum conueniunt. Adest & Comes Lodouicus. Gandẽses duodecim spectatiores è Senatorio ordine ciues mittunt, quorũ princeps erat Gisbertus Gruterus, ac Simõ Beta. Multis vltro citroq; verbis habitis, pax hisce cõditionibus concluditur: Comes omnia quæ in hunc vsque diem commiserant, ea conditione condonat, si eius potestati commisissent ciues ducentos obsidum loco futuros, quos is esset nominaturus, ac si quando vnus eorum diem obiisset, alium tum eius loco summisissent, quo numerus obsidum constaret, quibus Comes vitæ libertatisque spem faciebat, non tamen promittebat. Hæc Gandaui nuntiata, facilè cogitabant Arteuilla ac Syluius primos se futuros, quibus è ducentis ad Comitem foret eundum, deinde reliquos Ordinum ductores, quorum animis, non corporibus, Comes quantum in se foret, salutem esset concessurus. Proinde lectis in Senatu pacis capitibus, videntesque Gruterum, ac Be-

ac Betam, ad ea admittenda animis inclinare, ait alta voce Syluius: Qua authoritate freti, Gisberte ac Simon, ausi ostis optimos huius vrbis ciues, crudelissimo Comiti ad vsque ducentos in manus tradere? An ne vt Gisbertus Matthias eiusq; fratres in hos iratum suarum virus euomant? Comesq; tandem animum vindictæ auidum, eorum sanguine ac supplicio saturet? Nonne apparuit Brugis, Iperis, Cortraci, aliusque locis, quo veniæ genere Comes vratur? cùm singulis his in oppidis, vltra quingentos viros interfecerit, nulla de causa quàm quòd huic vrbi fauere sciebant? Taceo quot eiusdem classis homines in Artesia, aliisque obscuris æcerribus sedentes, duriorem morte vitam tolerẽt, crudelissimum vitæ exitum expectantes. Ducenti quos tradi petit, qui nam hi forent per Deum immortalem, an ne vrbis huius defensores acerrimi? populi parentes? libertatis amatores? vxorum liberorumq; nostrorum propugnatores? vt his sublatis, cum ignaro rerum populo pro libidine ageret? ad quid enim aliud tendit, ducentos petere perpetuos obsides, nisi si quem ad supplicium sui impotens ira odioque animus desideret, aliquo è ducentis veneno clam necato, hunc eius in locum deposcere, eaque ratione omnes nos carceris expectatione nunquam quietos, miserrimo timoris genere, perpetuò sibi deuinctos habere, ac quem velit ad mortem rapere? Recordarentur Apologi de bello Luporum ac Ouium, quas quandiu canibus essent tuncti, superare lupi non potuere, iis verò tradi-tis, oues quoque omnes statim lupis prædæ fuisse. Hæc ac similia cum flagranti oculorum intuitu proloqueretur, Senatum Populumque astantem in diuersa studia trahens, Syluius exerto pugione Gisbertum Grutterum, inspectante trepidanteq; Senatu traiicit, Arteuilla Simonem Betam, Curia cum Senatoribus sanguine conspersis, eodemque momẽto arma conclamantes, proditos se vociferantur. Legãti nominatarum regionum, cum hæc Brugis (quo se cum Comite Harlebeco contulerant, Gandauo responsum expectantes) audiuissent, re infecta domum reuertuntur. Comes veteri innixus consilio, longo obsidionis genere instituto, Gandenses inopia ad deditionem compellere conabatur. Iam enim famem ac multarum rerum penuriam sentiebãt, quod tantùm è quatuor præfecturis, idque admodum parcè, ac summo cum periculo iuuarentur, quemadmodum & ab Hollandis Zelandisque, qui furtim farinam vasis inclusam subinde transmittebant, Comes enim Albertus magnam, ne facerent, constituerat pœnam. Quare quanquam parcè iuuarentur, causa tamen fuit ne in irati Comitis potestatem venirent. Qui vrbe egressi commeatum quærebat, aut siquis aliunde inferre conabatur, à Comitis præsidiariis, qui è proximis oppidis castelliisq; nocte dieque excursiones faciebãt, capiebantur, aut male mulctabantur, adeò vt ad postremum necessitate cogente, coactis duodecim virorum millibus, Duce Francisco Agricola in Brabantiam proficiscerentur. Louanij ac Bruxellæ non admissi, siquid emere cupiebant, quantumuis Dux Ioanna prohibuisset, non negabatur. Verùm cùm hæc in diurnum victum, non ad vrbis sublcuandam inopiam facerent, cogerenturque (ne vicinos contra se irritarent) à maleficio abstinere, relicta Brabantia in Leodios proficiscuntur, donaturque ab Episcopo Arnoldo Arculeo, ac Senatu, sexcentis bigis frumento onustis, quas sine detrimento læti Gandauum agunt. Conuenerat Bruxellæ Agricola Ioannam Brabantiæ Ducem, cuius sororem Margaretam Comes Lodouicus in matrimonio habuerat, pepercratq; ei Audacis vxoré, supplexq; multis precibus ab ea vt pacis author fieri vellet, impetrauerat, adeò vt mẽse Aprili anno 1382. Tornaci eius opera 1382.
cõuenirent legati Brabantiæ, Hollandiæ, ac Leodiensiũ. Comes eo mittit Rasefleũ, Gognium, & Villanum. Gandenses mittunt Arteuillam cum duodecim Senatoribus. Sed postulante Comite, nulla aliæ pacis conditiones admittente, quàm vt omnes virilis sexus ciues Gandenses, subsequẽtibus feminis ac pueris, intra decimumquintum ac sexagesimum ætatis annum constituti nudis capitibus ac pedibus, vestiti tantùm supra nuditatis corpus, linea talari veste, collo laqueum infertum portantes, medio Gandauum inter ac Brugas itinere vbi eos esset expectaturus, omnes se eius arbitrio sine vlla conditione submitterent, rei indignitate Arteuilla motus, re infecta, domum reuertit. Exposita Gandaui Comitis postulatione, magnus omnes timor inuasit, intelligentes quàm auido Comes cæteraq; vrbis hostes animo vindictam non vulgarem sitirent. Verùm post varias deliberationes decernunt (qui bello præerant) acie aut fame potius emori, quàm vel minimum imbecillis animi testimonium posteris de se relinquere. Proinde Arteuillã quinq; electissimorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

simorum veteranorum millibus stipatum Brugas mittunt, vnaq; cum eo quos Comitem imprimis ad supplicium quærere existimabant, duorum tantum dierum cibaria (quibus vrbs vix carere poterat) secum ferentes, ita animatos, vt si æquis conditionibus pacem impetrare non possent, vi commeatum parare, aut pugnando simul occumbere. Quinto igitur Nonas Maij Brugas contendentes, paulo post meridiem, primo ab vrbe milliari castra in loco nonnihil aceliui locant, quæ in fronte humum habebant depressam, vliginosam, ac palustrem, latera munierant catenatis bigis, quæ pondere impedimentorum, iustę munitionis speciem præbebant, his quæ habebant tormenta imposuerant. Tergo parum timebant, quod Gandensium fines in propinquo essent, pauciq; hastati aciem clauderēt. Brugenses Franconates, eorumq; vicini hostium aduentu cognito cum armis, ad viginti circiter peditum millia, paucis horis iussu Comitis parati aderant, ad hoc dudum instituti, vt Comitē Gandauum proficiscentem comitarentur. Expectabat enim quotidie vt inopia coacti, ad dedendam vrbem legatos mitterent, idemq; Brugenses sibi persuaserant. Quare genio indulgentes ac ebrij (ob sacri sanguinis festum quod vicinorum confluxu singulis annis hoc die, magna religionis cum reuerentia populorumq; lætitia solet celebrari) hostes omnes præ se contemnebant. Suadebant rei bellicæ periti, vt prœlio abstineret, nec famelicis desperatisq;, ebrios securosq; obiiceret, famem enim sine sanguine bellum confecturam. Volebat Comes horum acquiescere consilio, sed cum contumelios clamoribus multitudo rogaret, an ne cū quatuor legionibus, cōtra vnā esset in aciē descēsurus, minitarenturq; signiferis, nisi explicatis vexillis ad tympanorū sonitū vrbe exiuissent, coactus signa efferri iubet. Addit agmini octingētos equites, quos tū habebat. Arteuilla cùm procul hostiū signa aduenire cōspexisset, commeatū oēm militibus, vt corpora curarent, proponi iubet, præfatus: Hodie Brugas, aut apud superos cœnabimus. Deinde ad precationes remq; diuinā audiendā cōuersi, finito Christianorū sacrificio, nō parū Ecclesiasticorum Oratorum concionibus animantur, tandemq; in proximo colle, quem Bruerhout vernacula lingua appellant, aciem instruunt vnam, propter paucitatem, veteranis pugnacissimisq; hastatis in fronte collocatis, qui à dexteris palude, à sinistris ac tergo bigis ac paucis hastatis muniebantur. Sol radiis hebescentibus ad occasum vergens, vtrinque parum molestus erat. Brugenses sub vexillis exeuntes, quum regi non potuissent, in multas se acies diuiserant, aduentantes non quo decebat, ac ductores volebant, ordine, sed vt solent ebrij insolenteq; sine metu homines, in pugnam, vt cuique casus locum dederat, inconsideratè ruentes, primi tamen hostem Duce Pukeanorum Regulo, infestis hastis excipientes, victoriæ locum dederant, si reliqui præfectis dicto audientes fuissent. Hi enim multitudine freti, contempta palude, bigarumq; munitione exporrecta acie, Gandenses vt in orbem pugnarent, à lateribus circunuenire conabantur: sed quum pauci obedirent, extenuata semel acies ac ab Arteuilla impulsa dissipatur, resistēq; cum paucis Puccius interficitur, reliqui abiectis turpiter armis omnes vrbem repetunt, Gandensibus tanta celeritate vestigiis eorum instantibus, vt simul porta Gandensi intrarent. Comes quadraginta equitum comitatu fugientibus immixtus vrbem intrat, portas claudi, præsidia disponi, in forum conuenire populum iubet. Sed dum per vrbem cum funalibus discurrens, viasq; catenis claudens hostem excludere conatur, Artevilla occupatis iam publicis locis, suos medio foro in acie continebat, fabriq; ferrarij, textores, fullonesq;, concitante Simone quodam Cocermos armati se Gandensibus iungebāt. Quare Comes ab omnibus destitutus, abiectis quoque armis, proximam portæ Boueriæ pauperis viduæ domunculam solus ingreditur, à qua (sępius enim stipem propria ei manu dederat) sub tecto, in immundo infantium cubili locatus, stramine, pannosisq; vestimentis tegitur: quumq; per omnia vrbis ædificia quæreretur, milites aliquot in hanc æditulam irruentes tabulatum ascendunt, locum vbi tectus iacebat aspiciunt, nec vltra scrutantes, viduæ quicquam de Comite se scire neganti credunt, quod vnum Artevillæ ad summam fœlicitatem defuit. Dum Comitem frustra quærunt, si qui partium eius fautores in eorum manus veniebant, extemplo in forum deducti ante pedes Artevillæ iugulabantur, ac inter hos maximè pelliones, lanij, proxenetæ, piscarij, quod contra fœdus tempore Hionis cum Gandensibus initum, enixè semper Comitis partes fouissent. Externo mercatori iussu Artevillæ parsum, multa tamen his diebus vendere est coactus,

quæ

quæ nondum sunt soluta. Nil enim vsquā secretum aut clausum sinebant hostes, Comitem occultari simulantes. Id enim initium perfringendarum domuū, vel si resisteretur, cædis causa erat. Iuuabat Gandensium furorem egentissimus quisque Brugensium, hinc vbique lamentatio, ac conclamationes exaudiebantur. Nobilibus ignobilibusq; matronis, ac virginibus carissimas res tegere, nec suo arbitrio vti licitum fuit. Luctuosissima nocte peracta, succedit dies nihilo lætior, quum per Franciscum Agricolam è dictis Tribubus viri fœminæq; quos nox texerat, reperti, exitu miserabili vita spoliarentur, ac cum his quicumque a postrema defectione dignitate claruissent, aut munus publicū gessissent, inter quos iugulati fuere Theodoricus ac Ægidius Lilterveldij, Vualterus, & Iohannes Bouinus. Armati enim per vrbem victores implacabili odio hostes consectabātur, hinc plenę cædibus viæ, cruentum forum, quemcunque fors per tenebras aut lucem offerebat, trucidatus. Cæcidēre è populo in vrbe Barbarico ritu iugulati, supra tria hominum millia, extra vrbem in pugna ac fuga cum Puccio sex millia. Postero die Brugas veniunt omnia ferme Gandensis vrbis opificum Collegia, consilioq; Artevillæ Vrbi præsidio. Dein Portam Gandensem, sanctæ Crucis, D. Catherinæ, quæ recta Gandauum respiciunt, cum muris, turribusq; interiacentibus demoliri iubent, fossamque repleri, vt eis nocte dieque aditus in vrbem pateret. Postremò aperte ad prædam versi, quinque continuis diebus bona eorum quos Comiti fauere iudicabant, diripiunt, terra aquaque Gandauum transmittunt, subsequente cum victore exercitu, ac quingentis obsidibus è præcipua Brugensium nobilitate lectis, Artevilla. Mercatores tantis affecti iniuriis, exinde relicta sensim vrbe, se primum montibus ad Schaldim, deinde Antvverpiam contulere, posthac vitam ac fortunas ciuilibus Flandrorum furiis committere amplius nolentes. Victoria Gandaui nuntiata, spe ac metu attonitos tenuit ciues, donec de rei veritate constitisset, tum repente tantum oritur gaudium, quale æquum est inter homines ad extremam rerum omnium necessitatem redactos, ac de vita omnibusq; fortunis desperantes. Occluduntur tabernæ, discurrunt viri fœminæq; per vrbem, hic credit, alter dubitat, donec Senatus tubis campanarumq; sonitu, vulgo dubitatione omnem exemisset, tum inuicem gratulantur, diuorum templa gratias Deo agentes inuisunt, mirantur; tantam breui momento rerum mutationem, quum aut laqueo, aut fame pereundum existimassent. Captis enim Brugis, Sluzæ ac Dammum Artevillæ portas aperiunt, vbi tanta vini ac frumenti reperta est copia, vt ab hominum memoria ea vilius Gandaui nunquam venerint. Hac inspirata victoria Artevilla insolescens, ac gratulatione adulationeq; hominum sui communisq; vtilitatis oblitus, dum recens timor, omnium oppidorum portas aperit, Audenardę exercitus partem mittere obliuiscitur. Fugerat enim maior ciuium pars ablatis cariissimis rebus. Sed dum Artevillam predę Brugensi inhęrere vident, resumptis animis ad sua reuertuntur, admonitioneq; paucorum nobilium paruum præsidium hinc inde colligentium communibus animis quæ erant necessaria ad defensionem apparant. Re Comiti nuntiata Insulis (quo è fuga se receperat) Halevuinū quadringentis equitibus præfectum auxilio mittit, qui statim oppido permunito, ac omni commeatus genere prouiso, effecit vt frustra id Artevilla postea obsederit, imò infignis, quę mox subsecuta est, cladis occasionem præbuerit. Dum Brugas Gandēses auidè spoliant, Comes auxilio pauperculæ vilia induit vestimenta, ac lembo intempesta nocte per Amoris aquæ pōtem ex vrbe enauigat, soluq; pedibus per inuia auiaque Insulas versus iter instituit, quumque secundo ab vrbe milliari aberraret, incidit fortunæ beneficio in Theodoricum Hōscoranum, Ioannæ filiæ suæ nothæ maritum. Is enim cum certò intellexisset socerum in hostium manus non venisse, solus cum famulo circa vrbem quærens huc vsque errauerat. Præbito igitur Comiti suo, ipse famuli accepto equo, simul Insulas perueniunt. Artevilla maiori Gandauo educta manu, cum Francisco Agricola Brugas redit, ibique militum auctō numero, Iperas contendit, qui nulla interposita mora portas aperiunt, quorum iudicium sequitur vniuersa (Flandrice loquens) Flandria, excepta Teneramunda ac Audenarda: quo nuntio Comes ira ac dolore victus, Iperensium, Cortracensium, aliorumq; aliquot oppidorum obsides interficit, eademque cęterorum omnium fuisset fortuna, nisi nobiles eum à crudeli proposito deduxissent. Artevilla ægrè ferens solos Audenardenses,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac Teneramundanos, vniuerſæ Flandriæ iudicium, Gandenſemq; fortunam contemnere, collectis ex vniuerſa Flandria, circiter centum virorum millibus, quinto Idus Iunij Audenardam corona cingit, non tamen ab initio adeo arctè, quin præſidium nocte dieq; erumpens, ferè ſemper hominum aliarumque rerum præda capta in oppidum reuerteretur, donec erectis operibus, præſidiiſque conſtitutis, incluſi ſeriò obſiderentur. Halevuinus expugnationem non veritus, obſidionem verò diuturnam timens, imbelli vulgo exire coacto, pecus, iumenta, canes, feles, ac quicquid poterat, ſale condit, aut fumo indurat. Artevilla ſeſe oppidum vi expugnaturum diffidens, ne fruſtra tantum exercitum ad exigui oppidi obſidionem detineret, tria peditum millia in hoſtiles partes prædatum mittit, iniungens nobilitatem omni cladis genere vexarent. Hi primum prope Brugas ſpoliant ac exurunt Comitis natale ſolum, Malam, deinde nullis nobilium ædibus, neque caſtellis quo aditus patebat, in vniuerſa Flandria parſum, Inſulaſque aucto numero excurrentes molis quæ vento agitâtur, cũ ſplendidioribus ædibus, direptis ac incenſis, agros vaſtât, pagos exurunt; ac quod nullus occurreret hoſtis, audaci inſolentia vlterius progreſſi, pagos, villaſque agri Tornacenſis peruaſtant, prædaque dulcedine allecti proximis Francorum pagis, villiſque non abſtinent. Erat hoc tempore Audax Baupamæ apud Atrebatenſes, occaſionem incitandi armandiq; Regis contra Gandenſes quærens, quod alia iuuandi ſoceri qui ſe rogauerat, non eſſet via. Perſcribit igitur Regi fratribuſq;, Gandenſes armata manu Franciæ fines ingreſſos prædas feciſſe, ac incendia excitaſſe, iniuriam inſanientis populi reprimendam, ne his Franciæ ſex coniuncta, paulò antè ſopitas magno labore calamitates redintegret. Hæc agitantem Comes Baupamæ adit, ac poſt ſecretam aliquot dierum communicationem bene animatus Inſulas, Audax verò Senliacum ad Regem reuertitur, repertoque fratre Biturigum, ac cognato Borbonij Duce, iis ſoceri cauſam probat, Regemque ad ferendum auxilium inducunt. Artevilla Audacis Comitiſq; communicatione intellecta, iudicans armari contra ſe Regem, miſſis legatis pacem ſubmiſſè petit; quumque extemplo eam non conſequeretur, ad Richardum Angliæ Regem ſe conuertit, facileq; fœdus ac auxilium impetraſſet, ſi importuno tempore de ſolutione ducentorum millium aureorum liliorum, quæ ante quadraginta annos Flandri Anglis mutuo dederant, ſiluiſſet. Stolidum enim Angli ridentes Artevillæ faſtum, ſpe repletum dimittunt. Interea de pace Gallica non deſperâs, enixè pro ea laborabat. Sed Rex cum Anglis eum fœdus percuſſiſſe intelligens, abiecta pacis cogitatione, magno cũ exercitu in Flandriam contendit, Gandenſes oppreſſurus antequam Angli ad ferendum auxilium parati eſſe poſſent. Artevilla regis copias apud Atrebates conueniſſe intelligens, relictis quadraginta virorum millibus Duce Harſellio ad Audenardæ obſidionem, Gandauum proficiſcitur, animatoque populo, nouem veteranorum millia vrbe educit, ac cum ſexaginta peditum millibus, Cortracum contendit, tranſitu fluminis Liſæ Regem prohibiturus, aut ſi vi tranſire conetur, æquiſſima Flandris cõditione, in eius ripis cũ Rege de Flandriæ imperio certaturus, attributis nouem peditum millibus Petro Syluio, ac tribus millibus Petro Vuintero, vt idem hic Comenei, ille Varveci faceret. Haſſanus nothorum Comitis natu maximus iuxta Armenteriam cum centum quinquaginta equitibus Liſam tranſierat, ac incendiis populationibuſque, villis pagiſque erat infeſtus. Ruſtici magno numero congregati pontem reſcindunt, rurſumque debili opere ſimo, arborumque foliis conſtrato reficiunt, exinde in Haſſani equites conuerſi, in fugam omnes agunt. Vix ipſe cum triginta equitibus tranſierat cum pons rumpitur, qui ſuperſtabant merguntur, cæteri variis in partes fuga delapſi, à ruſticis interficiuntur. Rex interea cum exercitu, ad oppidum Lenſium, indeque Seſelinum venerat, deque tranſitu Liſę diu conſilium habitum, tandem decernitur vt prima acies è viginti peditum ac tribus equitum millibus conſtans, quam Magiſter Equitum Cliſſonius, Gurgundieque Marſcalcus ducebant, Comeneum ac Varvecum proficiſcetur, tranſitum aſtu aut vi tentatura. Alteram aciem in qua Rex erat, Audax, Biturix, ac Borbonius regebant, conſtabatq;, ſex equitum, ac tribus electorum Balliſtariorum peditum millibus. In tertia, cui præerant Bloſius, Euſius, ac Fani D. Pauli Comes, erant duo equitum, quinque peditum millia, rectaque Inſulas contendebat, vt quis foret primæ aciei euentus expectaret. Quum Equitum Magiſter Comeneum veniſſet, ſummam tranſeundæ Liſæ fluminis difficultatem rupto ponte, auctiſque

auctiſque autumnali tempore rapidiſſimis aquis, flumine lato, ripis altis, hoſtiumq; millibus duodecim ab altera parte ad tranſitum impediendum paratis, reperiebat. Dumque his difficultatibus remedium quærit Fani D. Piati regulus, eo loco quo Deula Liſam interfluit, quingentis circiter ſupra hoſtium ſtationem paſſibus, decem nactus ſcaphas aſſeribus contexerat, ac ab vtraque fluminis ripa firmiſſimis cãnabinis funibus deligauerat, inſcioque equitum Magiſtro quadringentos equites traiecerat: quod cum Sylvius à ruſticis didiciſſet, maiorem quàm erant veritus numerum, nocturnaq; formidans prœlia, Piato tempus aduocandi auxilij concedit, ſed appetente luce cum ſex peditum millibus ad equites opprimendos contendit, qui etiamſi nocte pluuia, ſine cibo potuque armati ex equis nunquam deſcendiſſent, aucti tamen per noctem mille quingentis veteranis peditibus balliſtariis, ex equis deſcendunt, peditique iuncti audacter cum Syluio confligunt. Elegerant enim locum paludoſum, vt tantum à fronte ad eos patêret aditus: quare non diu Syluius cum inermibus ruſticis contra probè armatos equites peditesque veteranos reſtitit, ſed capite ac humero vulneratus ſuos effuſe fugientes Brugas cõtendens cũ maiori parte eſt comitatus. Magiſter equitum eodem tempore ad detinẽdos Syluianos acerrimè ad pontem pugnabat, edictumq; in caſtris propoſuerat, quo certus militum numerus Piato in auxilium proficiſci iubebatur. Verùm ſubitò põtem ab hoſtibus derelictum videns, eademque hora nuntium de Piati victoria accipiens, ponte ſupra vetera ligna refecto, exercituque in alteram ripam traducto, Comeneum ac Varvecum occupat. Cùm hos ſtatim Rex cum omni exercitu eſſet ſubſecutus, Iperenſes timore correpti, miſſis ad Audacem legatis, à Rege pacem, perſolutis quinquaginta aureorum Liliorum millibus, redimunt. Idem & Berga, Duinkerka, Greuelinga, Caſletum, Borborga, Veurna, Bella, Poperinga, Meſſena, cum vniuerſa occidentali Flandria, Regi quadraginta aureorum Liliorum millia ſoluentes faciunt, quanquam plæriq; ſpoliati forent, coactiq; inſuper Gandenſium Præfectos, qui non fugerant, Audaci tradere, à quo capite puniti, rebellionis pœnas luerunt. Brugenſes ſummoperè idem facere cupiebant; ſed quòd quingenti eorum obſides Gandaui detinerentur, ciuiumq; pars maior in Artevillæ caſtris, aut ad Audenardam militaret, poſtremò quòd Syluius ac Vuinterus ſupra vetus præſidium, cum his qui è pugna Comenienſi effugerant, Brugas veniſſent, impediebantur. Artevilla Regis tranſitu intellecto, cum ſexaginta peditum millibus Cortraco Rollegemum, indeque Rosbecã vbi Regis caſtra erant, proficiſcitur, quadrataque vna acie è tanta multitudine, veteri liberorum populorum inepto more inſtructa copiam pugnandi facit, omninò ſe rei bellicæ imperitum oſtendens, cùm ſola multitudine, cuius maior pars ferro tecta non erat, confiſus, nil quo latera munirentur inſtituerer, ſciretque tamen Regem tribus Francorum more inſtitutis aciebus aduentare, auctaſque eius eſſe copias à Picardis, Arteſiis, ac Flandris Gallicè loquentibus, adduxiſſeque Comitem Lodouicum quindecim ſubditorum millia. In ſecunda Regis acie, quæ decem peditum, octo equitum millia habebat, dimiſſiſque equis pedeſtri pugna erant certaturi, Rex erat quatuordecim tum annos natus, cũ auunculo Borbonij Duce, multiſque aliis è prima Francorum nobilitate viris. In tertia acie quę Regiæ aciei ſiniſtrum latus claudebat, erant peditum quindecim, equitum ſex millia, ducebaturque à Biturige, ac Magiſtro equitum. In prima acie quæ Regiæ dextrum latus muniebat, ſexdecim virorum millia ſtabant, regebaturq; ab Audace, Marſcalco Burgundiæ, multiſq; aliis Burgundionum Proceribus. Comitis Lodouici acies, Regiæ tergum claudebat, parata opem ferre, ſiquid durius alicui accidiſſet. Caſtris præſidio erant relicta quinque peditum millia, ac quadringenti equites. Cùm ab vtraque parte claſſicum cecinniſſent, contra Regem Artevilla cum veteranis conſtitutus tanto in eum impetu fertur, vt quanquam è fortiſſimis conferta ſtaret acies, impulſa tamen veteranorum haſtatorum impetu vacillaret, ac ſummo in diſcrimine verſaretur; caderentq; nonnulli nobiles, pro more retinere conantes. Audax Regis periculum animaduertens, equitatu ſuo diducto, apertum hoſtium dexterum latus circumuenire quantum poterat conabatur, idemq; à ſiniſtro latere faciebat Biturix, ita vt à fronte ac lateribus pugnare coacti, nec vbique æquè bene armati, conſtipatum phalangis cõrpus variis locis aperiretur, in quo tanta ab armato equite, balliſtariiſq; peditibus ſtrages edebatur, vt vniuerſa tandé acies inclinaret. Qui enim in medio ſtabant, ab vtroque latere in vnum coacti, nec fugere, nec pugnare pote-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rant, neque primis mediisque vltimi seruatis ordinibus receſſum dabant, ſed propria mole multitudineque oppreſſi ſuffocabantur, qui verò in fronte pugnantes Regem premebant, a tergo ſuſpiriis gemitibuſque morientium exauditis, remiſſo pugnandi ardore terrebantur: quod Regij ſentientes, quingentorum refocillati equitum auxilio, illato pede Arrevillæ aciem proterunt conculcantque: idem eodem momento ab vtroque fit latere, ita vt non amplius iam Flandri pugnarent, ſed à fronte ac lateribus in arctum coacti ingentibus ſtratorum cumulis campum replerent, donec à poſtremis facta primùm fuga, diuerſis omnes regionibus Cortracum, aut proximas ſiluas peterent. Ceciderunt è Flandris ſupra viginti quinque hominum millia, inter quos nouem ciuium Gandenſium millia ceciderũt. Rex circiter viros mille deſideravit, ac aliquot primo impetu nobiles. Exreliquis duabus aciebus, vix centum ceciderunt. Hoc modo pugnatum eſt ad Rosbecam ſeptimo Cal. Decembres in declini colle, vbi nunc mola frumentaria quæ vento circumagitur ſtat, diciturq; locus vernacula Flandrorum lingua, Gouttberghe, quod aureum montem ſonat. Arte villa inter mortuos adhuc ſpirans inuentus, poſteaquã eum Rex aſpexiſſet, cadauer ad arborem ſuſpendi iuſſit, ſtatimque cum victore exercitu Cortracum ingreſſus fœminæ ſtuprantur, viri interficiuntur, oppidum militi datur diripiendum. Syluius ac Vuinterus eum tumultuari Brugenſes animaduerterent, cum omni præſidio Gandauum proficiſcuntur. Idẽ fit ab his qui cũm Harſellio ad Audenardæ obſidionem erant relicti. Quare Brugenſes Gandenſium præſidio liberati, ciuibuſque ex caſtris Audenardenſibus domum reuerſis, quamquam quingenti obſides Gandaui adhuc eſſent, deprecatore Audace ſeſe Regi dedunt, ac ne vrbs diriperetur, vtq; à Gandenſibus diruta reſtaurare poſſent, ſexaginta millia aureorum liliorum perſoluunt. Primus qui populum Brugis ad res nouandas concitare eſt auſus, Chriſtophorus fuit Scotanus, cum paucis enim, ſublato Comitis vexillo, ordo Eccleſiaſticus ſtatim eſt ſecutus, tum populus arreptis armis nul ſibi moræ facit. Si ſtatim à prælio Rex Cortraco relicto, Gandauum petiſſet, ſine cæde & ſanguine vrbe eſſet potitus, tanta ibi conſternatio. Sed cũm Brugis, Audenarda, ac ex prœlio Duces rediiſſent, animato conſolatoq; populo portas obſtruunt, muros armatis complent, omnibus qui per ætatem poterant arma capere iubent, propinquoſq; villicos cum omnibus rebus in vrbem recipiunt. Audax bello finem imponere cupiens, victorem exercitum ad obſidendum Gandauum Duci ſuadebat. Verùm quòd brumale ſolſtitium, pluuias tempeſtateſq; minaretur, cæteris principibus in Franciam reuerti ſatius viſum fuerat. Diſcedens Rex Cortraco ignem iniici iubet, quanquam Audax cum ſocero extremis precibus, ne fieret, fruſtra contendiſſent. Verſabatur enim Francis ante oculos accepta anno 1302. prope Cortracum ad pagum Groningam clades, pendẽtibus ad rei memoriã in ſummo Cortracenſiũ templo ſupra quingentis deauratorũ calcarium paribus, equeſtris ordinis viris qui ceciderant, à Flandris eo tempore detractis. Quare pertinacius obniti nolens, è publicæ domus turri inſigne horologium campanamque auferri, ac Digeoni in Burgundia ad publicum vſum aptari iubet, omnibus qui ad ſe confugiebant, nobilibus ignobilibuſque in tutum deductis, qua humanitate fœminas complures à militum improbitate defendit. Nam præter prædam conceſſum militi erat abducere captiuos quos vellet (nemine tamen interfecto) quò ſe magna poſt pecunia redimerent. Cortraco deflagrante, Rex Tornaci de pace tractabat. Verum Gandenſes Flandria hoſtem excedere videntes, recepto animo pacem recuſabant, dicentes, ſtabilem paciſci non poſſe, quod Comitis animus inueterato odio obſeſſus, nulla re quam vita ſanguineq; ciuium Gandenſium placari poſſet, proinde ſe paratos eſſe in Regis tranſire poteſtatem, modo vt regni hæreditarium membrum, non bello partam prouinciam ſuſcipere ſe in clientelam, ac contra inimicos omnes defendere velit. Rex ſciẽs Flandriam mortuo Comite patrui ſui Audacis dotem eſſe, irriſis Gandenſibus in Franciam reuertit, cũm præfeciſſet Ghiſtellæ regulum Brugenſium vrbi ac vniuerſæ Flandriæ, Piatum Iperis, Iumontium Cortraco, Laumegemium Audenardę. Comes cũm Regi ac Proceribus gratias egiſſet, ſalutato genero Atrebatum proficiſcitur. Gandenſes in locum Philippi Arte-
villæ rei bellicæ præficiunt Franciſcum Agricolam virum ſtrennuum ac prudentem, qui
1383. menſe Ianuario anni 1383. tria Gandenſium millia Ardenburgum, vbi circiter quadringenti Gaſcones ac Burgundi in præſidio erant, ducit, noctes dieſque vrbi incurſionibus infeſtos,

infeſtos, quibus expugnatis, præſidium interficit, oppidumq; incendit. Deinde vt vrbi contra regis reditum proſpiciat, miſſis in Angliam legatis, fœdus auxiliumque impetrat, venienteq; menſe Maio Epiſcopo Norduichiano ſexcentis cum equitibus, ac duobus balliſtariorum peditum millibus, Agricola ei iunctus recipit, fugientibus Francis, Greuelingam ac Duinkerkam, quibus è locis cum finitimis omnibus moleſti eſſent irritati agreſtes, cum circiter duodecim millia è ſuis armaſſent Anglis, obuiam profecti prœlium committunt. Sed à balliſtariis magno damno affecti, deſideratis quinque millibus, cæteri domum dilabuntur, poſt quam victoriam Gandenſibus ſeſe iungunt cætera quæ ad mare iacent oppida, Sluſam vſque cum infirmioribus in continente ſitis, omni cladis genere eos peruaſtantes, qui Gandenſe imperium repudiabant. Aucto his e locis exercitu, Agricola ac Norduichius ad obſidendas Iperas proficiſcũtur, quod intellexiſſent Piatum cum maxima præſidij parte in Franciam ad Anglicum profectum bellum, in vrbe tantùm reliquiſſe Ioannem Vtreum Burgrangę dominum, ac Petrum Zixanum cum trecentis peditibus. Adductis igitur Agricola viginti peditum millibus, arctiſſimè cum Anglis Iperanos obſidet. Sed ea fuit exigui præſidij ac ciuium virtus conſtantiaque duobus menſibus cũ dimidio, vt omnes hoſtium conatus fregerint, adiuti paucis bombardis, qui circiter annum 1366. reperti, quanquam rudi adhuc opere, Iperenſibus ſummo tum vſui, hoſtibus verò eorum compluribus exitio fuêre. Itaque tempus ad vrbem fruſtra terentes decimoquarto Cal. Septemb. obſidionem ſoluunt, quod Francorum Regem magnis inſtructum copiis in auxilium obſeſſis feſtinare intelligerent. Durante Iperarum obſidione, impetrat à Iumontio Comes, Cortraco reſtaurato munitoq; defendendum ſuſcipiat: ac quoniam ciues à poſtrema vaſtatione fermè omnes Gandauum migrarant, paucoſq; Iumontius milites haberet, reſtitutis oppido veteribus immunitatibus, nouiſq; pro tempore additis, multi redierunt. Audax Iumontio in ſupplementum ſexaginta equites miſerat Britones, qui ex improuiſo obuiam facti, haud procul vrbe Brugenſi ducentis Anglorum equitibus prædatum profectis, non paucis deſideratis, reliqui Britones Inſulas fugêre. Interea Comes perſuadere Norduichio conabatur, vt deſerto rebelli populo Iperas non oppugnaret, vſus opera Epiſcopi Leodienſis, qui ad caſtra Anglica profectus, nil tamen impedientibus Gandenſibus impetrare potuit. Veritus igitur Comes ne Anglorum auxilio dignitate ac ditione Gandenſes ſe exuerent, extrema coactus neceſſitate iterum ad Audacem ſe conuertit. Erat is eo tempore Campangæ, quæ in Flandria agebantur, non admodum lætis accipiens auribus. Anglos enim auxilio Gandenſium in Flandria aſſueſcere egerrimè ferebat. Proinde Regi, ne id permitteret, iam ante perſuaſerat, qui magno rurſum coacto exercitu, Atrebatum, indeque, vt dixi, Iperas leuandæ obſidionis gratia properabat. Sed Gandenſes domum, Angli Borborgum, Bergas, ac Duinkerkam diſceſſere. Audax primæ acici præfectus Anglos ſequebatur, præmiſſis Burgundis, quibus præerant Challonius, Vergius, Neucaſtellius, Monbeliardus, Granſſius, Rius, Subrenomius, Fani Deſiderij regulus, Charnius, Bellemontius cum pleriſque aliis. Angli vires Bergis cõiunxerant, ſed Norduichio Caletum fugiente, Borborgum ad oppidum magis munitum, quinque virorum millia ducunt. Rex direptis incenſiſq; Bergis, Borborgum corona cingit, fruſtraq; aliquoties oppugnatum, tandem vita boniſq; conceſſis in deditionem accipit. Angli Flandria excedentes, direpta Greuelinga, Caletum contendunt. Franci Borborgum ſtupratis feminis, trucidatiſq; viris, diripiunt ac incendunt. Neuportenſes Agricolam relictis Iperis Angliſq; domum properãtem inſecuti, poſtremo agmini inſigne detrimentum intuliſſent, niſi Gandenſes tale quid veriti auxilium ab vrbe ſubmiſiſſent, quo Agricola confiſus Neuportum expugnat, ciues trucidat, oppidum prophanis ſacriſq; in prædam conceſſis, incendit. Occidentales Flandri Caleto Sluzam vſque habitantes Anglos infeſtiſſimos ſenſere. Spoliati enim, iugulati, aut exuſtis villis pulſi, miſeriarum omne genus ſunt experti. Rex contentus Anglos Flandria expuliſſe, in Franciam reuertitur. Audax cum ſocero apud Fanum Odomari manſit. Rege Borborgum obſidente occupat Agricola Audenardam. Cũm enim præfectus Laũmegemius, iuſſu Comitis cum præſidij maxima parte Regia ad caſtra eſſet profectus, ciues vigilias parum cautè obeuntes, Agricola ab exploratoribus certior factus, cum quadringentis expeditis peditibus, ſingulis ſcalam adferentibus, nocte per foſſam, quæ piſcandi gratia erat exſiccata, nemine qui reſiſteret

Universidad de Deusto
Biblioteca

sisteret inuento, transcendit, rectaque ad forum tendens, triginta vigiles interficit, ac cum his Florentium Heulanum, Franciscum Crupeningum, ac ciues quos cum armis in publico reperiebat. Simon Bramæus, Textorum Gandensium Præfectus, qui maiori manu Agricolam subsequebatur, effracta Gandēsi porta Textores introducit. Prima luce Agricola fœminis pueriscque exire iussis, Gandauo Coloniam euocat, quæ infestis populationibus Tornacum vsque omnia vexans, Arnulfum Gauerensem Scornai Dominum, omnibus ferme fortunis exuit, qui ira ac dolore victus, iurat se nunquam cum Gandensibus in gratiam rediturum, priusquam de damno illato satisfeciſſent, aut ab eis sua recuperasset, quibus Gandauū relatis, priuati nobilis minas ridentes cōtempserunt. Mēse Octobri Angli cum Francis inducias pangunt, quibus Gandenses Anglorum confœderati, obsistente supra modum Comite Lodouico, sunt comprehensi. Vtrinque enim promiserant inducias pacemque cum hoste per se non facturos. Dolens igitur Comes Lodouicus omnem sibi vindictæ rationem (quòd esset Francico frustratus auxilio) ereptam, animo impotenti succumbente dolori, apud Fanum Odomari (quò ad Audacē de bello cōsulturus
1384. venerat) quarto Idus Ianuarij anno 1384. moritur, sepeliturq; cū vxore Margareta (quæ ante sex annos in Comitatu Rethelēsi obierat) Insulis in fano D. Petri. Iacobus Meierus, ac Flandriæ Chronica, aliā quàm ego hic Frossardum secutus, Comitis Lodouici mortis causam adferunt, nimirū Iohannē Biturigum Ducē Audacis fratrē, apud Fanū Odomari cum Comite Lodouico acribus verbis cōtendisse ob Comitatū Bolonien sem, qui cū iure hæreditario ad Biturigis vxorē esset deuolutus, volebat Comes Lodouicus Biturigē beneficiariū sibi iusiurandū dicere, quòd Bolonia ac Artesia Flandriæ vetusta mēbra, beneficiario iure seruato, Flandriæ filiabus Francorū Proceribus matrimonio iunctis, sint tradita. Biturix indignū ratus, se qui Regis esset filius, frater, patruus, ac Biturigū Dux, Comiti Flandriæ obedientiæ sacramentū dicere, cùm de obsoleto iure disceptātes ad iurgia veniſſent, ira Biturix incensus, pugionem Comiti Lodouico in pectus iecisse, e quo vulnere tertio die obierit, celante ac tegēte Audace miserrimum casum, propter vindictam quam à proprio fratre in iusta soceri causa, sumere se æquum fuisset. Quare nil miror Frossardum, qui hoc tempore vixit, factum aut ignorasse, aut studio conticuisse, ne suæ ætatis Principum indignationem, evulgato humanæ imbecillitatis sui temporis memorabili exemplo incurreret. Reliquit Comes Lodouicus (præter Margaretam Audacis vxorem) filios quinq;, ac filias duas, illegitimo omnes thoro susceptos, inter quos Lodouicus Friso vnus Pratensium familiæ originem dedit. Funus exequiarum assistētibus vicinarum prouinciarum viris illustribus est celebratum. Deinde Audax cum vxore Margareta quinto Cal. Maij Comites Flandriæ Brugis primùm, deinde cæteris Flandrię oppidis (Gandauo excepto) inaugurantur, quemadmodum & apud Atrebatenses, Burgundos, Rethelenses, Neuersios, Salinas, ac Mechlinienses, quæ omnia dote vxoris illi accessere, firmatisq; vbique præsidiis, ac regionum composito statu, vxore Atrebati relicta, Parisios ad Regem reuertitur. Mense Maio, durantibus induciis, Scornaus Audenardam astu Gandensibus eripit. Cùm enim Agricola Gandauum ad nuptias nepotis ex fratre esset profectus, Audenardæ custodiam Petro Vuincio commiserat, quod cùm Scornaus è suæ partis ciuibus didicisset, trecentos expeditos pedites, nocte in propinqua oppido silua abdit. Albescēte cælo, plaustra duo commeatu onusta à quatuor singula veteranis, rustici in modum supra arma vestitis ad oppidum agi curat, qui portæ Gersberganæ propinqui, rogatique vnde venirent, ex Hannonia cum frumento vænum respondebant. Demisso à Gandensibus ponte sublicio, quum iunctim plaustra constitissent, clam eorum vnus, vnicuiq; ferreum malleum, qui subiugales equos temoni connectit, eximit, equosque scutica ad iter festinandum incitatos, onereque liberatos in oppidum agit. Portæ custodes, dolo conspecto, arreptis armis in aurigas insurgunt. Illi præsenti animo se defendentes, custodes aliquot interficiunt, reliquos fuga oppidum petere cogunt, fistulaque in hunc vsum parata inflataque vigintiquatuor viros duodecim equis insidentes, in auxilium accipiunt, subsequente Scornao, ac cum trecentis peditibus portam occupante. Conclamatur omnibus oppidi viis ad arma. Sed priusquam Vuincius Gandenses in tabernis perpotantes cogere posset, Scornaus oppido potitus, eos sine ordine discurrentes interficiebat, trecentisq; circiter iugulatis, qui poterant cum Vuincio Gandauum fugientes tristi nuntio Agricolæ nuptias

nuptias perturbant. Recuperauit hic Scornaus abundè quod ei Gandenses damni intulerant, repertis in Agricolæ ædibus, supra octo aureorum liliorum millibus, exceptа preda quam è Gandensibus ac Audenardensibus eorum fautoribus congessit. Scribit statim Agricola Audaci, suos inducias, occupata Audenarda, violasse: proinde oppidum reddi curet, nisi velit Gandenses, apud Angliæ Regem de iniuria conqueri. Audax se consilij participem dissimulans, Scornao Agricolæ literas per eundem tabellarium mittit, iubetque oppidum reddi. Respondet Scornaus, ab eo tempore, quo Gandenses direptis pagis villisque, graue fortunis suis detrimentum intulissent, se neque pacem, neque inducias cum eis feciſſe, sed hostili semper in eos animo mansisse. Proinde se Audenardam propria authoritate occupasse, nec redditurum priusquam à Gandensibus sibi esset satisfactum. Per causam damni Scornao illati Gandensibus Audenarda eripitur, quæ res cùm primo iurgium inter Hersellium ac Agricolam excitasset, deinde contumeliosis verbis alter alterum mentiri dixisset, post paucos menses Harsellius ab ignoto sicario in foro deambulans confoditur, nemine dubitante quin Agricolæ opera factum, qui post dictum iurgiū, sæpè Harsellium proditionis (quod tamen constare non poterat) postularat. Quare populus rei indignitate motus, Agricolæ dictaturam deponere iubet, ac eius loco Balduinum Riceum creat, exauthorato etiam Petro Siluio, Vuinterum verò ac Vuincium, in carcerem conicit, alioſque eorum loco ordinum ductores legit. Ricius multa nouando, vrbis statum immutabat, pecuniam verò à nocentibus pariter ac innocentibus exigebat, adeò vt populus natura rebus nouis gaudens efficacem se bello paceque dictatorem legisse existimaret, cùm tamen in hoc vnum is incumberet, vt dictaturæ tempus non minus fortunis suis quàm Reipublicæ augendis commodis seruiret. Tandem cum armatam manum magna cum expectatione eduxisset, ac Audenardam aliaque loca irrito euentu tentasset, populus mutata voluntate, dignitatem Agricolæ ac Siluio restituit. Sexto Idus Apriles anno 1385. Audax Ioannem filiorum natu maximum, ac Margaretam filiarum pri- 1385.
mam in matrimonium tradit Guilielmo ac Margaretæ, filio ac filiæ Alberti Bauari, Comitis Hollandiæ, &c. satagente Ioanna vxoris suæ matertera Brabantiæ Duce, vidua Vuenceslai Lutzenburgij, quorum nuptiæ regali pompa Cameraci, assistēte Franc. Rege, cum multis Ducibus & Comitibus sunt celebratæ. Filiæ maritis in dotem attulēre quinquaginta aureorum liliorum millia. Audax filium Ioannem Comitem Neuersij, Bauarus filium Guilielmum Comitem Osteruantij nominauit. Margareta Audacis vxor cum noua nupta Atrebatum concessit. Audax cum filio Ioanne Regem in Parisios proficiscentem comitatur, quod instante mense Maio, bellum, finitis induciis, à Francis, Anglis, Gandensibusque, summo apparatu instauraretur, petierantque Gandenses à Rege Richardo, vrbi suæ Anglicum Præfectum, qui eis virum nobilem Ioannem Borserium misserat, de cuius prudentia ac virtute, omnes eius temporis scriptores vnanimi consensu testimonium perhibent. Veritus enim Borserius Regis Caroli tertiam contra Flandros expeditionem, Gandauum cōmeatu, armis, aliisque rebus necessariis præmuniit. InducIarum tempore exacto, Guido Pontallerius Burgundiæ Marscalcus, ac Iumontius, hic Ardenburgi, ille Cortraci præsidens, ducentos equites prædatum in Quatuor præfecturas (nomen est Regionis Gandauo contributum) mittunt, quibus Agricola cum mille quadringentis peditibus, eadem de causa in hostilem regionem profectus fit obuiam. Pugnatur aliquandiu acriter, tandem Marscalcus desideratis circiter octoginta equitibus fuga sibi consulere cogitur. Erat miserrima huius belli facies. Iumontius enim vir natura sæuus ac crudelis, si Gandēsem aut qui partes eorum defendebat nactus fuisset, amputatis auribus, naso, pollicibus, aut erutis oculis, luxatisue cubitis poplitibusque domum remittebat. Gandenses, si vir nobilis, eius famulus, aut partium fautor in manus venisset, eadem vtebantur crudelitate, habebantque in sylua Gandensi dicta Respalla, quadringentos sicarios, qui accepta libertate nobilis ibi viri domum occuparant munierantq;, tanta sæuitia noctes dieſque in omnem sexum grassantes, scribere vt pigeat: & quanquam nobiles mille technis latrones opprimere essent conati, Gandensibus eos iuuantibus, incassum omnia tentarant, durauitque horum tyrannis, quandiu bellum; tum enim deserti, imò & oppugnati à Gandensibus sunt dissipati. Post secundam cum equitibus Marscalci pugnam, Agricola sex peditum millibus aucto exercitu, obscura nocte multis cum scalis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ardenburgum oppressurus Iumontium, qui huc Cortraco migrarat, obseruato tempore quo custodiæ mutantur, contendit. Discesserant enim vigiles, tribus qui in mœnibus deambulabant exceptis, dum scalas Gandenses erigunt, vnoq; in murum euadente, reliquis ascendentibus manum porrigebat. Sed per tenebras non satis ea hora densas, vnus visum Gandensem lancea pedestri in fossam deturbat, cæteriq; duo arreptis armis, auxilium præsenti animo inclamantes se defendût, dum proximi vigiles rapto agmine in murum contendunt, tympaniq; sonitu Iumontium cum præsidio ad arma excitant. Forti conatui fortunam defuisse Agricola considerans, suis omnibus sine detrimento receptis, alio iter conuertit. Iumontius contra Agricolæ astutiam ac vigilantem audaciam, nõ se satis prouidum esse posse hoc periculo doctus, posthac vigilias maiori cura obiuit, institutisque vt nunquam veteres loco discederent, priusquam nouę aduenissent, certus se esse Helenam quam ardentibus animis non ad nuptias, sed supplicium Gandenses expetebant. Proficiscitur Agricola eadem nocte Brugas, sed cùm ab exploratoribus didicisset nil in vrbe negligenter agi, Dámum (vbi Ghistellæ dominus prædic Brugas profectus in præsidio erat) contendit, ciuesque cum paruo præsidio decimoquarto Cal. Augusti opprimit, direptisque fortunis aduersæ partis ciues interficit. Ghistellani vxorem partui propinquam, ac cum multis illustribus feminis qui ad eam visendam variis e locis conuenerant, captá, honesto excepit conuiuio, consolatusque iurauit ab omni iniuria se eius cæterarumque dignitatem ac corpus protecturum, addens, non cum mulieribus, sed viris se bellum gerere, promissique fidem sancte exoluens memorabili continentiæ exemplo, vniuersæ nobilitatis gratiam ac beneuolentiam mirificè sibi conciliauit. Brugensium magna multitudo duce Ghistellano Dammum proficiscitur, sed Agricolę nouum Gandauo auxilium aduenisse intelligentes, domum ex itinere reuertuntur. Die quo Agricola Dammum occupat, ducit Carolus sextus Francorum Rex, consilio operaque Audacis, ac Ioanne Brabantiæ Ducis, vxorem Isabellam seu Elisaberham filiam Stephani Ducis Bauariæ. Veritus igitur Audax ne occupato Dammo Sluzam Gandenses magno Brugensis mercaturæ incommodo aliquando etiam inuaderent, ac oportunissimum maris portum Anglis traderent, persuaso Rege, cum magnum in Atrebates exercitum coëgisset, tertiam contra Flandros expeditionem suscipit, Dammumq; obsidione cingens, frustra aliquoties oppugnat. Iusto enim Agricola præsidio munitus, insuper bombardicis tormentis adiutus, facilè hostem muris pellebat, ex Anglia quotidie auxilium expectans, donec spe frustratus quod Francorum Magister equitum in Scotiam cum classe aduectus Anglorum fines popularetur, Agricola intempesta nocte clam cum præsidio ciuiumque maiori parte, oppido cum impedimentis profectus, ac à nemine lacessitus Gandauum peruenit, posteaquã sex hebdomadis, Francici exercitus vim, in exiguo oppidulo, non minori cũ laude quàm virtute sustinuisset. Franci Dammum ingressi, cùm præter ignobilem prædam nil relictum conspicerẽt, ira accensi pluribus locis (frustrà Rege ac Audace prohibente) ignem iniciunt, profectiq; castra in pago Arteuilla, secundo ab vrbe Gandensi milliari locant, vnde quatuor Præfecturas tam infesta populatione deinde incendiis peruastant, miseris vt rusticis nil planè reliquum maneret, quàm quod ante eorum aduentum in loca tuta detulerant, cumque satiandæ auaritiæ agrestium fortunæ non sufficerent, ad scelera conuersi, interficiendis viris, stuprandisque feminis, animi acerbitatem placant. Rex vrbi obsidionem minatus, cùm non moueri ciues videret, adtumnus verò ingrauesceret, pridie Idus Septemb. relicto Gandauo, apud Atrebates exercitum dimittit. Iungitur hoc tempore Sluza Flandrię, cùm Audax Guilielmo Comitis Namurci filio natu maximo (cuius familiæ imperium iam longo tempore agnouerat) donasset eius loco ditionem Bethunensem, ædificatque Sluzano in portu Audax turrim quadrato è lapide, quæ Arx minor dicta nunc diruta est, sed addidit Carolus sextus Francorũ Rex castrum maius, quod etiánum hodie extat, ne vllo vnquam tempore Anglis, oportunissimi portus potiundi spes foret, eademque opera oppidum muro lateritio circundatur. Cùm Rex in Franciam rediisset, consilio Audacis (qui Franciæ veterem belli gloriam, militiæq; suæ infelicia rudimenta vendicanda censebat) Anglico bello summo apparatu animum adiicit, transferreque è Francia in Angliam bellum cogitat, conuersis eo vniuersæ Franciæ viribus, quo Angli pro aris ac focis dimicare quoque aliquando cogerentur, sed conatum felici euentu cari-

tu caritурum videbat, nisi Flandria Gallię coniuncta cum Francis vires coniunxisset, eaq; ratione præcipuis Francorum Proceribus consilium non improbari sciebat. Proinde omnes ingenij vires, ad pacem, salua dignitate, cum Gandensibus ineundam conuertit, traxeratque Agricolam in suam sententiam, si Gandensi populo absolutam omnium præteritorum veniam, redditis confirmatisque veteribus immunitatibus, promittere vellet. Cum Agricola sentiebant non pauci magnæ existimationis ciues, expectabantq; occasionẽ cum populo de pace agendi, quorum Principes erant Rogerius Euertuinus nauta, ac Iacobus Ertburius lanio, quibus se coniunxerat vir nobilis Ioannes Heila, detuleratq; ad Euertuinum ac Ertburium Audacis literas, quibus anteactæ rebellionis obliuionẽ vrbi populoque pollicebatur, conueneratq; Gueræ Agricolam, eumq; serio paci studere affirmabat, cuius verbis animati, timore tamen Burserij Angli, Petri Siluij, aliorumque Præfectorum non prius se mouent, quam sui ordinis ciuibus fermè omnibus, ac Præfectis reliquarum tribuum idem persuasissent, tum famam de pace in publicum spargere audent, diplomaque Principis in vrbe esse, quo præterita omnia condonabat, priuilegia immunitatesq; restituebat, ac noua se tempore oportuno daturum promittebat, asseuerare non verentur. Populus pacis mentione, quæ à nouo Comite afferebatur, lætatus, pro maiori parte eis fauebat, experientia doctus, se bello compendij parum, dispendij verò plurimum consecutos. Opes enim in bello, præter præfectos, ac qui munera publica gerũt, neminem parare, sed inani se laudis titillatione, vanaq; libertatis specie ad lanienam pro ignobili præda duci, ciues interfici, aut membris mutilatos domum reuerti, agros vastari, villas pulsis colonis exuri, pecus diripi trucidarique, oppida castellaq; dirui, mercatum dilabentibus alio mercatoribus magno vrbis damno frigescere, iuuentutem humanitatis oblitam facinoribus contaminari, ferinos induere mores, exlegem omnia audere, ac spe impunitatis peccandi illecebra omnibus præbita, nil præter quietam ciuilemque vitam in vitio ponere, ac proinde ordinem nullum pati, denique omnẽ sexum ætatemq; odio, ira ac discordia inter se ardere, quorum tamen maior pars vna in regione, ac nonnunquam ciuitate nata educataq; nuptiis iamdudum sanguinem miscuisset, quem luctuosissimo hoc ciuili bello barbara rabie largè effundere in virtute ponebant, regioni, vrbi, oppidis, corporibus ac fortunis suis imperãtibus hominibus ambitione perditis, turbulentis, seditiosis, decoctoribus, ac inquietis, qui Superiorem nec leges, Deum nec homines vereri didicissent, sed affectuum æstu, animique libidine agitati, quicquid in mentem veniebat, per causam tuendæ libertatis faciebant. Adhæc animaduertebant, populum militemq; moribus planè agrestibus ac indomitis, intra extraque vrbem fanda infandaq; committere, conniuentibus præfectis, quò eos deuinctiores, obsequentioresq; haberent. Ciuilis enim belli concitatores impulsoresq; se esse scientes, discordias odiaq; seminare non desistebant, quòd ea ratione non solùm sentirent se rem facere, sed ab altera etiã parte honore affici, ac ad imperiũ euehi viderent. Proinde viri probi, quietisq; amantes nil aliud quã aliquando ab horũ tyrannide liberari optabant, satis superq; pro Hionis causa vindicanda pertulisse se ac fecisse iudicantes. Considerabãt enim, quanquã vrbs opibus, viris, amicis ac fortuna adhuc satis secũda floreret, ea tẽporis successu ad summum aliquando felicitatis fastigium peruentura, magnoq; tum suo malo ruitura, cogitabantq; si nouus Princeps, multo potẽtior Lodouico, Gandensiũ peruicacia irritatus, extremas à contumacibus pœnas expetere cœpisset, necesse fore vt aliquãdo ab omnibus deserti ad iniquas cõditiones descẽderẽt, cùm cõfœderati cũ fortuna plerunq; partes mutare cõsueuissent. Ab alia parte Audax animo versans Gandensiũ exẽplo populum plebẽque Galliarum contra Principes leui momento ad arma cõcitari posse, seque his malis inuolutum magna cum difficultate Anglis resistere, trahereq; obstinata vindictæ cupiditate nobilitatem in maximas se miserias, imo vitæ ac fortunarum omnium discrimen, repressis affectibus, Reipublicæ causa nonnihil de iure suo decedendum censuit, pauciq; omnino exceptis, ab vtraque parte pacem ardentibus votis requirebant. Nulla enim vniuersa in Flandria, Flandricè loquens (Gandauo excepto) ciuitas erat, quæ non bis dolo aut vi capta, ea quæ victis (præsertim ciuilibus bellorum furiis) accidere solent, pertulisset, omitto incendia quibus maxima pars, post editas ciuium strages, publicataque fœminei sexus pudicitia, conflagrauit, idque à Gandensium, Comitis, Anglorum, aut Francici Regis militibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

litibus, inter se certãtibus, quis alterum feritate, ac seuitia superaret. Crudelissimus enim seuissimusque latro, partium fidelissimus, fortissimusq; propugnator habebatur, brutaque hac dominante persuasione, vindictæ libido de priuatis inimicitiis sanguinariam cupiditatem satiabat, bona rapiebat, debitor creditore interfecto satisfeciſſe se gloriabatur, inhumana, peruersa, dissortaque ingenia naturalem feritatem saturabant, mulieres stuprabant, virgines corrumpebant, pueros contaminabant, scelus pulla sine pudore iustitia virtutis in solio collocabant, agricolas interficiebant aut deuorabãt, nobilium diuitumque Castella multis abhinc retroactis seculis ad Regionis ornatũ variis locis, pulcherrimo artificio, magnoque sumptu extructa demoliebantur, aut incẽdebant, denique quicquid peruersa mens, malus animus, ac gaudens scelere indoles, omni timore excusso auderet, nusquam omittentes. Hasce ob causas cùm omnium ordinum homines domiti bellum odissent, populus Gandẽsis verbis Euertuini, ac Ertburij aures animosq; præbens, auxiliũ eis suum pollicetur, conueniuntque ex pacto summo mane in forũ, prælato vexillo Flandrico ac Burgundico clamantes: *Conuenite ad Flandriæ leonem* (hoc enim animal nigri coloris in vexillo aut scuto aureo præsefert depictum Flandriæ Comes) *Princeps Comesq; noster, facta omnium delictorum gratia, Gandensi populo veteres immunitates restituit.* Ioannes Burserius, ac Petrus Sylvius coniuratione intellecta, in publicam domum resistendi animo eodem tempore centum armatorũ præsidio muniti conuenerant. Sed cum Euertuinum ac Ertburium quadringentorum armatorum comitatu stipatos, quibus se se Præfecti omnium tributum coniunxerant, aduenire conspiciebat, timore correpti fugiunt, ac se clam Sylvius in pauperis ciuis domum abdit. Hæc cùm fierent, oportune Ioannes Heila ab Audace missus publicis cum Tabulis præteritorum veniam continentibus aduenit, quibus populus gauisus, Gauera vocato Agricola, ex eius sententia statim ad Audacem idem Heila legatus mittitur, impetratisque à fine Nouembris ad Cal. vsque Ianuarij inducijs, de pace acturi Agricola, Euertuinus ac Ertburius quinquaginta stipati equitibus Tornacum proficiscuntur, sequiturque post paucos dies Audax cum vxore, filio Ioanne, nuru ac matertera Ioanna Brabantiæ Duce. Legati Gandensium primo induci non potuere vt in genua procumbentes, veniam supplices ab Audace peterent, quod cùm is ægerrimè ferret, Ducis Ioannæ rationibus inducti tandem posito fastu, veniam supplices petiere, procumbẽte cum eis Audacis vxore ac nuru, veniamque cum lachrymis vrbi suæ summisse decoreque rogante ac impetrãte. Omnibus sine exceptione ignotum, vrbi immunitates decimoquarto Cal. Ianuarij anno septimo, posteaquam miserrimum hoc ciuile bellum initam cepisset, restituræ. Audax suo cum comitatu Insulas proficiscitur, Gandenses læti domum: Statimque per vniuersa vrbis loca pax per Præcones prouulgatur, quemadmodum & subsequentibus diebus per vniuersam factum est Flandriam. Petrus Sylvius, cæteriq; ordinum ductores, excepto Agricola, iam tandem serio, ac sine simulatione pacem initam esse videntes, statuunt cum Burserio in Angliam migrare. Cautum enim disertis verbis inter pacis erat conditiones, qui vellent, in vrbe rebus omnibus
" saluis manerent: qui non, iisdem ablatis migrarent. Agricola abitum dissuadebat, affir-
" mans de Audacis Principis magnanimi generosique verbis promissisque dubitare nemi-
" nem debere. Respondet Sylvius: Sis memor Agricola, homines nos esse nulla maiorum
" claritate notos, sed plebeos, plebem contra nobiles concitasse, ac proinde cosdem, conni-
" uente Audace, omnibus nos artibus hostili semper animo persecuturos, quod tu non ita
" dudum didicisses, si Strabuli Præfecturam, quam tibi Audax obtulit, accepisses. Iugulatus
" enim à sordidissimo villissimoq; aulæ Audacis assecla, animi eorum acerbitatem expe-
" tita dudum victima saturasses. Sed quemadmodum dignitatem eam prudenter recusasti,
" ita imprudente consilio vitam tuam Gandauo committis. In memoriam reuoca quot vi-
" ros bonos interfici iusseris, nulla de causa quàm quòd paci principique fauerent, aut tuis
" contradicere consiliis auderent, quorum facilè Princeps Harsellius, quis tua opera iugu-
" latum fuisse ignorat? Recordare strages quas tuo ductu nobilitas pertulit, quorum arces
" diruisti, sanguinem fudisti, bona diripuisti, in famulos necessarioſque hostili animo sæui-
" sti, horum exurget aliquis, qui te noctes dieſque ad necem quæsitum, sparso cruore tuo,
" Audacis gratiam venabitur, communesque iniurias vlciscetur. Insidiatorum, seditio-
" sorumque latronum nos loco habentes, quæ his iniusta, inquiunt, afferri potest nex? Cõ-

mune

mune enim omnibus est principibus, immortali eos persequi odio qui populi libertatem
supra dignitatis existimationisq; suæ amplissimum fastigium euehere conantur, scientes
qui populum seducere, regere, ac intrepidè ad vitæ fortunarumq; periculum adeundum
inducere possunt, viros esse debere non vulgaris ingenij, sed iudicij acris, ac in rebus agendis prouidos, qui vi aut astu oppressi populum rerum ignarum quiduis facilè admittere.
An putas Agricola, Audacem ob fidem compendij sui causa huic vrbi datam tua causa
perpetuo cum timore viuere velle, ne aliquando leui occasione te impulsore rursum cum
populo Gandensi, ac vniuersa Flandria bello sit certandum? minimè, sed promissi fidem
facilè eludet Caiphæ sententia, asserentis, *Satius esse vt vnus moriatur, quàm vniuersa Respublica periclitetur*, quum ab omni antiquitate principes promissis non diutius standum iudicarint, quam vsus, fortuna, aut necessitatis simulatio exigeret, mille semper rationibus instructi, quibus specie recti fidem fallant, ac iniustum iusti habitu vestiant. Proinde si vitæ rebusq; tuis probè Agricola cõsultum volueris, accinge te nobiscum itineri.
Ad hæc ille: Si mors mea apud Audacem tanti est, vt eam ignobili ductus timore, nulla
fidei promissorumq; ratione habita, nec Sacramenti religione ductus planè procurandam
existimet, quum amicis vbique terrarum ac opibus abundet, non minus id apud Anglos
Germanos, Italos, Hispanos, imò & Turcas per sicarios efficere poterit, quàm Gandaui.
Qua igitur de causa voluntarium mihi concisceam exilium, cùm necessario alicubi terrarum vita sit finienda, eiusque casus expectandus? Si enim Audax fidem fefellerit, mihi,
consanguineis, affinibus, necessariisq; omnibus, mea mors sine dedecore continget, illi
apud posteros in omne æuum cum ignominia exprobrabitur. Quod si promissis steterit,
vtriusque honori consulet. Denique in omnem euentum ego à ciuibus meis laudabor
honoraborq;, aut probatus cum desiderio deplorabor, cùm vobis neutrum continget, qui
ciues necessarioſq; omnes ignauo mortis terrore (quæ tamẽ pressis vestigiis, omnes vbiq;
semper homines subsequitur) deseritis, idq; pessimo ciuibus relicto exẽplo, ac si Principis
sui verbis promissisq; nulla ratione fidere deberet, cũ hoc modo reuerentiã ac amorem
quẽ inter bello cõsumptos ciues nostros ac principẽ, omni arte alere, ac ad maturitatem
perducere deberemus, planè extinguitis, principi occasionẽ eripiẽtes vt ex vestro euentu
populus discat, quid ab eo sperare debeat. Quare potiùs in patria vitæ fortunarumq; fine
periclitabor, quã sub fastosis superbisq; Anglorũ alis tectus, exiguũ vitæ tẽpus, muliebri
timiditate trãsigere. Nocui, fateor, nobilibus imò & ignobilibus, sed id belli potius vitio,
quã naturæ acerbitati asscribi debet. Multa enim præter Ducũ voluntatẽ, ciuili præsertim bello miles cõmittere solet. Sed nõ conqueretur de mea insolẽtia Ghistellanus, cum
eius vxorẽ, cum præcipuis Brugẽsis ditionis nobilibus matronis Dammi in potestate haberẽ. Quæ mihi cũ Harsellijs similibusq; priuatæ sunt inimicitiæ dignitatis conseruandę
causa susceptę, contemno, patriamq; ea de causa deserere imbecillis paruiq; animi indiciũ
esse censeo. Rationes tuas (inquit Sylvius) è magno animo profectas nõ improbo, sed mea
longè alia quam tua est conditio, quippe qui Ioannis Hionis clients ab ipso belli exordio
acerrimum me Comitis nobilitatisq; hostium ducem sum professus. Tu post Artevillæ
mortem inter Præfectos primum es notus. Proinde nunquam vitam meam Gisberto
Matthiæ eiusque fratribus propinquisque fidere potero, qui Gandauum redeuntes animum ira, odioque furentem cæde cruoreque inimicorum sedare conabuntur, nisi propriæ vitæ proditor desertorq; ab omnibus haberi velim. Adhæc necessarij Gisberti Gruteri, ac Simonis Betę, quos Artevilla ac ego in ipso confodimus Senatu, quis dubitat conniuente Audace annixuros, nostro vt cruore, sanguini illorum parentet. Post hos sermones vale vtrinq; dicto, Sylvius, Vuinterus, Vuincius, ac pleriq; alij Burseriũ secuti Gádauũ
relinquũt, non mediocri exportato auri argẽtique pondere è prædis collecto, fideq; publica ab Audace impetrata deducti sunt Duce Ioãne Heila à ducẽtis armatis ciuibus sine
detrimento Caletũ, indeq; in Angliam traiicientes Sylvius à Rege Richardo opera Ducis Lancanstræ, annuam pensionem Londini obtinuit è vectigalibus, quæ externi mercatores, lanam in insula ementes, soluere Regi coguntur. Posthæc Audax ad præmia conferenda cõuersus Euertuinum nautarum, Ertburium Præfectura inferiorum operarum
ornat, Gisberto Matthiæ cum suis præterito. Non ita dudum Sylvius Londini egerat,
cùm ei mors Agricolæ, vt prædixerat, violenta nuntiatur. Nam cùm solus sine armis

Universidad de Deusto
Biblioteca

(prohibuerat enim Audax, nequis præter nobiles, ac qui iter faciunt, cum armis incederet) extra vrbis mœnia deambularet, Gallodinus filius Harfellij nothus clàm à tergo accedens, capiti læthale vulnus inflixit. Circiter Idus Ianuarij anni 1386. Audax cum vxore Gandauum proficiscitur: excipitur omnium Ordinum non minore lętitia quàm honore: necessariisq; rebus compositis, Sluzam ad opera inspicienda, atque inde Cortracum petit, vbi ad Lisam, quemadmodum & Audenardæ ad Scaldim contra Gandenśium rebelliones, ædificari arces iussit. Iperas muro in hunc vsque diem cespititio cõtentas, lateritio cingit, suburbiisq; (quæ eo tempore amplæ à frequenti populo habitabantur) dirutis, populum in Occidẽtalibus Flandriæ pagis migrare iussit, quos ex eo tempore mirum in modum, vt nunc apparet, auxẽre. Neuportum quoque extructa arce muro lateritio muniuit, quemadmodum & Veurnam, Bergas, Borborgum, Dixmudæ portas tantùm ex latere cocto ædificari iussit. Reliquæ cùm cespititium tantummodo vallum habuissent, ciuili hoc bello delecta in pagi formam fuêre redacta, quemadmodum in hunc vsque diem multis videre licẽt Flandriæ oppidis. Insulis Prouinciale Flandrorum concilium, vbi à sententia sui magistratus tanquam iniqua, ad Principem superioremq; Iudicem, vt litem ex æquo & bono finiat, prouocaretur, instituit. Sed cùm Flandricè loquens Flandria domesticis iudiciis contenta, nunquam Insulas (quòd Gallica lingua exercerent iudicia) appellarent, concilium negotiis litibusque destitutum euanuit, manentibus tamen in hunc vsque diem Insulis acceptorum expensorumq; Flandrię Comitis quæstoribus, quod Barbarè Cameram computorum vocant. Atqui hac ratione ex voto Flandriæ statu constituto Audax à Rege Anglico præfectus bello tantam nauiũ multitudinem Sluzis ac Nortmanniæ portubus cogebat, vt nullius superioris ætatis Regis apparatus, cum eo æquari potuerit, adeò vt non solùm Gandenses, ac eorum confœderati, ob Agricolæ inexpectatam necem principi non satis fidendum arbitrantes, vererentur ne terra aquaq; obsiderentur, sed etiam Portugalliæ Angliæq; Reges, tanti apparatus vim suspectam haberent. Stabant enim Sluzæ in anchoris (in huius enim portus canalem, è tota Gallia, exceptis Britonibus, conuenerant naues) mille, ducentæ, octoginta septem omnis generis naues, procul malorum multitudine in mari syluæ speciem præbentes, magno sumptu ab Audace conductæ ex vniuersis Franciæ, Flandriæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ, ac Ostlandiæ maritimis oris: Flandri, Atrebatenses, Picardi ac Nortmanni, panem nauticum coquebant, carnes salsas, fumo induratas, eiusdemq; generis pisces, vinum, ceruisiam, cæpe, allia, cæteraq; nautici commeatus genera, Sluzam aduehebant, nouum immensumque vectigal, à Francorum populis exigitur, quod læti contribuunt, sperantes iniurias q; cladesque ab Anglis illatas, hac expeditione se vlturos. Verùm omnis apparatus in speciem tantùm ab Audace parabatur, quod Regi ob ætatis immaturitatem aperire consultum non erat. Primùm quo Regius fiscus, longo continuoq; bello exhaustus, hac ratione immenso auri pondere, sine tumultu repleretur. Deinde vt Gandenses cæteriq; rebelles, conspecta Regis potentia, Audaciśque penes eum authoritate in officio cõtinerentur. Tam etiam quo Anglis demonstraret, quæ quantæque è postremis cladibus vires Francis remansissent si his in vnum collatis bellum Flandris iuncti ipsis inferendum statuissent. Sed præcipua causa erat, vt Lancastræ Ducem instructa classe in Portugalliam (olim Lusitaniæ pars) tendentem domi retineret. Proficiscebatur enim cum electo milite in Hispaniam, quo Hendricum Castellæ Regem Portugallensium hostem, regno pelleret, vxoriq; suæ Constantiæ hæreditatem (quod Petri Regis Castellæ filio esset legitima) aditet. Verùm quo hæc Lector melius intelligat, necesse est Castellanorum Regum historiam ab anno 1365. repetitam ob oculos ei ponere. Alfonsus Castellæ Rex huius nominis vndecimus, numero trigesimus secundus moriens, reliquit Petrum ac Alfonsum legitimo thoro susceptos, ex illegitimo verò, Hendricum, Teilleum, ac Sanctium. Petrus omnium natu maximus patri in regno succedit vir crudelis, sæuus, contumax, sanguinarius, iracundus, impius, subditos sacri profaniq; ordinis, nobiles pariter ac ignobiles graui premens tyrannide, qua de causa non solùm subiectorum contra se odia, sed etiam multorum Christianorum Principum inimicitias concitauit, imprimis cùm vxorem Blancam filiam Petri Ducis Borboniæ castam pudicamque feminam in gratiam concubinæ Pallidæ, ac Alfonsum fratrem germanum, matremque fratrum illegitimorum, nulla de causa interfici iussisset,

1386.

iis data

is data oportunitate non parsurus, si vitę suę institutum displicere intellexisset, quod iam antea non paucos sacri profanique Ordinis Proceres ea sola de causa è medio sustulisset, infestissimum se professus hostem omnium qui virtutem sectabantur. Minas admonitionesq; homo conflidens Regum, Principum, ac summorum Pontificum ridebat contemnebatq;, fretus amicitia ac confœderatione vicinorum Mahumeticorum Regum. Quapropter Pontifex Vrbanus, diu multumq; à Castellæ ordinibus rogatus, ac de scelestibus impietatęque hominis fatis superque instructus, quum indignũ iudicasset qui Christiano populo leges daret, iuridica citatum via, nec, vt erat animo contumaci, comparentem, Ecclesiasticis censuris fulminibusq; oneratum lata sentia proscribit, subditisq; à sacramento ei præstito liberatis, creandi noui Regis potestatẽ facit. Castellani à sacramento liberi anno 1366. eo amoto, Regem coronant Hendricum, fratrem eius illegitimo thoro susceptum natu maximum, virum indolis probatæ, prudentem ac strenuum, qui opera Audacis amicitiæ fœdus cum Carolo quinto Francorum Rege init, adiutusque octo Francorum veteranorum peditum millibus Duce Bertrando Nicolaolo nobili Britone, ac transeuntibus ipso pugnæ momento Hispanis, fratrem Petrum viginti Saracenorum millibus, pauciq; Hispanis stipatum acie superat, vniuersaque pellens Castella, cogit ad implorandum auxilium in Pictauos ad Eduardum Anglorũ Regis Eduardi tertij filium natu maximum fugere, quem quòd pacem cum Francis fecisset, magnis promissis ad opem sibi ferendam, pellẽdumque Hendricũ inducit, relictis ei tribus filiabus, donec fidem in persoluendis belli sumptibus liberasset, obsidibus. Rex Hendricus de fratris Anglorumque fœdere ac apparatu certior factus, legatos ad Franciæ Regem auxilium pecuniam mittit, docens quàm eius interfit, ne Castellæ regno frater Petrus Anglorum beneficio potiatur, secretioribus mandatis iniungens legatis, Audacem propter singularem viri prudentiam, ac apud regem authoritatem, imprimis omni cura diligentiaque concilient. Rex Carolus ac Audax Castellanos Hendrico Notho fudere intelligentes, cum eo amicitiæ fœdus renouant, sua non interesse censentes legitimo an illegitimo Rex Hispaniarum natus foret thoro, sed plurimum ne bellicosæ nationis vires Anglis iungerentur. Proinde si Francorũ auxilio Hendricus Castellæ regno potiretur, non dubitabant eum cum fuere sloribus, immensi beneficij vinculo deuinctum in Francorum amicitia permansurum, submissurumque hoc tempore auxiliarem cõtra Roschellam classem, cum terra eam essent oppugnaturi, quod paulò post, pulsis Roschella Anglis, auxilio imprimis Castellanæ classis factum est. Fœderis igitur tabulis vtrinque rite consignatis, Rex Carolus Bertrandũ Guesclinũ iusto peditum equitumq; numero instructũ, ad Regem Hendricũ mittit. Interea Eduardus Vualliæ Princeps veterano instructus Anglorum exercitu, comitante Rege Petro, ex Aquitania in Hispaniam proficiscitur, cui rex Hendricus inter Noiaram, & Nauarretam anno 1366. secundo nonas Aprilis (vbi flumen Iberus veterem Castellam à Nauarra separat) Hispanorum, Francorumque copiis obuiam factus prœlium committit, ac post longam cruentamq; pugnam superatus, fuga sibi consulere cogitur, desideratis circiter octodecim virorum millibus, ac Guelelino Francorum Duce inter alios ab Anglis capto. Castellani Martis iudicium secuti portas regi Petro supplices aperiunt, qui multo quàm antea truculentior, interficiendi proscribendiq; finem nullum faciebat. Vualliæ Princeps cum paucis vitam obtinuisset, Regis Petri statu confirmato, cum exercitu in Franciam reuertitur, alienato planè ab eo animo, quod defossum Hendrico fratri aurum ab Hispanis proditum conquerens se in præsentiarum belli sumptus non posse Anglis restituere diceret. Rex Hendricus post aduersam pugnam ad Arragones fugerat, adiutusque nouo Francorum, Arragonum ac Castellanorum auxilio, bellum reparabat, quo Rex Petrus interfecto, Vualliæq; Principis frustra implorato auxilio, coactis quadraginta Hispanorum, ac viginti Saracenorum millibus, tertio nonas Augusti anno 1368. iterum cum fratre cõperatur, ac inter nobiles, ignobilesque captiuos vnus, à nobili Hispano cui vitam concesserat, in proximi villici casa abditur, vbi fortuito casu Rex Hendricus superueniens, postea quam multa vltro citroque contumelicse essent locuti, ira, odioque accensi inuicem inuolant, quumque aliquandiu luctati, Hendricus petius haberet, inexpectato viri nobilis aduentu adiutus, fratrem Petrum pugione, quo is erat cinctus confodit; quo ex tempore

Universidad de Deusto
Biblioteca

pemine negotium facessente sceptro Regis Hendrici paruêre, Castella, Galicia, Seuilla, Corduba, Toletum, Leon, quæ ea prudẽtia in pace donec vineret rexit, vt merito dubites maiori ne cum benevolentia, an Petrum odio sint prosecuti. Reliquit Rex Petrus è priore vxore Isabella sorore Ferdinandi Regis Portugalliæ (qui hoc tempore regnabat) duas tãtum filias, cùm tertia Beatrix nomine natu maxima Baionæ in Aquitania obsessa diem clausisset. Constantia secundo natu nupsit anno 1371. Ioanni Lancastræ Duci, Eduardi tertij Anglorum Regis filio quarto, priore eius vxore mortua, ac paulò post Isabella, Petri altera filia vxor fit Aidmundi dicti Regis Eduardi filio quinto. Quamobrem veritus Rex Hendricus ne aliquando Angli Proceres, Castellæ Regnum vxoris iure sibi debitum, armis repetendum iudicarẽt, missis in Galliam legatis veteris fœderis renouationem opera Audacis impetrat. Sed cùm Angli Principes eo regnante, Francico semper implicati bello excursionibus magis quàm bello, eum ex Aquitania lacessirẽt, parvis eos aliquot prælijs ita repressit, vt deinceps dum vixit, Hispaniæ finibus abstinerent, paceq; regno procurata cõfirmataque, anno 1379. mense Maio moritur, relicto filio Ioanne, quem cum vxore Leonora Arragoniæ Regis filia, Ferdinandus Portugalliæ Rex Castellæ Regem coronatum intelligens, indicto bello Anglicos Principes fororis filiarum maritos, ad recuperandum se adiutore Castellę regnum vxoribus debitum euocat, qui cùm post longam deliberationem, confisi Portugallẽsium auxilio proficiscendũ statuissent, Aidmundus anno 1381. cum tribus equitum millibus præcedit, fratre Lancastro, qui iusto cum exercitu subsecuturus erat, classem instruente. Sed Audax missis in Scotiam militaribus copijs, Lancastrum domestico irretitum bello propositum tenere non est passus. Quapropter Portugallus imparem se existimans Regi Ioanni, cum magnis Castellanorum copijs, ac sex Francorum equitum millibus in aciem prodeũti, dimissa neptium ex sorore infœlici causa, cum eo pacem, medio inter duo castra campo, reclamanteq; Aidmundo facit, qui exinde de pellendo Ioanne desperans, cum omnibus Anglis domum reuertitur. Sequenti anno moritur Leonora vxor Regis Ioãnis, ducitque paulò post Beatricem filiam ac hæredem vnicam dicti Ferdinãdi Regis Portugalliæ, qua affinitate non solum noua pax stabilitur, sed Portugallia cæteris Hispaniæ regnis vniri videbatur. Verum Rege Ferdinando non diu post filiæ nuptias moriente, Portugalliæ populus ac præcipuè Vlissibonenses, dominationem vicinorum non ferẽtes, quod natio arrogans sit ac imperiosa, Regem sibi eligunt Ioannem (male Frossardus Dionysium vocat) dicti Regis Ferdinandi filium, illegitimo thoro natum, ordinisq; D. Iacobi Compostellani equitem, Hypodiaconũ, à Pontifice Vrbano vinculo solutũ. Duas huius facti adferebant Portugalli causas: Primo, quod non minus ipsis quam Castellanis libertas eligendi regis, cuiuscunq; conditionis, permitti deberet: Deinde quod Beatrix regis Ioannis vxor, præter legitimi matrimonij ordinem nata esset, quum pater Ferdinandus amore matris eius correptus, promissis muneribusq; effecisset, vt relicto marito equestris ordinis viro, matrimonium contra Christianæ legis decreta secum iniret, è quo Beatricem marito viuẽte fuscepit, coactusq; insuper sit (Regis libidini, iurique maritali cedere nolens) è Portugallia in Castellam fugere, vbi eodem quo Rex Ferdinandus anno mensęq; è viuis excessit, adeò vt Beatricis mater vno eodemque mense vidua duobus orbata maritis nõ sine Christianæ puritatis offensione, nasutorumq; hominum risu conspiceretur. Rex Ioannes, ne vi ac effictis calumnijs hereditario vxoris priuaretur Regno, magno exercitu coacto, Vlissibonam vbi nouus Rex fortunam tentaturus vires omnes contulerat, anno 1384. obsidione cingit, sperans se breui vrbem cum Rege in potestatem redacturum, quod à maxima nobilitatis parte desertus, solo ferme populi auxilio niteretur. Sed quod Vlissibonenses mari satis liberè vterẽtur, obsidio vltra annum est tracta, tum comparata à Castellanis classe, Vlissibonenses in vrbem compulsi rebus suis timere cœperunt. Quare Rex se breui rerum inopia cum vrbe in hostium manus venturum conspiciẽs, suorum consilio nobiles duos in Angliam legatos ad Regem, eiusque patruos mittit, suppetias, ac Lancastræ Ducis filiam, primis nuptijs natam vxorem petens, pollicitus se ei auxilio futurum, cùm Castellæ regnum vxoris suæ hæreditatem repetere statuisset: quę Castellanorum Regi nuntiata, statim ad Arragoniæ, Franciæque confœderatos Reges mittit, ac auxilium iusta in causa petit, imprimis verò vt Audacem concilient imperat, quod non solum patrem Hendricum extremis necessitatibus

cessitatibus consilio ac re cuncti ssimè semper iuuisset, sed Carolo sexto Rege sub tutoribus agente, propter prudentiam, summamque constantiam, ac quæ ex his nascitur solidam authoritatem, Francorum facilè Procerum Princeps esset habitus. Audax legatis auditis, bono sint animo iubet, non minus Regis Ioannis, quàm patris eius Hendrici res curæ sibi futuras pollicetur. Exin Regi Carolo antiquum patris cum Castellæ Regibus fœdus, sorrem, fidelemque eorum operam in recuperanda Rochella ac vniuersa Aquitania exponit. Sed cùm propter Anglicum bellum veteranos sacramento adactos, in Hispaniam mittere nollent, omnibus qui nomina non dederant, proficiscendi Rex potestatem facit. Cumq; longinqua militia non æquè omnibus cordi esset, proficiscerenturq; pro apparatu qui in Anglia à Lancastro instituebatur, pauciores, Audax evulgata Anglicæ expeditionis falsa fama, Lancastrum ab Hispanica profectione deterrere conabatur, cùm tamen in abdito cordis recessu statuisset, adolescentis Regis Caroli vitam statumque fortunæ instabilitati non committere, præsertim cùm ea Anglos læto adhuc vultu prosequeretur. Vt verò Ioannis Castellæ Regis animum confirmaret, Riæ dominum ducentis præfectum Burgundis equitibus in Hispaniam præmittit. In Scotiam verò Ioannem Viennensem armatum mille equitibus, ac tribus peditum millibus trajicere iubet, qui Schotis coniunctus tam infestis populationibus Anglos vexauit, vt Lancaster fero ad liberandam obsidione Vlissibonem cum classe veniret, nisi propitij iis superi, soluendæ obsidionis occasionem dedissent. Reliquerat Castellæ Rex in oppido Santarenno haud procul Vlissibonę trecentos Britones ac Gasconos in præsidio, è quibus oppidani, quòd furtis, stupris, pulsationibusque grassarentur, sexaginta occiderant, reliquos oppido ejecerant. Castellæ Rex timens ne ad vetera Portugallensium iura redirent, eaq; de causa à tergo commeatu intercluderetur, cùm se frustra diu Vlissibonam obsidere, milites profluuio ventris magno numero interire, ac Lancastri indies classem expectari animaduerteret, dimissa Vlissibona, Santarenium proficiscitur, causaque tumultus intellecta, vernaque ciuibus data, Francos, relictis in oppido Hispanis, abducit. Ioannes Portugalliæ Rex obsidione præter opinionem liberatus, quatuor circiter ac viginti virorum millia vrbe eduxit, hisq; quingentos Anglos equites veteranos, bellandi studio ex Aquitania in Portugalliam profectos iungit, ac castra haud procul hostibus locatis, cùm inexpectato eos aduentu attonitos reddidisset, ad pugnam tamen sese promptè expedire conspicit. Portugallensium castra erant in pago Iuberotho, vbi haud procul templo, Anglorum consilio, ita aciem instruxerant, vt ab vtroque latere fossis, arboribus, aliisque impedimentis munirentur, ibique ballistarios, sagittariosq; omnes collocarant, in fronte Angli equites dimissis equis cum Portugallis stabant, ingressum regiæ viæ, quæ vix denos milites in fronte admittebat, custodientes. Castellæ Rex circiter octoginta hominum milia in castris habebat, confisusque virtuti Francorum, eorum consilio hostium munitiones adoriri statuit, sesso Reinero Limosio castrorum præfecto, cum Francis, Burgundis, Britonibus, ac Gasconibus prima acie: alteram Rex ipse Hispanorum cinctus iuuentute ducebat. Francei hostium munitiones postridie Idus Augusti anno 1385. aggressi, atrocem cum Anglis pugnam ineunt, sed quod studio cedentes inexplorato loco feruentius insequerentur, ab vtroque latere sagittis obruti, nec minus atrociter à fronte impugnati oppressique, cum Reinero Limosio, ac Riæ domino interficiuntur, captiuis eodem momento ad vnum interfectis, quod Regis Castellæ aciem pleno passu accedentem, nouam instare pugnam Angli iudicarent. Rex enim Ioannes, nobilesque Castellani stratagematis hostium, cadonec Burgos peruenisset, fugam non intermittente, desideratis circiter viginti tribus hominum millibus, quæ victoria Portugalliæ Regi, cùm Vlissibonam magna cum pompa multisque spolijs intrasset, adeò omnium animos conciliauit, vt neglectis maternis natalibus, nobiles ei omnes qui ab initio defciuerant, sacramentum dicerent, vitam, fortunasq; contra hostes vouerent. Ipse omnibus in gratiam receptis, ac singulos blandè alloquutus, præteritorum oblitionem pollicetur. Post hæc nouem inter se mensium induciæ Reges pangunt, quæ Cal. Maij anno 1386. finirentur, interea hic in Angliam, ille in Franciam auxilij petendi causa legatos mittit. Lancaster fortuna Portugallensium animo elatus, à Rege Richardo ac Angliæ Ordinibus mille quingentos equites, ac tria ballista-

Universidad de Deusto
Biblioteca

riorum peditum millia è Regis fisco in sex menses soluta impetrat, quibus cum tria equitum, ac decem peditum millia, ex amicis, clientibusque coacta adiunxisset, ducentis onerariis, pauciscque triremibus, ac octodecim magnis Portugallensium onerariis exercitu imposito, cum vxore Constantia, liberisque ex ea susceptis classem soluit, eius animi vt Castellæ regnum suis vendicet, aut in conatu emoriatur. Insigni hac classe prospera nauigatione vsus, portum ciuitatis Corunnæ in Galicia inuadit. Sed cùm paucis ante diebus eo ab Audace tria equitum millia, quæ Rosehellæ naues conscenderant, missa intrassent, relicto oppido frustra per mensem sæpius oppugnato, ac trecentis pabulatoribus leui in pugna amissis, Compostellam D. Iacobi Apostoli prodigijs celebrem occupat. Præfectus Francorum, cùm sciret Anglos agrorum vastationibus pugnam quæsituros, instructus ab Audace, Regi consulit, edicto proposito rusticis ad certum diem fortunas omnes in oppida conferre iubeat, tum quod relictum fuerit, militibus in prædam donet, ne Angli commeatum reperiant, quod cùm rex fecisset, atque elapso qui constitutus erat die, non satis diligenter omnes paruissent, Francis reliqua in prædam concedit, qui multo quàm agrestes diligentius Regis mandato satisfecerunt. Angli verò longè lateque non sine periculo pabulatum iusto cum præsidio ire cogebantur. Lancaster Compostellæ sedens castrorum Præfecto (Franci Marscalcum vocant) cum exercitu Galiciæ ciuitates tentare iubet, qui partim vi, partim metu in potestatem redegit Rianſam, Villafrancium, Ponteuerdam, Vigam, Bajonam, Montfortum, Ribadauiam, Nojam, Braganſam, Oranſum. Dum hæc in Hispania geruntur, Gallica classis Sluzæ rebus omnibus instructa, in anchoris stabat. Rex Carolus vniuersa Galliæ nobilitate, ac magna militum multitudine comitatus, omnes Flandriæ ciuitates, excepto Gandauo, milite repleuerat. Ab altera parte Angli in armis erant, Portus, ciuitatesque maritimas, iustis præsidiis munierant. Sed cùm Audax tanto apparatu Lancastri in Hispaniam profectionem tardare, impedire vero non potuisset, cæteriscque in rebus consilij propositum tenuisset, scriptis ad fratrem Biturigum Ducem literis, petit profectionem, brumalis solstitij propinquitatem causatus dissuadeat, se qui auctor, concitator, ac præfectus Classis foret, saluo honore facere non posse. Biturix quod instante mense Decembri non sine periculo classem soluere possent, haud difficulter penes Regis concilium euincit, vt expeditio in proximum ver anni 1387. differatur. Quare magno cum tumultu Rex Flandriam relinquens, exercitum, classemque ingenti Anglorum gaudio, risuque dimittit. Remanserant Sluzæ quindecim onerariæ ingentes Audacis sumptu instructæ, oræque Flandrorum maritimæ præsidio futuræ, præratæque eis Iacobus quidam Boc vir plebeus, sed qui in re nauali secundum non habebat. Ex eis sex præsidio mercatorum aliquot nauibus Roschellam petentibus profici scuntur, quas redeuntes Arondellæ Comes, Anglorum maris Præfectus inuadit, duplicique bellicarum nauium, ac virorum numero Boccum superàs, post quatuor horarum acerrimam pugnã, maxima nauium parte expugnata, cum hominibus mercibusque captum Boccum Londinum ducit, vbi anno captiuitatis quarto, carceris tædio interiit, frustra Audace pro viri strennui libertate satagente, ac Regis Portugalliæ fratrem, aut decem aureorum liliorum millia, pro eius redemptione offerente. Audax Lancastrum Hispania, nisi iusto bello expelli non posse videns, consilio fratri Ioanni communicato, Duci Borboniæ Regis Caroli Auunculo prouinciam vt suscipiat persuadent, qui equitum peditumque non contemnẽdo coacto numero, mense Aprili anni 1387. Burgos præmittit Lignacum ac Passacum tribus cum equitum millibus, qui in munita Castellæ Galiciæque oppida, equites distribuentes, pugnam in Borbonij aduentum differebant. Bellabat interea Audacis artibus Rex Ioannes cum Anglis, vitanſque vniuersæ pugnæ discrimen, vastatis agris, exercitum illorum insequendo carpebat, leuibusque præliis vexabat. Sciebat enim Lancastrum secunda pugna Castellæ regno potiri: aduersa, militum tandummodo aliquot millibus iacturam facere posse. Atis Audacis se consiliis artibusque in Hispania quoque peti animaduertens, ac proinde maiore vi opus esse iudicans, Portugalliæ Regem cum exercitu accersit, simulque profecti Castellanorum agros omni bellica clade peruastant, frustra eos hac iniuria ad pugnam irritantes. Tandem inopia coacti quod ad inculta, aut paulò antè corrupta peruenissent, copias diuidere pauloque post discedere coguntur. Cùm enim præter campos thymo aliisque odoriferis fruticibus arbustisque plenos, paucos secundum flumina

mina herbosos reperirent, pagi pecore ac frumento spoliati essent, agrestes in oppida fugissent, homines equique fame macieque cõfecti ex omnibus quæ fors offerebat, victum quærebant. Quare solutis ventribus alui profluuio acutisque febribus correpti, magno numero interibant, adeò vt Portugalli domum, Angli Compostellam reuerterentur, vbi Lancaster exercitu lustrato, vix è quatuordecim bellatorum millibus, quatuor superesse sana repperit. Ipse tandem grauissimo quoque implicatus morbo, exercitu exauthorato, qua possint via domum reuertantur concedit. Ioannes Holantus Lancastri legatus à Castellanorum Rege per legatum petit, vti cum Anglis per eius regnum sine iniuria in Aquitaniam proficisci sibi liceat: quod non solùm liberaliter Rex concessit, sed eandem libertatem ab Arragoniæ, Nauarræ, Franciæque Regibus ei impetrauit. Verùm Anglica corpora Castellæ delitiis, cibo, aëriscque mutationi non assueta, pro maiori parte interiere, pauci cum Holanto Bajonam Aquitaniæ vrbem salui peruenere. Castellæ Rex præliis inferior, bello autem superior, Lancastri discessum sollicitè expectabat, veritus ne Compostellæ cum vxore, liberis, ac plerisque adhuc militibus manens, nouo ex Anglia, Galliaque conscripto exercitu, bellum auxilio Portugallensium restauraret: & certe fecisset, niti dolore animi corporis morbus auctus, imperare sibi ipsi esset coactus, fremens frendensque tantos apparatus irrito successu, fortunam destituisse. Ne tamen de rebus Hispanicis desperare videretur, Portugalliæ Regi ne exercitum dimitteret antequam Borbonius cum Francis discessisset, persuaserat. Cùm enim octo Francorum equitum millia haberet, si his peditem Hispanum Rex Castellæ iunxisset, dissipato Anglorum exercitu, non immerito sibi Portugalliæque timere videbatur. Sed Castellæ Rex bellum diuino fauore confectum videns, Borbonio munenibus delinito, in Franciam redire persuaserat, maiorem regni vastationem veritus, si Franci prædæ cupiditate, hostili meru liberi inter se coniurassent. Ita enim natura comparatum est, vt externorum auxilia exigente necessitate sint grata, contra molesta ac suspecta. Discedente Borbonio, Franci milites cõtineri non potuere, quin ex itinere oppidum Bahalonum expugnatum diriperent, interfectisque incolis incenderent. Lancaster cõfiderans inuitis se superis Castellanos oppugnare, rebus omnibus in naues impositis, cum vxore ac liberis classem soluens, relicta Galicia, Portugalliam petit, indeque mense Octobri Regijs triremibus vectus, Baionam, quæ est apud Aquitanos, appellit, vnde paucos ante dies Ioannes Holantus in Angliam, Hispanicæ infœlicis expeditionis nuntius traiecerat. Post hæc filius, nepotesque Hendrici Nothi Castellæ cæteriſque Hispaniæ regnis sine controuersia potiuntur, cõfirmaturque eorum regnum, postquam Hendricus huius Regis Ioannis filius natu maximus mense Aprili anno 1389. in vxorem duxisset Catharinam filiam Lancastri natu maximam è Constantia natam, quibus nuptiis (sopita de Castellæ regno cõtrouersia) Lancaster est adeptus, quod vi conatus nunquam potuerat, filiam (cùm è Constantia filium non suscepisset) Castellæ Reginam conspiciens. Ioannes Ferdinandi Portugalliæ Regis filius Nothus, suscepit è Lancastri filia priore matrimonio nata, vtriusque sexus liberos, quorum mascula proles in annum vsque 1579. bello paceque non solum apud Lusitanos, sed incognitas etiam antea Asiæ Africæque nationes summa cum laude præfuit. Apud Castellanos Hendrici Nothi soboles cum in filiam desiisset, quæ Arragoniæ Regi Ferdinando matrimonio iuncta fuit, tandem quoque filiam Ioannam regnorum omnium hæredem reliquit, quæ Philippo Austriaco, Cæsaris Maximiliani primi filio, Belgarũ Principi nupta, cùm vtriusque sexus liberos peperisset, mascula progenies in hodiernum vsque diem anni 1582. non solum vniuersæ Hispaniæ, sed etiam Regno Siciliæ, Sardiniæ, Neapolis, Indiæ Orientali, ac Occidentali, Insubribus, ac Belgis potentissimè imperat. Atqui hac ratione Audax vori in Hispania compos effectus, non vulgariter lætabatur, animo reputãs curarum molem, pericula, sumptus, clades, ac irritos conatus complures, antequam eo peruenisset. Exinde pacem Britonum Duci à Rege Carolo impetrat, eo Blosij, indeque Parisiis ad Regem perducto, pollicenteque se Magistro equitum Clissonio castella quæ occuparat, ac aurum quod extorserat restituturum, renunciaturumque Anglico fœderi. Quibus omnibus fœlici successu peractis, cùm se totum ad Anglicum bellum conuerteret, Guilielmus Geldriæ Dux, fœdere cum his inito, Regi Carolo, ac Ioannæ Duci Brabantiæ, bellum superbis missis literis indicit. Franciæ Audax, cognitis superbi Ducis infirmis viribus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nil timebat: Brabantiæ ob has causas vim fieri nolebat. Ioannes huius nominis Brabantiæ Dux tertius, suscepit ex vxore sex vtriusque sexus liberos, Ioannem, Hendricum, Eduardum, Ioannam, Margaretam, Mariam. Filij tres patrem, legitimis non relictis liberis, morte præcedunt, Ioanna filiarum natu maxima nupta Vuenceslao Duci Lutzenburgensi, Duces quoque fiût Brabantiæ, ac Limburgi: Margaretam ducit Lodouicus Malanus Flandriæ Comes, generantque filiam Margaretam Audacis vxorem: Maria iungitur Reinoldo Geldriæ Duci, sed nullis susceptis liberis, moritur anno 1398. sepeliturq; Bruxellæ apud Franciscanos. Vuenceslaus Brabantiæ, Limburgi, ac Lutzenburgi Dux, nullis e Ioanna relictis liberis moritur, quę cum hoc tempore fœcunditatis annos excessisset, Margaretæ Audacis vxori eiusq; liberis, post materteræ Ioannæ mortem Brabantia ac Limburgum iure propinquitatis debebantur. Quare cum Dux Ioanna timore Anglorum, ab eo Regeq; auxilium petiisset, suum esse bellum Audax iudicans, ei Guilielmum Trimolium, sexcentis Burgundis equitibus præfectum mittit, maiora promittēs auxilia, si Geldrus ab iniuria non desitisset. Sed quum Albertus Bauarus Hollandiæ Comes frustra dissidium componere esset conatus, natum ē veteri controuersia oppidi Grauæ ditionis Cucæ, Castellorum, Gangellum, Milla, ac Vuhtum, Geldrum in ordinem cogere statuit. Tria hæc Castella ante aliquot annos oppignorauerat Hensbergæ Regulus, liberorum Dominus Eduardo Duci Geldrię, acceptis viginti quatuor millibus veterum scutorum, qui paulò post inopia pecuniæ ius suum transtulit in Ioānem Meursij Comitem, acceptis triginta quinque millibus veterum scutorum, is postremo actionem omnem, bello finitimorum vexatus, ac proinde pecunia indigus vendidit dicto Vuenceslao Lutzenburgi ac Brabantiæ Duci, consensu filij sui natu maximi, ac postremam pecuniæ summam à Vuenceslao accipiente. Controuersia oppidi Grauæ ac ditionis Cucæ hoc modo se habet. Tempore Ioannis tertij Brabantiæ Ducis anno 1323. Dominus Grauæ ac Cucæ erat Otto Heruelius, qui pecuniæ inopia, dicto Duci Ioanni vendidit supremum oppidi Grauæ imperium, seruatis annuis censibus, omnibusq; emolumentis, tantum se Ducis Brabantiæ clientem ac beneficiarium professus. Moriens liberis nō genitis, hæreditatem Grauæ adiit cognatus eius Ioannes Cucius, Duciq́ue Vuenceslao, vt Otto Ioanni, beneficiarium præstat iusiurandum. Hoc diem supremum obeunte, filius Ioannes vt pater à Vuenceslao Grauam accipit, sed cùm non diu superuixisset nullis procreatis liberis, Ioannes Cucius filius Hendrici Cucij proximum se hæredem asserens, à patruo Ioanne Vuemaro Cucio excluditur, qui Vuenceslao mortuo à Ioanna eius vidua Grauæ beneficium accipit. Sed antequam iusiurandum præstare posset, à Guilielmo Geldrorum Duce captus, Neomagi in carcere moritur, substituitq́ue Geldrus filium Vuemari Ioannem, data ei vxore filia illegitimo thoro nata, vt oppidum Geldriæ beneficium vi faceret, dicitq́ue Ioannes Guilielmo (contempta Brabantiæ Duce) beneficiarium sacramentum, insuperq́ue præsidium contra Brabantos admittens, ac tandem Grauæ possessione cedens, acceptis in Geldria eius nomine annuis aliis reditibus. Hæ odij, controuersiarumq; causæ inter Brabantos Geldrosq; hoc tempore fuere. Sciebat Dux Geldrus Ioannam ab hærede Audace adiutum iri, quare fœdus cum Anglis auxilium indies expectans pepigerat. Trimolius è Gangelo, Milla, ac Vuhto Geldros quotidianis excursionibus vexans, postridie Idus Nouemb. Stralam oppidum occupat, diripit, ac incendit, quinquagintaq; Anglos in præsidio reperţos, cum præfecto ad vnum vsque interficit, magnamque prædam ad præsidiaria castella, derelicta Strala abducit. Geldrus suæ gentis misso præsidio, restaurari
1388. munirique Stralam curat. Initio anni 1388. Ducis Ioannæ Ordinum ductores, ex vniuersa Brabantia non mediocri coacto exercitu, Geldrorum agros prædabantur, Grauamq; aliquoties frustra oppugnaram arctè obsidebant, ac pontem in flumine Mosa, ne ab ea parte commeatu iuuaretur ædificarant. Sed opere nondum perfecto, præsidiarij obscura nocte oppido egressi opus igne corrumpunt. Brabanti à Rauastainæ regulo haud procul Graua ad Mosam imperanti petunt, vt traductis decem Brabantorum millibus, Grauam trans ac cis Mosam premere liceat, dumq; re impetrata castrorum vigilias trans Mosam negligentiùs obeunt, Dux Guilielmus cum equitatu ex improuiso superueniens; ac securos inermesq; inuadens, occisis, ac in Mosa submersis circiter quatuor millibus, cæteros in fugam agit, quæ clades adeò Brabantos, cis Mosam oppidum prementes perturbauit,

bauit, vt nullius imperio parentes, armis, tormentis, tentoriis, commeatu relictis, vitæ tantum fuga consulerent. Oppidani de hostium clade ac perturbatione nihil adhuc sciebant, cosque relicta præda, oppido structis insidiis discessisse studio opinabantur, donec Dux Guilielmus septemdecim militaribus quans signis, multisq; nobilibus captiuis præ se actis, certus victoriæ aduenisset nuntius. Tum vndique ab omni sexu in hostium castra ad prædam discursum. Audax aduersæ accepto pugnæ nuntio, quod à Rege huic bello præfectus foret, quinquaginta hominum millia breui armat, perq; Lutzenburgēsium ac Arduennatum ditiones (ne tantæ multitudini florentissimam Brabantiæ partem prędæ exponeret) in Iuliacenses mouet, quorum Duci (huius Geldrię Ducis patri) Leodiensi, ac Coloniēsi Antistites à Rege, opera Audacis, ea conditione pacem impetrant, quòd promitteret se Regis in potestate futurum, ac nisi filium Guilielmum ad officium, satisfactionemque perduxisset, Regi oppida Ducatus Iuliacēsis omnia, Geldris oppugnandis se traditurum. Sed dum pater duobus comitatus Episcopis ad filium proficiscitur, stolidè ferocem animum flectere nullis rationibus potuit. Cum enim Regis potentiam, exercitusque magnitudinem ob oculos pater poneret, tāto, inquit, mihi meisq; victoria gloriosior quæ luctuosiorq; erit. Tandem patre Ducatus Iuliaci exhæredationem minitante, confiderans Anglico fœdere, nil præter magnifica se consecuturum promissa, patris arbitrio se suaque committit, à quo ad Regis tentorium perductus, supplex in genua procumbēs, de superba belli indictione, contumeliosisque scriptis dictisque se excusat, Anglicoque fœderi renuntians, pacificatore Audace, veniam pacemque impetrat, Regeque ei dexteram præbente, mensæ eius familiariter adhibetur. Deinde cum Brabantis pax concluditur: Habeto, seruatoque quod quisque tum obtinebat: Brabanto summum in Grauam » imperium manento, possessorque se eius beneficiarium, præstito iureiurando, profiteror: » captiui vtrinque gratis dimittuntor: belli vtraq; pars sumptus suos ferto. Mense Octobri » Rex eadem qua venerat via cum exercitu in Franciam reuertitur, ac cum eo Trimolius magna ditatus præda. Septimò Cal. Iulij anno 1389. inter Francos, Anglos, Scotos, Hi- 1389.
spanos, horumq; confœderatos triennales panguntur induciæ, Carolo Francorū Rege vi- 1390.
gesimum primum ætatis annum attingēte. Quare Audax ac Biturix tutelam deponunt, 1391.
eisque regnum quod in hunc vsque diem prudenter gubernarant restituunt, Audace in 1392.
Burgundiā, Ioanne ad Bituriges suos proficiscente. Regem belli cura liberatum (cùm aliquandiu Parisiis adolescentiā exercuisset) libido incessit, vniuersæ Galliæ vrbes, oppidaque peragrandi, principes, populos, linguas, moresque visendi ac noscendi. Patruo igitur certiore facto, Burgundiam petit, Audax in eius aduentum excita nobilitate cum filio Ioanne, Chastillonti ad Sequanam obuiam procedit, Regem cum fratre Lodouico, ac auunculo Borbonij Duce, Digeone vrbe Ducatus Burgundiæ primaria, summo cum apparatu, honore, ac lætitia excipit. Conuenerat enim huc nobilitas Burgundica, illustrissimis, speciosissimisque matronis non omissis: cumque dies decem vario lætitiæ genere absumpsissent, Rex ad Antipapam visendum, Auenionem contendit, iusso subsequi Audace, qui instructissimo comitatu cum fratre Biturigum Duce, Regem Villanoua ad Rhodanum insequitur, indeque vno comitatu Auenionem ad Clementem Antipapam perueniunt, octoq; diebus ecclesiastica hilaritate consumptis, Villanouam reuertuntur, vbi post paucos dies Rex iuuenum consilio, ac præcipuè fratris Lodouici (qui egrè ferebat senes patruos Regem Regnumq; gubernare) vtrumque patruum non satis honorifice dimittit, retento Borbonio, ac fratre Lodouico. Hæc prima fuit occasio immortalis dissidij in Audacem, ac Lodouicum Aurelianorum Ducem, germanum Regis fratrem, de quo mox plura scribemus. Biturix ac Audax, qui nam subiti indecorisque dimissionis auctores forent nil dubitantes, cùm clam biduo inter se communicassent, ac de tuenda dignitate hinc inde fidem dedissent, ad sua reuertuntur. Rex postquam inutissent Monpessulanos, Lugdunenses, Tholosates, ac alias pleraque vrbes, in Parisios citatis equis reuertitur, ac vtrumq; patruum denuò accersiri iubet, quāquam Lodouicus Aurelianus obliquis artibus, opera Creueceurij ac Magistri equitum Clissonij (qui adolescentia Regis fratrisq; eius vti abutique desiderabant) contra niteretur. Ea enim erat Biturigis Audacisque auctoritas, potentia amicorum, clientumque multitudo, vti Rex ipse non satis sui iuris haberetur. Cùm non ita pridem Clissonius, capitalis Britonum Ducis inimicus, eundum à

Regis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Regis amicitia alienasset, Audax iterum pacem procurat, ac quod inducıarum cum Anglis pactarum finis instaret, vti in pacem commutarentur satagebat, eoque eius ac Lancastri Ducis opera, res erat perducta, vt Angliæ Rex Ambiani patruos, ad Regem Carolum mitteret. Sed cùm de pacis conditionibus qui nominati fuerant, conuenire non possent, inducias in annum prolongant. Post hæc pax bis iam antea ab Audace inter Regem, Britonumque Ducem facta, occasione Clissonij, veteris Ducis hoste rumpitur. Cum enim circa Solis occasum Petrus Craonius grauiter Clissonium vulnerasset, in Britones clam aufugit. Hûc Rex iure in eum acturus à Duce reperebatur: ille alio diffugisse asseuerabat. Rex aliter persuasus, cùm Duci grauiter minatus nil se proficere videret, magno exercitu conscripto, in Britones tendit. Biturix ac Audax extremis ingenij viribus Regem ab expeditione deterruerant, sed Lodouicus Aurelianus, ciusque amici, Regi persuaserant Britonem contempto imperio Regiam læsisse maiestatem: patrui negarant, affirmantes controuersiam Craonij, Clissonij, ac Ducis priuatorum esse hominũ, quæ iuridica via finiri deberet, Regis tanti nõ interesse, vt ea de causa ante latã sententiam, bellum sit suscipiendum. Verendũ enim ne Angli veteris respectu fœderis, Britones defendẽdos suscipiant, ac proinde inducıæ spes proxima pacis, incomparabili Francorum damno violẽtur. Non enim temere singularium affectibus seruiendo, Franciæ plebem veteribus belli calamitatibus inuoluendam. At Rex à fratre persuasus, tum quod omnia ad bellum parata essent, patruis sequi iussis, cum triginta virorum millibus Britones petit. Sed ecce rem nouam, admirandamque. Rex qui in hunc vsque diem mediocri semper vsus fuerat valetudine, equo insidens, ac cum exercitu ciuitati Cœnomanorum, quam Franci Mans appellant, propinquus, cerebri membranulis, subito à flaua bile (iudicio medicorum) inflammatis repentino corripitur furore, equoq; calcaribus concitato, districto gladio obuios quosque sine iudicio notitiaq; inuadit, vulneratque vociferando: *Occidite proditores.* Frater eius Lodouicus (cui ante paucos dies Aurelianum loco Turonẽsium dederat Ducatum, ac proinde posthac Aurelianum vocabo) amanuenses que aliquot, in summo discrimine equorum velocitate periculo sunt erepti. Tandem confluentibus vndique nobilibus, à robusto nobili Normanno, qui medium erat complexus, equo abripitur, ac ad oppidum Creilium perducitur, dilabenteque exercitu, expeditio dimittitur. Post paucos dies cessante inflammatione, Rex mentem recipit, sed ex interuallo per omnem vitam cum magna valetudinis iactura, sæpius reiterata, tandem ex ea periit. Francorum Ordines durante morbo, regni administrationem Biturigi ac Audaci committunt, qui se à Regis adulatoribus, cæteris que inimicis vlturi, in carcerem coniiciunt, Beggium Villaneum, Ioannem Marcerium, Ioannem Riuerium, Clissonio ac Montaguo fuga elapsis, ac proinde publicatis bonis exilio multant. Magistrum equitum Clissonij loco creant Philippum Artesium Comitem Euanum. Villaneus, Marcerius ac Riuerius postea quam biennio arcta horridaque custodia squaluissent, opera vxoris Biturigis, quæ imprimis pro Riuerio laborabat, dimittuntur. Post hæc denuò pro pace Franci Proceres Bononiam, Angli Caletum conueniunt, erectisque inter duo oppida medio in campo tentoriis, in communicationem descendunt. Sed quanquam Audax & Lancaster summis viribus pro
1393. compositione laborarent, nil tamen est factum quam vt inducıæ quæ anno 1393. festo
1394. Natiuitatis D. Ioannis Baptistæ initium essent habituræ, pangerentur. Postremò inducia-
1395. rum anno Richardus Anglorum Rex Isabellam Caroli sexti filiam, duodecim annorum
1396. puellam, sibique postremis inducijs desponsatam, anno 1396. postridie Cal. Nouembres,
1397. magna cum pompa vxorem ducit: ac quoniam de pace ne hoc quidem tempore conue-
1398. nire poterant, in triginta annos inducias prolongant. Huius anni æstate Ioannes Comes Neuersij filiorum Audacis natu maximus, è Gallia multis cum nobilibus, fortique militum manu in Hungariam proficiscitur, auxilio Imperatori Sigismundo Lutzenburgio, contra Baiazethum Turcarum Regem, quam expeditionem diffusiùs in vita dicti Ioannis prosequemur. Anno 1397. denuò inter Brabantos Geldrosq; bellum oritur, ob homicidium à nobili Geldro Buscoduci perpetratum ac punitum. Dux Guilielmus, à Geldra nobilitate incitatus, cùm vlcisci vellet, valida equitum coacta manu, fines Buscoducensium ac Langestratensium populationibus vexat. Dux Ioanna cum Audacem de iniuria certiorem fecisset, in auxilium ei proficiscitur Vualramus Lutzenburgius Fani D. Pauli

Comes

Comes cum trecentis, ac Theodoricus Dixmudanus cum quadringentis equitibus, quibus cum se Brabantorum animosa iuuentus iunxisset, iusto hoste quo cum confligeret non reperto, Iuliacensibus ac Geldrensibus, populationum talionem insigniter reddidit. Anhonij tamen Lemnichij, ac ciuitas Iuliacensis pecunia agrorum cladem redemerunt. Tandem fugientibus vndique colonis, commeatus inopia coacti, cum præda in Brabantiam reuertuntur. Dux Guilielmus considerans se Brabantis auxilio Audacis innixis imparem, à Roberto Bauaro Comite Palatino, creatum loco effeminati Vuenceslai Lutzenburgij Imperatorem, in proximam æstatem auxilium impetrat. Ab altera parte Audax Francorum armans iuuentutem, in vxoris materteræ auxilium iusto cum exercitu properabat. Quo nuntio Dux Guilielmus territus, animoque reputans Geldriæ Ducatum vtriusque exercitus prædam premiumque futurum, Præpositi (vt vocant) Traiectensis ad Mosam, aliorumque quos in Brabantia habebat amicorum opera, quàm potest occultissimè, ne Audax impediret, cum Ioanna Brabantica pacem facit, quod quanquam is ægerrimè ferret, (cùm iam serio Geldrum subigere, ac Imperatori alterum Imperium opponere decreuisset) materteram tamen offendere nolens, exercitum dimittit. Inducıæ inter Anglos Francosque nuptiis Regis Richardi pactæ, fartæ tectę manebãt, donec anno 1399. 1399.
Rex Richardus ab Hendrico Lancastro (filio Ioannis Lancastri, hoc tempore vita defuncti, de quo sæpè sumus locuti) patruele captus, ac regno vitaq; spoliarus fermè violarẽtur. Rex enim Carolus, eiusq; auunculus Borbonius oportunitate Anglici tumultus vtendũ rati, sollicitarant Burdigalenses, Baionenses, ac vicinas ciuitates ad defectionem, gnari his in vrbibus sanctam gratamque esse Regis Richardi memoriam, cuius vt indignam vlciscerentur necem, ad Galliæ antiquum imperium transituros sperabant. Sed dictæ vrbes, quòd moderato ab Anglis recti essent imperio, dominum mutare nolebant. His cõsiliis Borbonius præfuerat, quum Audax inducias nulla de causa violandas censeret, suaderetque. Considerabat enim Anglico bello immensos se sumptus, magnasque curarum moles sustinuisse, quod Brabantorum, Flandrorumque populus, Anglis quam Gallis foret addictior. Adde quod ea adhuc esset Anglorum fortuna, vt bellum inferrent, propellerent tantum Franci, vtentibusq; Francorum agris, læta pace Anglorum, iniquissima populorum conditione, virerent. Sanæ igitur mentis Francum horrere bellum debere. Quum Richardum pro certo mortuum, eiusque loco Hendricum Lancastrum patruelem, coronatum intellexissent, pactas cum Richardo inducias in viginti sex annos cum Rege Hendrico extendunt, initium habituras Cal. May anni 1400. postulantes Isabella 1400.
Regis Richardi vidua domum remittatur, quam sequenti anno 1401. Caletum aduectam 1401.
Audaci ac Borbonio tradunt. Excepit eam Audax sua in prouincia celebri pompa, magnificisque conuiuiis Abbeuillæ honorauit, indeq; Parisios cum Borbonio dimissam, ipse in Artesiam, indeque in Flandriam componẽdis regionis negotiis proficiscitur. Sed dum voti vbique compos læta pace vitam se finiturum speraret, ex æmulatione Lodouici Aureliani nepotis ex fratre, natæ paulò antè inimicitiæ quum vires accepissent, assumpta odij truculentia, vehementius erumpere cœperunt, qua de re cum pauca paulò antè attigerimus, nunc res ipsa altius est repetenda, diffusiusq; explicanda, quod ex hac scintilla incendium sit natum, quo vniuersa Gallia centum quinquaginta octo continuis miserabiliter deflagrauit annis, extinguiq; nõ potuit, nisi multo venenatiore excitato igne, quo Galliarum populi variis ob religionem erroribus opinionibusq; infecti ita exarsere, vt è summo fœlicitatis fastigio in imũ calamitatis fundũ deciderint. Odij verò hę causę fuere.

LODOVICVS Valesius, vnicus Regis Caroli sexti frater germanus Dux hoc tempore Aurelianorum in vxorem duxerat Valentinam filiam Ioannis Galeatij Vicecomitis, ac primi Ducis Mediolanensis, procreatam ex Isabella Audacis sorore. Sed Valentina maternæ indolis nil præseferens, paternis scatebat ac imbuta erat vitiis, ardens ambitione insatiabili, superba, fastuosa, temeraria, impia, sui studiosa, quæque omnes infra se videre concupiscens, eo bonis malisque artibus contendebat. Verùm astutè hæc simulata affabilitate, humanitate, pietate, ac liberalitate texebat: cumq; marito in dotem attulisset Comitatum Vertuzij, matris olim dotem in Compãga sitam, insuperque quingenta aureorum liliorum millia muneratæ pecuniæ, (vt inquit ille: Qui dotatam ducit, dominam ducit) vera effecta domina, adolescẽtis mariti animum (qui octodecim tantum erat annorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

norum cùm eam duceret) quo ipsa paterque Galeas volebat impulerat, ac tam flagranti ambitione accenderat, singulæ vt ei horæ instar anni molestæ forent, quod priuatus beneficiariusq; Dux, sine absoluto viueret imperio, ac proinde noctes diesq; meditantes, quibus rationibus, regni gubernatione patruis deturbatis, ipsi rerum gubernacula consequerentur, ac cum fratre imbecillis ingenij Rege, pro arbitrio agerẽt, denique quomodo sensim viam ad regnum sibi pararent, fisi immensis opibus ac potentia patris Galeacij. Verùm quamdiu tutores patrui Regem, regnumque in potestate habebant, nil se tuto tentare posse Aurelianus animaduertebat, quod Francorum ordines ob immaturã ætatem grauiora sibi regni negotia committere nollent, sed patruis statæ ac maturæ ætatis Principibus, quorum experta pace belloq; forti fideliq; opera vsi semper fuerant. Quiescebat igitur Aurelianus durante tutela, sed non adeo prudenter, quin patrui iamdudum secretos animi ægri affectus erumpere intimo cordis flagranti secessu conantes persentirent. Regi sui iuris effecto, Aurelianus vxoris consilio eorum sibi amicitiam familiaritatemq; coneiliat, quorum consuetudine eum delectari videbat, quosque familiares, intimos, aeè consiliis fuisse semper ei nouerat, quorum opera Rex patruos, incitante Aureliano, cùm Auenione Antipapam inuisissent, Villanoua (vti scripsimus) non satis decore domum dimiserat, quæ res non solum eorum animos pupugit, sed imprimis exacerbauit Margaretam Audacis vxorem fœminam animi alti, generosi, ambitiosi, ac ferocis. Quare quod iamdudum fœmina natu grandis, probè affectus spiritusque Valentinæ iunioris perspexisset, marito importunis sermonibus asseuerabat, eius hæc artibus instinctuque fieri, ac proinde diligenter rebus suis prospiciendum, Lodouicum enim ac Valentinam ad regnum aspirare. Audax contrariis rationibus hanc animo vxoris insitam opinionem euellere conabatur, cùm tamen rei veritatem eam perspexisse, dicereque agnoscret, sed dissimulanda ad tempus iudicans, quod id animi eorum ægritudinem omnibus esset detecturum, se tum hominum secundo fauore consiliis conatibusq; eorum obuiam tuto iturum. Creuerat Margaretæ ac Valentinæ odium, cùm Rex fratris Lodouici maximè consilio, Britonum Duci inuitis patruis bellum inferret, quod pater Margaretæ ac Britonum Dux è fratre sororeque nati essent. Sed quum ob Regis furorem, expeditio in Britones esset dissoluta, Franciæque ordines Biturigi ac Audaci regni administrationem commisissent, adeò ægrè Valentina tulit, vt nec linguæ temperaret, nec vultus color subsisteret, sed etiam inuita animi vehementem ægritudinem omnibus proderet, quod marito in tanta oportunitate neglecto omissoq;, patruis foret obediendum, qui potestate vsi, Clissonium (bonis fisco adiudicatis) in exilium egerant, omnesque Regis intimos ministros familiaresque, à quibus secreta scire consueuerant, aula pepulerant aut in carcerem coniecerant, quibus extrema in necessitate, auxilio esse non poterat, nisi quod Clissonio bellum cum Britone gerẽti auxilia secretò mitteret, verùm ferre coacta, quod Brito Audacis resisteret armis. Adhæc odium augebant muliebres illæ ordinariæ ridiculæque æmulationes, quod Valentina Margaretam, Regis maritiq; sui amitam vbique honoratiorem locum occupare, ac se silente sermones cum principibus serere dolebat, ipsamque reginam consiliis eius planè agi videbat. Quare ei soli imputabat, quod apud Reginam veneficiis mentem Regis loco mouisse, Carolum filiorum eius natu maximum interfecisse, omniumq; reliquorum valetudinem tentasse debilitasseque accusaretur, quo omnibus è medio sublatis, maritus Lodouicus Rex, ipsa Francorum Regina aliquando conspiceretur. Hac vt laboraret infamia, proprij filij Caroli repentina effecerat mors. Is enim cum Carolo Regis filio in suo ludens cubiculo, cùm inter pueros pomũ Valentina coniecisset, à proprio lectus filio, antequam prohibere potuerat, præmorsam partem deuorarat, pauloque pòst in morbum incidens, subito decesserat, quo regiorum liberorum præfectis nuntiato, vitata eius familiaritate, regios pueros diligentiùs exinde custodierunt. Cùm filij Valentinæ casus, liberorumq; regiorũ periculum vulgò innotuisset, non solùm in proprij mariti indignationem, sed hominum omnium odia inuidiamque Valentina incurrit, habebaturq; publicè pro venefica homicida, præcipuè verò à Parisiensibus, qui ex omni antiquitate Regibus suis singulari amoris affectu dediti, eam in vrbe videre nolebant. Quare Aurelianus vitæ eius timens, ad Arcem Asueram secedere iubet, indeque Neufcastellam ad Ligerim, vbi menses aliquot, dum feruens populi ira nonnihil

nonnihil resedisset, delituit. Dehinc paternis literis vito reconciliata in libertatem restituitur, multò quàm vnquam antea venenatiore odio tumens, quod sub pectore captiuitatis tempore, ab atra bile percoctum in Audacis familiæ perniciem (à qua sola dignitatem suam existimabat læsam) euomere per fas nefasque properabat, marito noctes diesque importuna, si vir haberi velit, regni administrationem, quam patrui per triginta annos obtinuerant, aliquando etiam inuaderet, neque diutius vitam dignitatemque suam in periculo versari sinat, effecitque continuis lachrymis ac blandiciis, vt Lodouicus eam mendaciis oppugnatam fuisse, tandem sibi persuaderet, multoq; quam antea carior prudentiorq; habita, consilia iam seriò conferebant, quibus Audace eiusq; familia, dignitatis fastigio deiecta, ipsi eò peruenirent. Sed quicquid molebantur, ac in quas sese vertebant formas, obstante Audacis experta prouidaque senectute, nil succedebat. Quare cùm Aurelianus extrema sibi tentanda, apertaq; via aliquid conandum censeret, ab Imperatore Vuenceslao, Præfecturam Lutzenburgensem impetrat, ac per simulationem muniendorum finium, iis in partibus militem, pecuniamq; cogit. Init præterea fœdus cum Guilielmo Geldriæ Duce, quo Audacis vires diuersis in partibus distrahat. Adhæc conabatur inuadere annuos regni census, iussis quęstoribus, ne alibi quam suum ad fiscum de acceptis expensisq; pecuniis rationes redderent. Quibus rebus Audax motus, ac quod omnibus iam patere iudicaret, Aurelianum Regis infirmitate confidentem, ad regnum vi tendere, statuit omnibus viis obuiam ire, ac legitimos Regni hæredes iusta in causa defendere, adeò vt simultas in apertum tandem prorumpẽs bellum primum Aurelianus anno
1402. prope Parisiorum vrbem, cum non mediocri militum manu in campum descen- 1402.
deret, iunxeratque se ei Guilielmus Geldriæ Dux, cum quingentis equitibus, contraque prodit Audax non minore Burgundionum Flandrorumque manu coacta, commissaque fuisset inter patruum cognatumque crudelis pugna, nisi Regina, Biturix (qui natura mulierosus ac leuis fratrem Audacem deseruerat) Borbonius, multiq; alij illustres viri, sedato Audacis animo, pacem composuissent. Animaduerte amice Lector, quibus Ambitio furiarum alumna miseros mortales inuoluat calamitatibus, quumque orbis terrarum Principes, feræ belluæ pudeat, immane monstrum cœtibus hominum commendaturi, nullo non æqui iustique colore obuelant teguntq;, eo vsque vt summi quoque numinis cultum in mille formarum species mutatum, ignaro rerũ populo obtrudere non vereantur. Hæ fuerunt causæ veteris diuturnique inter Francos Burgundosque odij, ac belli quod duorum Principum virorum (vt libro tertio scribemus) parricidio fuit confirmatum. His è nugis bella ciuilia, homicidia, latrocinia, ac grassationes sunt secutę, quam subsequentium Ducum vita narrabit. Simulata igitur pace, inter patruum cognatumque facta, exercituque ab vtraque parte dimisso, Rex, sanitate recuperata, quum ea quæ acta essent, intellexisset, patruo administratione remoto, fratri Aureliano regni curam committit, qui colligendo auro intentus, noua omnibus hominum ordinibus tributa imponit, causatus æs alienum longo bello contractum, tandem aliquando dissolui oportere; sed prudentiores Aurelianum sibi studere iudicabant. Verùm antequam indictum tributum cõferri potuit, Rege iterum furore correpto, Audacem regni Ordines ad gubernationem reuocant, Aurelianum oneri non sufficere dicentes. Quum Rex ad mentem rediisset, fratrem ac patruum se mente capto regnum communi consilio gubernare voluit. Sed statim denuò in morbum relapso, Frãciæ Ordines cõsilio Reginæ, Biturigis, ac Borbonij, vtrumq; administratione mouent, certi eos nunquam in commune cõsulturos, sed odio ac æmulatione populum in nouas calamitates præcipitaturos. Exinde Aurelianus Lutzenburgum contendit, pacemque inter Lotharingiæ Ducem, ac vrbem facit Metensem. Audax in Britones proficiscitur, Duce vidua (quòd Dux maritus ante biennium Audace liberorum suorum tutore instituto obiisset) cum Hendrico eius nominis quarto Angliæ Rege secundas contrahente nuptias, ac proinde quatuor cum filiis in Angliam quò ibi educati vxores ducerent traiectura. At Audax tutor cognatusque puerorum, quum ex ordinũ Britonum consilio regionis statũ composuisset, Ioãnem, Arthurum, Richardũ, ac Ægidiũ defuncti Ducis filios, vti in Francia educarẽtur, ac vxores acciperẽt, Parisios perduxit, iisq; postquã de rebus necessariis prouisum esset, in Picardiã prouinciã suam proficiscitur, pauloque post filio Anthonio Rastellæ Comiti ac futuro Brabantiæ Duci Vua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ieranus Lutzenburgius, Fani D. Pauli Comes filiam Ioannam hęredem vnicam desponder. Vix nuptiæ magno sumptu, celebritatęque Procerum Franciæ Atrebati duodecimo Cal. Apriles factæ fuiuntur, quin statim induciæ inter Francos Angloſque ante annos aliquot pactæ, à Francis violantur, causati Regem Hendricum, Isabellæ Regis Richardi viduæ, annuam propter nuptias detinere pensionem: reuera autem odium eos aduersus Regem Hendricum stimulabat, quod interfecto Rege Richardo Isabellæ marito, vi regnum occupasset, eratque belli non indiligens concitator dictus Vualeranus, quod sororem defuncti Regis Richardi in vxorem duxisset. Audax his non obstantibus, omnibus in consiliis bellum dissuaserat, gnatus Aurelianum ex eo compendium suique nocendi occasionem quæsiturum. Angli Francis mari paratiores, classem è Francia in Flandriam, vino aliisque mercibus onustam tendentem intercipiunt. Quare Flandri mense Maio
1403. anni 1403. Parisios ad Regem & Audacem legatos mittunt, petitum vt neutrius partis habiti, mercaturam vtroque in regno exercere possint. Audax legatione Regis Concilio proposita, contradicente Aureliano nil obtinuit. Volebat enim Flandros, vt Franciæ beneficiatos, bello paceque eandem cum eis subire fortunam, contra quem ne vix sopitum sua culpa recrudesceret bellum, pertinacius Audax contendere noluit, Flandris iubens, maritimos portus oppidaque iustis muniant præsidiis, sibi reliqua curæ futura. At illi armatis nauibus, sæpius cum Anglis variante fortuna congrediuntur. Hoc rerum statu Audax considerans se ac vxorem vitæ curriculo fermè peracto ad finem vergere, filios virilis ætatis, quemadmodum omni vita fecerat, Galliæ posthac contra hostes operam nauare posse, eamque in rem satis superque Ioanni natu maximo futuro Burgundiæ Duci Comitique Flandriæ, Arteſiæ, ac Burgundiæ, opum, viriumque fore, vt Anthonio natu secundo ante obitum quoque prouideatur, animum intendit. Britonum igitur rebus suprà manu imposita, in Picardiam, Pontiacum, Arteſiam, ac Flandriam proficiscitur, vbique contra Anglos præsidia disponens, inde Bruxellam Brabantiæ vrbem, ad materteram Ioannam contendit, ab eaque impetrat vti filium Anthonium Brabantiæ ac Limburgi hæredem declaret. Verum hac de re conuocati ordines, nulla se ratione, Ioanna viuente, alij sacramentum dicturos affirmant. Pollicetur se Audax ditionem Antuerpiensem, ac Mechlinienſem Brabantiæ vniturum, pignoriq; eis daturum Teneramundanam ditionem, donec Grauam ditionemq; Cucanam vi aut amicitia Geldro cedente Brabantiæ in perpetuum iunxisset. Sed maiores se immunitates antequam consentirent, obtenturos se Brabanti sperantes, Ducem sese agnituros, nisi mortua Ioanna negant, Audacem terrere putantes actione, quam eius temporis Imperator Vuenceslaus Lutzenburgius in Brabantiam allegabat, causa obligationis, qua se dicta Ioanna marituſq; Vuenceslaus belli vrgente necessitate, Imperatori Catolo quarto patri dicti Vuenceslai deuinxerant. Sed Audax olfacto fuco, conciliatis sibi præcipuis Brabantiæ nobilitatis familiis, opera imprimis Vuezemalæ reguli, voti fit compos, familiam Lutzenburgensem nil veritus, quum Germaniæ Proceres deserto ob ignauiam Imperatore Vuenceslao, in eius locum Robertum Bauarum legissent. Quòd autem desiderabat ante obitum filium Anthonium Brabantiæ Ducem designari, causa erat, ne ei frater Ioannes ætatis prærogatiua negotium (se mortuo) facesseret. Ordinibus igitur posthæc denuò conuocatis, Anthonius magnæ materteræ suæ Ioannæ hæreditarius nominatur Præfectus, prestaturq; hac de causa à Brabantis Limburgisq; Anthonio fidelitatis sacramẽtum. Vt verò nonnihil gratiæ referret, ditionẽ Rhiensem, cuius est metropolis Antvuerpia, Brabãtiæ vnit, quæ in eum vsque diem regio sui iuris (vt etiamnum est Mechlinia) semper fuerat. Omnibus igitur rebus ex voto peractis, quum Audax Bruxellæ festos ageret dies, lenta sensim febri corripitur. Quare materteræ, filiis, ordinibusq; Brabantiæ ac Flandriæ valedictis, iter Burgundiam versus instituit, sed febri indies magis magisq; ingraueſcente, cùm ad oppidum Hallam tertio Bruxella milliari peruenisset, itineris iactationem amplius non ferens decumbere cogitur,
1404. ibiq; post paucos dies sexto Cal. Maij anno 1404. filiis oculos claudentibus, septuagesimum ingressus annum extinctus Deo animam reddidit. Præcordia (excepto corde) intestinaq; Hallæ in D. Virginis fano condiuntur. Cor apud D. Dionysium propè Parisios in patris Ioannis sepulchro ponitur. Cadauer Digeoni Ducatus Burgundiæ vrbe prima apud Carthusianos suo iussu ædificatos nobili mausoleo sepelitur. Vxor Margareta liberique

rique cadauer expectantes insigni exequiarum pompa iusta soluunt: cumque rei familiaris statum magno ære alieno grauatum Margareta reperisset, ne à creditoribus vexaretur, matronales feretro claues, cingulum, marsupiumq;, secundum regionis leges imposuit. hoc enim facto creditoribus præterquam in supellectilem, ac ea quæ bona vocant mobilia, ius non erat, vsurarum cursus sistebatur, ac de sorte debitisque in hoc tempus vsuris, certis solutionis ex pacto conuentoque datis terminis conuenire cogebãtur. Mirum certè videri potuit Audacem qui quadraginta annis Gallias administrarat, à mensariorum tabulis liberare se non potuisse, sed iusti æquique in homine magnanimo respectus, domestica externaque bella, redemptio filij, multorumque è Turcica captiuitate nobilium, munera nouis clientibus ad conciliandos nouo in regno animos tribui solita, eum ære alieno immersserunt. Margareta de sortis vsurarumq; solutione cum mensariis in certos dies pacta, partim ipsa, partim filij, matre mortua, plenè persoluerũt. Vndecimo enim post Audacis mortem mense, Margareta apoplexia Atrebati tacta maritum decimosexto Cal. Septembres anno 1405. vita excedens sequitur ætatis anno quinquagesimo sexto, se-
1405. pelituręque Insulis in D. Virginis fano, iuxta patrem Lodouicum, posteaquam cum Audace casto vixisset matrimonio triginta sex circiter annos. Patrem non minus corporis lineamentis, ac humorum temperamento, quam animi affectibus referebat. Erat enim in ea animus excelsus, ferox, ambitiosus, vindictæ in eum à quo se lęsam existimabat, percupidus, ac qui nunquam sincere cum inimico in gratiam redire potuerat, nullaq; ratione ferens quos dignitatis æmulatione secum certare existimabat: quas animi affectiones Audax in ordinem coacturus, non parum summa adhibita prudentia simulationeque per omnem vitam laborarat, coactus nonnunquam aliquid de iure suo cedere, quòd præter amplissimarum Prouinciarum dotem, eum patrem septem præstantissimorum liberorum effecisset, nimirum Ioannis Burgundiæ Ducis, Comitis Burgundiæ, Flandriæ, ac Arteſiæ. Anthonij Ducis Brabantiæ, Limburgi, Comitis sani D. Pauli, ac Lignij. Philippi Comitis Neuersij, ac Rastellæ. Margaretæ vxoris Guilielmi filij Alberti Bauari Comitis Hollandiæ, &c. Catharinæ nuptæ Leopoldo Austriæ Duci cognomine Superbo, obiit sterilis. Mariæ matrimonio iunctæ Amadeo Duci Sabaudiæ. Bonæ quæ innupta moriens Atrebati est sepulta. Statura erat Audax eminenti, ad debitam membrorum proportionem dimensa, carne solida musculosaque, ac minimè flaccido adipe fluida, fronte, humeris, ac pectore lato, facie fusca, planeque virili, coma in humeros (vt tum moris erat) diffusa, barba rasa, cuius color quemadmodum & comę niger, oculis magnis, cęsiisq;, naso aquilino, ore parumper patulo, mento oblongo, vniuersaq; adeo membrorum dispositio, intuentium oculis salubre ac temperatum corpus offerebat, vultus dignitas maiestasq; omnium oculos perstringebat, ac in sui admirationem venerationemque trahebat, quæ corporis dotes non minoribus animi virtutibus decorabantur. Quamuis enim naturalis grauitas fastũ non careret, affectarat tamen longo vsu benignitatem, affabilitatem, ac comitatem, infimis etiam sui conueniendi copiam faciens, neminemque posteaquam probè dicentem intellexisset, sine necessario responso dimittens. Animo erat moderato, ac prouido, acuti perspicacisq; iudicij, quo plus quàm cruentis pugnis ad optatum finem perduxit. Æqui iustiq; propugnator, si quis alius, acerrimus, ac proinde inexorabilis punitor latronum, furum, grassatorum, extortorum, quod non minus prædonum bello, quam in causa Clissonij Magistri equitum abundè comprobauit, cui Parisiis vulnerato (quod de nongentis aureorum liliorum millibus in numerata pecunia esset testatus, excepta ea quam pro sua, liberorumque Ioannis Blosij redemptione Britonum Duci soluerat) hostis perpetuo mansit, certus eam non potuisse illum sine furto, extortione, ac miserorum iniusta direptione collegisse. Francorum Regum quàm fortis fidelisq; propugnator semper extiterit, res gestæ satis declarant, non veritus peracto ferme vitæ curriculo capitales susceperе inimicitias cum Lodouico Aurelianorum Duce, nepote ex fratre, regnum affectante, morienſq; cũ filios ad obseruationem testamenti, ne se mortuo bella literq; orirentur, sacramento adegisset (præter alia enim cauerat vt si quis eorum ac qui ex eis nascerentur sine liberis diem obiisset, in eius tũ ditiones succederet frater natu maximus, aut qui ex eo supereſſet masculinæ stirpis ætate vincens, quod in causa fuit vt Philippus bonus patruelibus suis Ioanni ac Philippo, ex patruo Anthonio natis in Hollandia: ac amitæ Mar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

garetæ in Brabantia præferretur) postremò petita singulorũ dextera, insuper polliceri coëgit, fortunas vitamq; pro defensione Regni, Regisq; Frãcorum, quẽadmodũ se fecisse viderant, exposituros: quod non minus fortiter fideliterq; quamdiu licuit exequuti sunt, quàm sanctè polliciti. Addit Petrus Audegestius (qui Flãdriæ Comitũ vitas Gallicè scripsit) testamento Audacem voluisse, vt si filius Anthonius sine liberis decessisset, in Brabãtiam tum ac Limburgum succederet filius natu minimus Philippus Burgundus, quòd hæreditaria eius portio, cum fratrum portione comparari nõ posset. Sed quòd præter Audegestium authorẽ hac de re alium non habeam, asseuerare temere nil volo. Extra aulam priuatim agens domestica viuendi consuetudo moderata circumscriptaq; erat: in Aula magnifica planeq; regia, vt tamen præter certum definitumq; ordinẽ pauca conspicerentur. Nec aleator, nec mulierosus, nec ebriosus fuit, vnde rarissimè eius in aula comitatuque, contentiones, iurgia, rixæ, pugnæ, comessationes, intempestiuæ vigiliæ, nec somnus cernebantur, animus verò in eo perturbatus itacunduſq; perrarò. De concubinis, illegitimis liberis, aut vllo incontinentiæ libidinisq; genere nil planè reperio, quæ tamen virtus inter Principes valenti corpore præditos pertara esse cõsueuit, quod libertas, rerumq; omniũ affluentia facilè sensus vehementissimi voluptatis illecebris ac titillatione deceptos inficiant, animum emolliant, effœminentq;. Fuit certè causa hæc continentia prosperæ Audaci valetudinis ad septuagesimum vsq; annum. Arduis negotiis vacans, animum musicis modulis lubẽter reficiebat, collegeratq; magno sumptu in hũc vsum viros puerosq; varia vocis cõcinnitate, robore, claritateq; præstantes. Deniq; etiamsi virtus anxiè exquisitis (prout humani nihil est perfectum) in quibusdã iustè accusari posset, ea multitudine virtutum recta in obliuionẽ apud homines iuerant. Duas ob causas à scriptoribus aliquot proscinditur. Primò quòd immensis continuisq; pecuniarum exactionibus populum exhauserit, ac in excogitandis nouis tributis ingeniosus fuerit, inexorabilisque in exigendo. Verùm qui recto iudicio res ab eo gestas administratásque diiudicarit, ac quæ cũ Anglis, Flandris, Portugallis, Francis, aliisque regni hostibus bella gesserit, quas copias terra marique pace belloque magno sumptu paratas semper habuerit, quot vrbes oppidáque perpetuis magnisque præsidiis custodierit, necessarium fuisse confitebitur, populum extraordinarijs grauare oneribus. Altera proscindendi causa est, quòd vniuerso vitæ tempore dissidium in Christiana Republica duorum summorum Põtificum creatione ortum omnibus artibus aluerit, fouens partes Antipapæ Auenionensis contra Romanum Pontificem, quo primariam dignitatem ex Italia in Galliam, magno Francorum compendio, honore, ac quæstu pertraheret, cùm alioqui dissidium non fuisset duraturum, extremis post soceri Lodouici Malani mortem adnitens viribus, vt Flandros Antipapæ Auenionensis imperio subiiceret, qui tamen, elusis eius conatibus, semper in Romani Pontificis obedientia perseuerarunt, quamuis aliquando irritatus, per vniuersam Flandriam (Gandauo excepto) sacerdotes Romano Pontifici parentes publicis muneribus priuarit. Sed populus summis instãtibus festis Gandauum frequens proficiscebatur, ritéque expiatus, domum detersis vitijs reuertebatur, donec Audace mortuo Auenionensis Antipapa Romano Pontifici cederet. Mortuus est Audax cùm ad summum felicitatis fastigium peruenisset, tantæ inter Francos exteróſque existimationis, vt addi ad summam dignitatem nil potuerit, quippè qui nunquam exercitui præfectus, hosti tergũ coactus dederit, viditq; auum, patrẽ, fratrem, nepotẽ ex fratre, Reges, omnibúsq; integra fide, corporis animiq; viribus, iis temporibus operam præstitit, quibus se Franci (ex quo Christianam religionem sunt amplexi) calamitosiores nunquam esse expertos, meritò confitentur. Quapropter nobilitati pariter ac populo æquè gratus, summáq; cũ reuerentia ab omni ordinũ genere cultus, industriæ ac virtuti eius, inter cætera præclara belli facinora acceptum ferebant, quòd Hispaniæ pulsis Anglis in Francorum fœdere cõspicerentur, antiquáq; bellici decoris laus, gentisq; dignitas, fractis Anglis apud Francos resuscitata vigeret, ac proinde merito Audacem, iis Francorum proceribus, Regibúsque connumerandum censebant, qui regnum turbulentis temporibus, armis, consilióque protexerunt; pace verò parta, restitutisque in integrum legibus, aurei populo seculi memoriam renouauerunt.

VITA

VITA IOANNIS INTREPIDI

BVRGVNDIONVM PRINCIPIS

STIRPIS VALESIÆ FRANCICÆ.

LIBER TERTIVS.

IOANNES Burgundus, filius natu maximus Philippi Audacis, ac Margaretæ Flandricæ, natus est Digeoni primaria Ducatus Burgundiæ vrbe quarto Cal. Iunij anno 1371. facta aqua lotus à Carolo Archiepiscopo Lugdunensi, è sacro fonte eum suscipientibus patruo Ioanne Biturigum Duce, Ioanne Episcopo Carpentorati, nomine Antipapæ Gregorij, ac Margareta Francica, magna eius auia. Pueritiam in Burgundia, Principum liberorum more educatus transegit, exceptis (quas vix attigit) liberalibus disciplinis, quod Francica nobilitas continuis implicata bellis, liberos præterquam armis non exerceret, quibus tantum profecit, vt pro ætate pares paucos, superiorem certè neminem haberet. Erat enim in robusto, salubriq; corpore animus magnus, nil præter arma amans tractansq;. Quare vix duodecimum ingressus annum, magno cum gaudio prima induens arma, patrem Regemque contra rebelles Flandros, in auxilium Comiti Lodouico auo suo proficiscentes comitatur, ac postea eosdem contra Geldros: quibus expeditionibus cum militiæ rudimenta posuisset, cætera omnia contemnens, acies tantum pugnasque somnians, difficulter ab Audace in aula retineri poterat: verebatur enim ne ebria adolescentiæ ætas, iuuenili calore ferociens in calamitates per imprudentiam rerumq; inexperientiam se præcipitaret. Quare ad bellum eum temerè proficisci nolebat, sed prius more Principum liberorum probè educatorum, variis in rebus acuendo iudicio exerceri. Verùm vt certiori remedio pubescentis filij ardorem temperaret, Comitem Neuersij appellatum, anno ætatis decimoquarto, Margaretam Alberti Bauari Comitis Hollandiæ filiam (vt in Audacis vita scripsimus) ei dat vxorem, quo tempore in Burgundia cum matre vxoreque supra annum, amore nouæ nuptæ detentus, est commoratus, cuius feruore in calorem mutato, Parisios ad patrem profectus, regniq; negotiis instrui cœptus, mansit vsq; in annũ 1396. ætatis suæ vigesimum quintum: tum enim Imperator Sigismondus Lutzenburgius Hungariæ ac Bohemiæ Rex expeditionem contra Baiatzethum, quartum à primo Otthomanno Turcarũ Regem parabat, quod non solùm Imperatori Constantinopolitano maiorem Thraciæ, Macedoniæ, Thessaliæ, Phocidis, Atticæq; partem, ac sibi fermè vniuersam Seruiam, Illyriam (nunc Sclauoniã) Moesiam (nunc Bulgariam) eripuisset, sed insuper armatis ducentis virorum millibus vrbem Constantinopolim octauo iam anno arcta obsidione premeret, expugnassetq;, nisi Imp. Sigismondus ad auxilium ferendum rogatus, coactis vniuersæ Germaniæ, Bohemiæ, Austriæ, ac Hungariæ viribus, Francorumque (duce Ioanne Intrepido) accepto auxilio, in Bulgariam cum centum armatorum millibus irrupisset, coëgisseteq; Baiatzethum Constantinopoli relicta (quam ad extremam rerum penuriam redegerat) magnis itineribus Bulgariæ suppetias ferre. Sed priusquam huius expeditionis euentum describo, rem non ingratam Lectori facturum me spero, si breui digressiuncula Turcicæ militiæ disciplinam, è variis peritis auctoribus decerptam, ob oculos posuerim. Baiatzethus quartus ab Ottomanno Turcarum Rex, primus Prætorianos pedites equidantium confluxu, sed conquisitis ex omnibus nationibus, etiam è captiuis Christianis fortissimis animosissimisq; iuuenibus, hisq; Mahumetica secta, Turcicaq; disciplina instructis. Pedites Ianitzaros: equites Spachis, aut Spachi-oglan, quod variis è nationibus collecti essent, appellauit. Verum obseruari hæc eius institutio desiit, posteaquam deuicto Imperatore Sigismondo, à Constantinopoli, secundo iam anno iterum obsessa, decedere coactus obuiam proficiscereturTamerlani, magno Tartarorum Regi, qui decies centena hominum millia in armis ducens, vniuersam peruastabat Asiam, à quo inita pugna vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctus,captus,aureisque catenis ferrea in cauea vinctus,ac per omnem Asiam ad modum feræ bestiæ fuit circunductus. Tamerlanes Asia,Ægypto,ac Turcia euersis,insignioribusq; vrbibus miserabili calamitate deuastatis, in regnũ reuertitur. Baiatzethi verò filij animis perculsi,paterna instituta statim resumere non potuerunt. Sed Amurathes, septimus ab Ottomano Turcarum Rex, resuscitata Baiatzethi disciplina,multa insuper præclara addidit,ac inter alia hæc: Futurus Turcarum Rex presente Mophti (nomen est summi Mahumeticæ religionis Præfecti, cui soli Turcarum Rex hunc exhibet honorem, vt ad se solio exurgens venientem venerabundus suscipiat) ac tribus Cadilescher,iureiurando hæc duo obseruaturum se confirmat. Omnes animi corporisque vires, opes ac potentiam, in Christianos se conuersurum,eorumq; regna,religionem,nomen quantum licebit,extirpaturum,quam verò poterit rarissime contra religionis Mahumeticę Principes gladium se stricturum. Deinde vltra biennium non se quieturum,sed omnes vires tertio ad minimum anno,terra mariúe ad rem gerendam educturum. Primum æmulatione Romani Imperij,inuidia erga Christianos Principes,ac religionis nostræ odio statuerunt,videntes opinionum myriadibus de ea perpetuò nos diffidere,ac proinde Christi nomen, religionemq; ex Europa,quemadmodum ex Africæ,Asiæque maiori parte fecerunt, pellere cupientes. Alterum ne longa subditorum pace (quod natio sit si qua alia supra modum ambitiosa,inquieta,auara,ac crudelis) intestina ciuiliaq; bella orirentur. Denique ne multitudo peditum, equitumq; (quam perpetuis alunt stipendiis) per inertiam ad voluptates dilapsa eneruaretur. Habet enim hoc tempore Turcarum Rex circiter quinquaginta Ianitzarorum millia,ex omnibus nationibus,religionibusque,maximè tamen Græcis lecta, quorum opera magna sæpius periculosaque confecerunt bella: hac autem tempestate Constantinopoli, ad vrbis suiq; custodiam (quemadmodum olim Romæ Imperatores Prætorianos habebant milites) circiter duodecim sunt millia,qui præ cæteris multis magnisq; decorantur immunitatibus. Mortuo enim Turcarum Rege,donec ei alter sit suffectus,diripere his licet Christianorum Iudæorumq;, intra ac extra vrbem habitantium fortunas. Præter Ianitzaros parata semper habent centum quinquaginta equitum millia, electa quoque è fortissimis generosissimisq; Asiæ Europæque iuuenibus, quorum duo olim Præfecti tantùm fuère,quos Turcica lingua Beglerbeis aut Bassalars vocant. Qui Asiaticis præest,sedem in Asia minori,quàm ipsi Natoliam (quod regionem Orietalem sonat) vocant,habet. Qui Europeis in Thracia,quam Romaniam,aut Romeli vocant. Sed cùm imperij limites bellica virtute sæpius auxerint, Beglerbeorum numerus septenarius est factus,ac pro necessitate equitatus eis & Ianitzari attributi. Habet enim Romaniæ Beglerbeus triginta Spachorum,ac viginti Tamarlorum millia. Natoliæ decem Spachorum millia. Caramanniæ (olim Ciliciæ) quinque Spachorum millia. Amandolæ (olim Armeniæ) septem Spachorum millia,licitumq; est huic belli tempore triginta efficere millia. Mardum (olim Mesopotamiæ) decem Spachorum millia. Mizir (olim Ægyptus) ac magni Cairi in Ægypto Beglerbeis sedecim Spachorũ, ac triginta Ianitzarorum millia parent, vt populum natura leuem, rebellem, nouisq; rebus gaudentem in officio contineat. Beglerbeis parent varij multiq; Sangeacz,hoc est nomen Præfecti vrbis, aut ciuitatis: his rursum minores Præfecti,donec à Centurionibus,ad Manipulares,siue qui decem militibus præsunt, sit peruẽtum. Spachi futuri,educantur in Turcicis claustris, qui cùm operam virtutemq; inter Ianitzaros probarũt,tandem ad equum magno cum gaudio asscripti,Spachorum stipendiis merent,quiq;e Spachis decem aspros in diem accipiunt, binos alere equos singuli cum militari seruo coguntur. Qui quindecim aut viginti quinque aspris merent,tres aut quinque nutriunt equos, totidemq; militares seruos. Considera numerum quem Romaniæ Beglerbeus in aciem belli tempore educit, cùm ei ordinario stipendio pareant triginta Spachorum millia,horumq; singuli quinque,tribus,aut ad minimum duobus militent equis. Ad hunc honorem primum Ianitzari nituntur, cùm ex his Sangeacz, Bassæ, Beglerbei, Vizirs nullo natalium apud Regem respectu, tantum ingenij,indolis,iudicij,prudentiæ,ac virtutis habito legantur. Timarli equites sunt minoris virtutis existimationisq; quàm Spachi, ac proinde vt plurimum singulari equo militantes,stipendio non planè certo,sed è pagis collecto,ac pro merito, virtute, aut sæpius fauore distributo. Non rarò tamen ex hac classe ad digniores quoque prouehuntur. Qui in postre-

in postremis Europæ finibus collocati sunt in præsidiis, Inquingilar (quod prædonem significat) vocantur. Qui in Asiæ finibus eiusdem conditionis equites excubant, Curtlarets appellantur. Hi à tributi vectigaliumque solutione, quemadmodum Ianitzari & Spachi quoque liberi sine stipendio militant, rapto prædaque viuentes, quam non minus pacis quam belli tempore è finibus vicinorum agere possunt, neque hoc pacem, aut inducias violare existimant,sed militem virtutemq; exercere dicunt. Et quanquam prædones prædonibus opponantur, quintamque partem prædæ Turcæ Prefecto suo soluant, propinqui tamen Christianorum coloni, villiciq; ab his quietem menstruo adhuc tributo redimere coguntur. Vtuntur & hac ratione comparandi instruendique militis. Habet Turca singulis in vrbibus ac oppidis Præfectum ac Iudicem, hunc Sangeacz,illum Cadis appellant,qui familias omnes perscrutantes,sciunt qui Mahumeticæ,qui Christianæ sint religionis,coactis Christianorum Sacerdotibus baptizatorũ nomina certo tẽpore describta adferre. Si Christianus paterfamilias filiũ militaris indolis inter cæteros liberos habere iudicatur,militum tabulis inscriptum,parentibus indicta capitis fortunarumque pœna,iubent eum Christi legem non docere,sed his aut illis pro ætate armis diligenter instruere,adeò vt hoc de puero maior parentibus cura incumbat, quàm de reliquis omnibus. Si enim ægrotare contigerit,Præfecti Iudicisq; assessoribus nuntiant,inspicitur morbus an ab illis sit procuratus, an naturalis, grauissimeque puniuntur qui filios extinctos malunt,quam Turcis militare. Si tenuioris conditionis sit Christianus quàm qui filium ad militiam educare docereq; possit,è parentum sinu abreptum, aliquo Turcarum Regis horto (quos multos magnosque omnibus fermè habet ciuitatibus) claudunt, vt cùm ætas permiserit,fabris murariis,lignariis,ferrariis,aut fossoribus seruiat, primamq; ætatem labore, temperantia, Mahumeticaq; in lege transigat, ac tandem pro indolis ratione ad Ianitzaros,aut alios ordines transcribatur, eodemq; modo qui à parentibus sunt educati, anno duodecimo ad horti labores, Mahumetique legem transferuntur, paulatimq; parentum natiuitatisq; obliti, ad minores, mediocres, aut maiores militiæ, vel si mereri possunt, maximarum dignitatum Præfecturarumque ordines perueniunt. His,cæterisq; omnibus,vt debita stipendia singulis mensibus soluantur, oppidorum, pagorumque incolæ pro fortunarum religionisque conditione, annua menstruaque tributa omnibus de rebus soluunt, quę miseri quoque Christiani in capita conferre coguntur, exceptis extraordinariis exactionibus. Ditiones primum subactæ quartam omnium quæ possident, aut diurno ex opere lucrantur, præter iam dicta conferunt, adeò vt sæpius non sufficientes acerbissimis oneribus, proprios vænundare liberos, aut ipsi vænum ire cogantur. Qua ratione Beglerbei certos administrationis suæ annuos census scientes, omnibus stipendia soluunt, magnamque insuper pecuniæ summam singulis annis in Regis fiscum mittunt. Hac innixus disciplina Turcarum Rex, si bellũ ingruat, aut inferre statuit, quatuordecim dierum spatio, ducenta electorũ militum millia, bene persolutis stipẽdiis parata in armis habet, qui memores stipendiorũ, immunitatũ dignitatumq; quibus præ cęteris decorãtur hominibus pericula adire nulla recusant. Non enim apud Turcas præter seruos commemoratos nobilitas est, his honores, dignitates, ac tanti imperij administrationem impertit, immensisque eos opibus cumulat, quibus tamen sæpissimè mortuo parente, liberi rebus agendis, militiæque inidonei, aut alia leui de causa priuantur, quod omnium opes, fortunæque ex eius arbitrio pẽdeant, vitæ quoque ac necis in omnes æqualem habeat potestatem. Cùm expeditionem Turca parat, mirum quo ordine, ornatu, decoreque Ianitzari, ac Spachi in aciem prodeant, præcedentibus centum circiter Azapporum (pedites sunt tyrones euocatitij, vrbibusq; imperati) ac his triginta rusticorum millibus, qui ligonibus, dolabris, vectibus, securibus, similibusque instrumentis, facturi viam exercitui sunt instructi. Hostium finibus propinqui Ianitzari post Azappos in tres quadratas acies distributi proficiscuntur, vix maiori interuallo aciebus inter se discretis, quàm commune peditis tormentum vim suam exerere possit, latera tergaque maioribus bombardis sunt munita, postremam aciem decem electorum equitum millia claudunt. In Ianitzarorum secunda acie ipse Imperator conspicitur cinctus decem millibus veteranorum equitũ, quos Sulalars vocant, è veteranis prolatæque virtutis Ianitzaris, ad custodiam Regij corporis lectis, quibus plerunque tria lectissimorum Spachorum millia iunguntur, quorum si militares

Universidad de Deusto
Biblioteca

litares seruos connumeres, decem millia fortissimorum quoque equitum explent. Ianizzaris (vt dixi) præcedunt Azappi in varias acies, crescentis Lunæ speciem habentes distributi, qui siue pugna sit ineunda, siue ciuitas oppugnanda, primum semper hostium impetum excipere coguntur, eiusq; ardorem infringere, ac ferrum hebetare, iacturam horum Turca paruifaciente. Inter horum ordines quicquid supereſt tormentorum conspicitur. Beglerbei cum immenso equitatu Azapporum, Ianitzarorumque agmina magna circuitu lunata acie amplectuntur, adeò vt ad Turcici exercitus robur (quod è Ianitzaris Prætorianorumque equitatu constat) peruenire nō possit, nisi pulsis dissipatisque Beglerbeis, Azappisque, ac erepto æneis tormentis tempore, ne iterato reboatu globos immenso cum impetu denuo emittant, quod etiamsi feliciter succesſerit, nouus tum veterani exercitus impetus, aliorumque æneorum tormentorum vis est excipienda pellendaque, antequam de iusta absolutaq; victoria gloriari possit. Quod ad commeatum attinet, hac in re non minor est cura, ordo, diligentiaq;, quàm cæteris in rebus. Pauci enim seruos aut feminas habent, captiuis horum vsum supplentibus. In cibo enim ac potu temperantes sunt Turcæ, vinum enim Mahumetus omnibus interdixit, ac proinde vulgus sitim aqua; digniores saccaro, cinamomo, aliisque aromaticis fructibus ac corticibus decocta pellunt. Equi iumentaque dominorum continentiā imitati, viridi herba vt plurimum sunt contenta. In re Venerea non æquè continentes. Accepta enim à Mahumeto libertate, gens salacissima lasciuissimaque, nullo sexus discrimine habito, in omne libidinis genus fœdissimè fertur. Atqui hæc de disciplina, ordineq; militari Turcarum sufficiant. Scripsere alij diffusius, rationemq; instruendæ aciei, belliq; contra eos gerendi tradidere, interque hos doctissimè vir clariss. Augerius Busbequius, Imp. Maximiliani secundi apud Turcam diu legatus. Quare nil mirū, si his instructi artibus voluptuariis Asiaticis, inermibus, ac sine disciplina ordineq; certo vagantibus Africanis, perpetuoq; inter se dissidentibus digladiantibusq; Europeis tot regna eripuerint. Enimuerò nisi Reges Principesq; Christiani, suis singuli limitibus contenti, positis odiis, ambitione ac auaritia pacem colant, nobilitas desertis seductoribus in vnum sentiat, populus pristinæ obedientiæ memor, pulsis nouarum legum turbulentis conditoribus disciplinam admittat, ac vires opesq; omnes contra hostem, omnium saluti dignitatiq; infestissimum conuertat, proq; aris ac focis dimicare cogat, qui omnium fortunis capitibusq; insidiatur, verēdum est ne breui occupatis omnium Christianorum regnis, leges quoque nobis cum religione ac libertate eripiat. Sed iam ad Ioannis Intrepidi Turcicam expeditionem accingamur. Sigismondus igitur Lutzenburgius, Bohemiæ, Hungariæq; Rex, ac Romanorum in Occidente Imperator, ægrè ferēs Baiatzethum non contentum ditionibus Cōstantinopolitano Imperio ereptis, insuper Bulgariam prouinciam suam pro maiori parte occupasse, missis legatis vt eam restituat iubet, nisi in vnum coactis omnium Christianorum viribus, ipsum ferro persequi ius suum malit. Baiatzethus legatos (responsum post paucos dies pollicitus) honestè excipi, ac pro Imperatoris dignitate tractari iubet, summa interim diligentia quæ in Bulgaria restabant in potestatem redigens, tum vocatis legatis ita respondet: Quæritis quo iure Bulgariam occupem? hoc, inquit, monstrato exercitu ad pugnam instructo. Proinde si Imperator vester meliori iure se niti existimet, prodeat, ac libellos suos exhibeat, spero me tales causæ meæ patronos productum, qui tabulis eius per omnia probè satisfaciant. Hoc responso legati muneribus donati in Bohemiam reuertuntur. Sigismondus Barbari fraude superbiaque irritatus ad vltionem se parat. Promisso igitur obsesso Imperatori Constant. breui auxilio, in Hungaria, Bohemia, Austria, vniuersaq; Germania militem conscribit, ac ab omnibus Christianorum Principibus auxilia postulat. Italia parum præstitit quod in Ecclesia dissidio Cardinalium summi Pontifices duo creati forent, quorum alter in Prouincia Lugdunensi vrbe Auenione, alter Romæ sedem habebat, scisso orbe Christiano in partes duas, his Auenionensem, illis Romanum, pro vero legitimoque Pontifice agnoscentibus. Cæteri Italiæ Proceres in ordinem ferè erant redacti, quòd Ioannes Galeacius Mediolanensium Dux primus (de quo iam ante) Italorum Principum sui temporis potentissimus, regnum Italiæ affectaret. Quare Sigismondo ex Italia nil præterquam voluntarij aliquot milites accessere. Anglia Hispanico, Francicoque bello implicita, paucos etiam tantum voluntarios misit, quemadmodum neque Hispania, quod Castellæ Portugalliæq;

galliæq; Regum amicitia nondum confirmata, inuicem non satis fiderent, vexarenturq; perpetuò Hispanicorum Maurorum bello. Sed Francia eo tempore peditum equitumq; militarium fons quidam perennis, non contemnendam veteranorum manum Sigismundo misit, quod Rex Carolus omnibus qui ire volebant potestatem fecisset. Ioannes Intrepidus patrem importunis precibus vrgebat, vt nobilibus itineri se accingētibus, comes ire posset. Audax generosum filij consilium, quanquam cum summo periculo coniūctum impedire nolens, consensu Regis voluntariorum eum militum ducem nominat. Exinde arma sumpsere multo plures, vtriusque conditionis veterani, quòd Audax supra omnes Francorum Proceres apud Francos, Burgundos, Anglos, Belgas, ac Hispanos imprimis diligeretur. Contulere ad instruendum Intrepidi comitatum, iuuandosq; tenuioris conditionis nobiles Burgundiæ ordines, centum vigintiquinque millia aureorum liliorum, præter alia sexaginta millia à Burgundis nobilibus, longinquam militiam detrectantibus liberaliter collata; adhæc ducenta aureorum liliorum millia à Flandris donata, quo bona eius cum venia, sub Romani Pontificis statutis, religionem exercere possent. Iuere cum Intrepido è prima Francorum nobilitate, Philippus Artesius Eusij Comes Magister equitum, Comes Marchæ, Hendricus ac Philippus Barrensis, Cuchiacus, Guido, ac Guilielmus Trimulius, Ioannes Viennensis maris Præfectus (Francі Ammiralem vocant) Buciquantus castrorum Præfectus (Marscalcum vocant) Comes Fani D. Pauli, Roiæ, Montereli, Riueræ, Antungi, Fani D. Piati reguli, Lodouicus Harsellius, Lodouicus Frisius, Ioannes Drinchemus tres Lodouici Malani Comitis Flandriæ filij nothi, delectuq; habito, octo equitum, quatuor electorum peditum millia recensuerunt, ac inter hos supra tria virorū nobiliū millia. Ineunte vere, anno 1396. è Frācia proficiscuntur, primā acie Magistro equitum, Intrepido mediam in qua pedites erant, maris Præfecto postremam ducente. E Burgundia, Monbelgardo ad Rhenum, indeq; per ditionem Badensem, finesq; Sueuorum, Bauarorumque in Austriam perueniunt, militemq; ex itineris lassitudine reficiunt. Duxerat enim Austriæ Ducis filius Intrepidi sororem. Postremò Budam Hungariæ vrbem ad Imp. castra felici itinere appellunt, excipiunturque magna cum lætitia. Post tertium quàm venerant mensem Imperator, rebus omnibus paratis, quarto Nonas Iulij castra mouens, centum instructus bellatorum millibus, octauo die Danubium transmittit, rectāque Bulgariam, non ita dudum à Baiatzetho occupatam petit. Cùm exercitus hostilem terram attigisset, Imperator Intrepidum trecentósque eius comitatus nobiles, equestri ornat dignitate, quo fortiter contra Christi hostes pugnando, dignitatem insigni edito facinore mererentur: vniuersus verò exercitus hoc incedebat ordine. Hungariæ Magister equitum viginti equitum Hungarorum, ac decem peditum millibus instructus, quòd Turcicæ militiæ disciplinam callerent, præcedebat. Secundam aciem Francorum Magister equitum, non mediocri militum manu incedens, externos omnes ducebat. Postremam aciem Bohemiæ Vicerex regebat, sequente Bohemiæ Germaniæque nobilitate. Ipse Imperator omnes acies perequitans, comitatus Intrepido, cęteriśq; Principibus, quæ necessaria videbantur imperabat; quarum rerum aspectus, non paruo Intrepidum afficiebat gaudio, existimantem non solum his copiis Bulgariam recuperari, sed Turcam vniuersa Asia pelli posse. Hoc igitur ordine proficiscentes, Nicopolim Bulgariæ caput petunt, eo animo vt eam expugnent, aut cum Baiatzetho liberare obsessos volente prœlio decertent. Nil igitur post tergum hostile relinquendum censentes, oppida, castellaque omnia quæ occurrebant expugnant, diripiunt ac incendunt, exceptis quæ voluntaria deditione in potestatem veniebant. Quare instantibus Cal. Septembribus, omnes Rasciæ Bulgariæque munitiones in manus Imperatoris, excepta Nicopoli, venerunt, quam variis locis obsessam, frustra sæpius oppugnant. Erat enim vrbs ampla; natura arteq; munita, tuebaturque (non numeratis ciuibus) ab octo Turcarum equitum millibus, quibus quatuor præerant fratres, è quibus bini ad vrbis custodiam remanserant, reliqui ad Baiatzethum profecti, de Christianorum viribus apparatuque, cum instruebant, ac ad auxilium ferendum vrgebant. Intrepidus munitæ vrbis longam fore obsidionem videns, neq; Baiatzethum ad confligendum, liberandosque obsessos properare, iuuenili ardore impatiēs moræ, conuocatis Francis proceribus persuadere conatur, vt dum Imperator vrbem oppugnat, in vlteriorem Bulgariam expeditionem cum exteris suscipiant: quod cùm singuli satis

Universidad de Deusto
Biblioteca

li satis probarent, exploratum tamen prius paucos statuunt mittendos, eligiturque ad hãc rem Cuchiacus, qui consentiente Cæsare sexto idus Sept. comitatus quingentis Francis, mille Hungaris Lancearijs, ac centũ Anglis Balistarijs equitibus Nicopoli profectus, omnia incendijs populationibusq;, quaquauersum veniebat, peruastabat. Turcæ proximis in oppidis excubantes quindecim millia equitum in vnum coacta, oportuno loco, castris munitis considunt, facilè vlteriorem agrorum vastationem prohibituros se existimantes. Hungari præcursores Cuchium de Turcarum copijs certiorem faciunt, eorumque castra vno latere fluuio, silua altero muniri docent. Is cum maxima copiarum parte profundissima siluæ parte se abdit, indicto suis silentio, ac vt equorum hinnitum impediant iusso. Roiæ verò ac Fani D. Piari Regulos trecentis lancearijs, ac quinquaginta attributis ballistarijs, in conspectum hostium proficisci, eósq; ad pugnam irritare iubet, sensimque cedendo, extra munitionem pertrahere. Turcæ conspecta paucitate, mille in eos equites emittunt, quos cum facilè Christiani sustinerent, duo millia addunt, tum se premi simulantes sensim cedunt, Turcæ ferociter instant, aduolant cæteri qui in castris erant, victoriæ prædeque (vt putabant) exploratæ participes esse cupientes, tantoque ardore syluam præteruehuntur, vt à tergo occupatis eorum castris Cuchius instaret, antequam primi hostem ibi esse scirent, donec clamore, ac fuga à tergo percepta, maiores quàm erant Christianorum copias rati diuersas in partes dilaberentur, sed Hungaris insequentibus, supra tria Turcarum equitum millia paucis captis, cecidere. Cuchius nemine desiderato in castra reuersus summo verborum cum honore ab Imp. ac intrepido excipitur, omniumque sermonibus celebratur. Verùm Philippus Artesius secreta æmulatione tactus imprudenter Cuchium fecisse dicebat, quod cum tantillis copijs iusto hostium cum exercitu esset congressus, ac parum decore, quòd Ducem intrepidum, honoris participem non fecisset. Sed Imp. ac Intrepidus, occasionibus vtendum gnari, facilè sentiebant proficisci verba Artheſij ex animo gloriæ Cuchij inuido, ac proinde eum nouæ victoriæ, non immensæ quæ subsecuta est stragi, occasionem daturum sperabant. Baiatzethus de obsidione Nicopolis ac suorũ aduersa pugna certior factus, quod tamen vrbs viris commeatuque ad menses aliquot esset instructa, per otium quæ ad leuandam obsidionem necessaria erant parabat. Tandem acceptis ab Ægypti Sultano triginta equitum millibus, Nicopolim recta contendit. Noscebat Christiani exercitus copias vireſque Rex Barbarus, edoctus non solum à variis exploratoribus, qui magno sumptu conquisiti in Christianorum Principum aulis ignoti obuersabantur, sed imprimis à Ioanne Galeacio Mediolan. Duce primo. Naturæ enim congruentia iamdudum inter eos fœdus amicitiamq; conciliarat. Erat enim vterque tyrannus insatiabilis ambitionis, affectans Galeacius regnum Italiæ, quod Germaniæ Imperatoribus semper de Imperio inter se contendentibus, aut cum summis Pontificibus dissidentibus, parum res Italas cordi esse videret. Variis igitur artibus procerum Italicorum Princeps effectus, potentia quoque ac diuitijs omnes superabat, indignè ferens filiam Valentinam (vt in Audacis vita scripsimus) pro venefica haberi, ex aula Regia proscribi, ac mariti Lodouici indignationem ei procurari. Proinde sæpius Regi Carolo sexto, eiusque patruis scripserat, ne suam filiæq; dignitatem lædi paterentur, sed inimicorum mendacijs circumuentæ, antiquum honoris gratiæque locum restituerent. Filiam genero facilè reconciliat. At Rex eiusque patrui literas Galeacij parui pendebant, quod adeò ferocem animum pupugit, vt occulto cum Anglis fœdere inito, Prouinciam se Lugdunensem inuasurum promitteret, quamprimum eorum exercitum in Aquitania, Picardiaque bellum gerere audiuisset. Sed cùm inducias Angli Francique in triginta annos paulò pòst pepigissent, animi indignationem concoquere Galeacius est coactus. Interea hoc Turcico orto bello, plenè à genero de apparatu intrepidi, omniumq; Francorum edoctus, vindictæ tempus venisse ratus, adeo exacte omnia Baiatzetho transscribit, vt ne nomina quidem Francicorum aliorúmq; procerum omitteret, cõsilium addens, quo pacto cum exercitatissimis variis bellorum casibus viris bellum gereret, idque eo diligentius, quod intrepidum exteris præfectum sciret, cui familiæ imprimis male volebat, stare per eam iudicans, quo minus gener Lodouicus, filiáque Valentina Galliarum Reges conspicerentur, quod extremis semper votis expetierat, quo eorum auxilio Italiæ regnũ facilius inuaderet, de qua Galeacij profunda ambitione Baiatzetus edoctus,

secretissimo-

secretissimorum quoque eius consiliorum particeps factus, non vulgaribus eum donis, maioribusque promissis in amicitia cõtinebat, scriptis verò eius sine vlla suspicione fidem adhibebat. Certus igitur Galeacij literis de Cæsaris Sigismõdi viribus, apparatu, militum, præfectorumq; numero ac virtute, exactissimo delectu veteranorum habito, equitumq; auxilijs ex Ægypto acceptis, cum ducentis quinquaginta virorum millibus, ad leuandam obsidione Nicopolim magnis itineribus relicta Constantinopoli properabat, quintoque Cal. Octobres circa meridiem Hungari exploratores Baiatzethi aduentum Imperatori magno cum tumultu nuntiant. Intrepidus strata mensa prandens, relictis dapibus prælij signum suis in castris proponit. Temporis momẽto Franci, exteriq; omnes armati ad eius tentorium pulchro ordine conspiciuntur, ac quod non ita pridem in concilio prima eis acies certo Hungarorum cum numero permissa foret, his non expectatis, neque dum Imperator vniuersum exercitum ad pugnam instruxisset, iniussu ad pugnam primi soliq; properant. Imperator re cognita, misso castrorum Præfecto, iubet ne cum hoste manus conferant, priusquam signum dedisset, ac plenè de hostium aduentu acierumq; eorum ordine esset edoctus. Philippus Artesius animaduertens Cuchium, cæterosque ordinum ductores consilium Imp. probare, eiq; vt obediant suadere: Vultis (inquit) Hungaris, Bohemisque victoriæ decus concedere, sed nequaquam permittam, pristinæ vt Francorum gloriæ virtutique hodie ab exteris ignominia inferatur. Proinde qui Regis Caroli dignitatem saluam velint, me sequantur, explicatoque Regio vexillo ad pugnam progreditur, sequente alacriter Intrepido. Sequuntur eodem momento Regis signum, cęteri Franci exteriq;, quanquam prudentiores nil boni ominarentur, quorum è numero Ioannes Viennensis maris Præfectus, ita Cuchium alloquitur: Sequamur ferocem, stolideque imperiosum Magistrum equitum, cùm rationi nec consilio sit locus, ne aliquando Franciæ decus, Regiamque dignitatem neglexisse accusemur, ac de ignauia iniuste cõdemnemur, cùm necessariò semel morti locus tempusque sit tribuendum. Sigismondus Imp. Francorum inconsultò feruore conspecto, summa cum diligentia exercitum instruebat, hæc astantibus Proceribus vaticinatus: Vereor ne hodie Francorum stolida arrogantia, magnæ nobis cladis occasionem præbeat. Iam acies in conspectum venerant, incedebatque Baiatzethi exercitus, veterum Turcarum more lunata acie, mediũ Ianitzaris, inter quos ipse conspiciebatur, tenentibus, hisq; omni equitatu in speciem crescentis lunæ munitis, præcedebant Azappi, hos decem equitum millia, è cornibus deducta, eorumq; acie quàm maximè fieri poterat in latitudinem extensa, vt immensæ multitudinis aduentu hostes terreret: quibus Franci primùm obuiam tanto in eos impetu feruntur, vt compluribus interfectis loco cedere, atque in apertam Azapporum aciem fuga sibi consulere cogerent, inter quos (quod maior pars ferro non sit tecta) horrendam deinde stragem, victoriam sæpius magnis vocibus ingeminantes edebant. Verùm ab adueniente noua lunari acie in medium recepti, ac à coëuntibus cornibus vndique clausi, cùm explicare aciem non possent, sed à fronte ac lateribus statariam inire pugnam cogerentur, equites omnes ex equis desilientes, æquato cum peditatu periculo, atrocem cruentamque cum Ianitzaris ac Spachis ineunt pugnã. Equi sessoribus vacui liberi inter duos exercitus campo vagabantur, quòd cùm aduenientes Hungari conspexissent, Francos exterosq; omnes interfectos rati perturbãtur, ac antequam duces explorata veritate hos animassent, Franci cum immensa multitudine pugnando defatigati, quod in tempore eis succurri nõ potuisset, in orbem aliquandiu strenuè pugnantes tandem opprimuntur, maximaque parte interfecta, reliqui viui in hostium potestatem deueniunt. Hungari primum Baiatzethi agmẽ cruore conspersum aduenire videntes, projectis nõ tentata pugna turpiter armis, nulliusque imperio parẽtes, fugam Danubiũ versus arripiunt, ac ab insequente Turcico equitatu magno numero interficiũtur. Imperator Sigismondus ac Rhodiorum equitum Præfectus, quinque tantùm nobilibus comitati viris, ac fortuito casu duobus lembis in rinopolim, Rhodum, Dalmatiam, Croatiamque petens, post decimum octauum ab accepta clade mensem in Hungariam tandem rediit. A parte Francorũ cecidit Ioannes Viennensis, Guilielmus Trimulius cum filio Montarelli domino, Guilielmus Eusius, Bornus, Montaguellius, Philippus Barrensis, tres Lodouici Malani filij nothi, multique alij inferioris

Universidad de Deusto
Biblioteca

rioris dignitatis viri nobiles, morte tamen, occisis Turcarum circiter viginti millibus, non inulta. Capti sunt Ioannes Intrepidus, Marchæ Comes, Philippus Artesius cladis auctor, Cuchius, Hendricus Barrensis, Guido Trimulius, Buchiquatus. Hi cum aliis viginti quinque, quòd e prima nobilitate essent, speraretque pro eorum redemptione auarus tyrānus magnum auri pondus, in carcerem non satis decorum conijciuntur. Sexcenti captiui nobiles, militumque vulgus in lineam vsque vestem exuti, pulsiq; inter Ianizarorum stationes, gladiis (quos cimiterros vocant) incuruis, ad satiandos tyranni sanguinarios oculos, parentandúmque sanguini Turcarum qui occubuerant, in partes secantur. Sunt qui scripsere Ioanni Intrepido vitam concessam, quòd Turca quidam, qui se ex hominum vultu, corporisque lineamentis, prosperam aduersamque fortunam, ac fatum prædicere posse profiteretur, Baiatzetho dixisset: Viuat nobilis ille, eius enim opera causaque, plus Christiani sanguinis profundetur, crudelioráque inter se bella gerét, quàm credi aut sperari posset. Ducitur exinde Intrepidus cum viginti quinque nobilibus in vrbem Bursam, olim Prussia Bithyniæ caput, vbi Cuchius mense Ianuario anni 1397. animi mærore moritur, cadaueráque aromatibus conditum in Græciam ad sepulturam mittitur, sequitúrq; eum paulo pòst eodem in carcere aromatibus à putrefactione conseruatus Philippus Artesius, quorum morte Baiatzethus motus, veritus ne tandem omnes tædio carceris alieno sub cælo interirent, deperirétque sibi maior pro viuorum redemptione summa, cæteros (ducentis ducatorum millibus extortis, ac pro auro Venetorum, Genuensiúmque mensariis spondentibus) custodia dimittit. Audax à Flandris pecunia adiutus Venetias statim Genuámque ad fidem liberandam mittit, reuertitúrque cum cæteris Ioannes Intrepidus Parisios mense Martio, excepto Guidone Trimulio qui Rhodi, ac Hendrico Barrensi qui Venetiis obiit. Postrema Baiatzethi ad Intrepidum cæteris præsentibus verba fastu barbarico plena, quòd digna sint visa quæ posteris ad memoriam relinquantur,

« huc inferere visum est. In hunc itaque modum per interpretem est locutus: Scio te præ-
« claro nobilique ortum genere, potentes habere parentes, consanguineos, affines, amicos
« ac clientes, patrémque tuum, cuius tu es filius natu maximus, post Regem omnium Fran-
« ciæ Procerum potentissimum esse, téque animum circumferre excelsum, vultus tui fe-
« rocia satis loquitur. Proinde ne aliquando huius meæ victoriæ vltor exoriaris, te cæteris
« cum nobilibus iure belli captum, interficere possum, aut iureiurando adigere, quandiu
« vixeris, contra me, successores meos, legémque Mahometis nũquam arma sumpturum.
« Verùm absit vt ignobili pœna, degeneri ductus terrore, in priuatos sæuiam Proceres, qui
« in hoc à Deo magno creatus sum, vanam vt Christianorum superstitionem palam publi-
« céque expugnem extirpémque. Quare si aliquando huius inauspicatæ expeditionis, car-
« ceríque recordatio animum tuum ad vindictam stimulauerit, desideraueríque bellicæ
« virtutis opinionem, antiquum gentis generisque honorem, familiáque dignitatem re-
« cuperare, cupio enixéque peto, vt congregatis omnibus amicorum, Francorúmque viri-
« bus, semel iterum atque iterum experiaris, Orientem ne an Occidentem Deus Opt.
« Max. terrarum orbi leges dare voluerit, decreueritque fortuna futuro tibi magis tempo-
« re, quàm nunc fecerit, fauere, promitto te operam frustra non sumpturum, prodibo meis
« amicorumq; viribus instructus in aciem, ne generosus ille animi tui ardor non inuento
« aduersario frustra deferueat. Rettulit hæc Intrepidus distertis sæpe verbis, Regi, ac Fran-
corum cæterarumq; nationum Proceribus. Sed cùm singulis domi bella non deessent, longinquam contra potentissimum ac felicissimum hostem militiam horrebant. Hic finis, euentusque fuit Bulgaricæ Ioannis Intrepidi expeditionis, quo è tempore, periculo ac experientia prudentior factus, multo pace belloque moderatior est habitus. Parentibus exinde iustis persolutis, Dux Comesq; Burgundiæ, Artesiæ, ac Flandriæ Gandaui vndecimo Cal. Maij anno 1405. prout pater testamento voluerat, inauguratur, statimque exercendis paternis inimicitiis animum adiiciens, collimat omnia iræ odiiq; tela in cognatum Lodouicum Aurelianum, quasi hæreditarium hostem, tam obstinato præoccupati iudicij proposito, vt per omnem vitam nil aliud animus cogitarit nulla alia se re sensus exteriores interioresque magis fatigarint, pauca alias ob causas bella gesserit. Erat enim vterque ambitiosus, turbulentus, ac fastuosus, quique Regem mentis egentem, ac regnũ gubernare pro arbitrio cuperet, ne & iis temporibus calamitatũ duces causæq; deessent.

Actum

Actum antè paucos menses fuerat de nuptiis Lodouici Ducis Aquitaniæ filij natu maximi (quem tum Delphinum Franci vocabant) Regis Caroli sexti cum Margareta Intrepidi filia natu maxima, ac Philippi Comitis Charoloi vnici Intrepidi filij cum Michaele filia Regis Caroli secundo natu, quas Rex, Regina, maiorque Fráciæ procerum pars, solo excepto Aureliano, valde probabat. Timebat enim ne Regijs nuptijs confirmatus, inuasis regni habenis, ad se opprimendum properaret. Quicquid tamen contrà moliebatur, non solùm in nuptias ab vtraque parte est consensum, sed tabulis ritè factis obsignantur. Quãobrem Aurelianus, bellum cum irreconciliabili hoste ac capitali inimico gerendum iudicans, ad corradendam vndique pecuniam animum intendit. Non enim nisi alterius partis internecione odium sopiri posse existimabat. Consentiẽte igitur phrenetico Rege, nouam per vniuersam Franciam, ditionesque quæ beneficiario iure ab ea dependent, pecuniarum collationem indicit. Intrepidus quò tenderet Aurelianus intelligens, præter necessitatem populum grauari palam querebatur, quòd diuturnas cum Anglis pepigissent inducias, veteranis verò è veteribus solutum esse tributis, quæque soluenda restarent ex annuo regni cẽsu numerari posse: Populi igitur opes ad maiorem necessitatem esse reseruandas augendasq;. Hæc in vulgus sparsa incredibilem Intrepido apud Fráciæ populum præcipueque Parisienses, amorem fauoremq; conciliarunt: cõtrà Aureliano acerrima omnium odia; quo tamen ille neglecto, in tributi exactione perseuerabat. Intrepidus Burgundis, Artesijs, Flandrisque vetat, ne obolum conferant, vnde arrepta Aurelianus occasione, regijs liberis alias quærit nuptias. Intrepidus conatum eius impediturus, per legatos à Rege Reginaque petit, vt sponsalia solennibus tabulis consignata sarta tecta esse velint: cúmque frigido cum responso legati domum essent reuersi, ipse Parisios proficisci statuit. Violantur interea inter Francos Anglósque inducię. Quare quòd postremo Flandri bello cum Francis steterissent, Angliæ Rex Comitem Penbroci maris præfectum instructa quinque militum millibus classe ad Sluzam Brugensium portum expugnandam mittit. Quumque repentino impetu summa vi oppidum inuasisset, lethali accepto vulnere, desideratisque supra sexaginta millibus, irrito conatu discedit. Intrepidus maritimis in locis præsidijs collocatis, Gandauo septem virorum millia educit, numeroq; in itinere aucto, festinanter Sluzamis auxilio proficiscitur. Sed Thomas Clarenciæ Dux Anglorum Præfectus re intellecta, peruastatis proximis quamlatissimè agris, cum præda ad naues reuersus, in altum cum classe contendit. Intelligebat Intrepidus ab Aureliano hãc excitatam tempestatem, quòd eodem tempore Reginam, ac Lodouicum Delphinum, cum desponsã ei vxore filia sua Margareta in potestatem redigere esset conatus, vt in Germania vxorem filia sua repudiata quæreret, persuasaque iam erat Regina, vt Aurelianũ Melunũ proficiscentem sequeretur, subsequente Lodouico Delphino, Lodouico Bauaro fratre Reginæ, aliisque eiusdem factionis nobilibus. Sed Intrepidus Parisiensium literis certior de profectione factus, citatis insequutus equis, Delphinum ciúsque comitatum inter Villanouam Corbeilamq; repertum Parisios reducit, tanto ciuiũ gaudio, omnis vt ei sexus ordinisque homines gratulatum ex vrbe prodirent. Post paucos exinde dies supplicem Regi exhibet libellum, petens plærisq; in rebus regni administrationem nouaret, legesque nonnullas municipales immutaret, ac ad populi commoditatẽ vtilitatéq; reduceret. Quum satis æquè ei esset à Rege responsum, cum fratribus clientaris officij iusiurãdum præstat, ipse causa Burgundiæ, Artesiæ, ac Flandriæ; Anthonius ratione Rethellæ; Philippus ob Neuersij beneficium. Interea Intrepido è Belgis in auxilium adducit Ioannes Baruarus, electus Leodiensium Episcopus, cuius sororem in matrimonio habebat sex veterapatis Parisijs, Regeq; in potestatem redacto, Burgundos pelleret. Sed cùm iusto præsidio præoccupatam à Burgundis vrbem reperisset, haud procul mœnibus instructa acie pugnę copiam facit, ferebantq; eius equites sericis lancearum linteolis acu inscriptum, *Iacio aleam*: Intrepidus Belgis Parisiensibusq; contra eductis haud longè famoso sceleratorum illo (Montfaucon vocant) patibulo suos ad pugnam animabat, purpureis lancearum fastiis exaratum ferentes, *Accipio conditionem*. Quum iamiam concursuri viderentur, opera Reginæ, fratris eius, Regis Nauarræ, Angium, Biturigum, ac Borbonij Ducum, Regiorumq; consiliariorum secunda subitò pax inter minantia conficitur tela, confirmaturque

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus diuini humaniq; iuris vinculis solennitatibusq;, eo vsque vt inuidi Duces medio nudoque campo, omnium in conspectu inuicē cōplecterentur ac exoscularentur, eodemque momento exauthoratis militibus ab armis discederent, reuertereturq; Intrepidus cum fratribus in Arteſiam ac Flandriam, vbi post paucos dies mense Ianuario anni
1406. 1406. Rex missis literis administrationem Picardiæ ei mandat: is verò eò suo nomine statim mittit Gulielmum Viennensem Fani D. Georgij Regulum sexcentis cum equitibus, ac quatuor peditum ballistariorum millibus, qui necessaria loca præsidiis occupantes, nō parum Anglis molesti fuere. Exinde Intrepidus filiam Mariā matrimonio collocat Adolpho Marcano Cliuensium Comiti secundo huius nominis, qui anno 1417. ab Imperatore Sigismondo in Consilio Constantiensi primus Cliuię Dux fuit creatus, pauloque post filiam Aubinam despōdet Comiti Ponteuirio Britono. Eodem ferme tempore Aurelianus filio Carolo natu maximo in vxorem dat Isabellam fratris sui Regis Caroli sexti filiam, viduam Richardi Anglorum Regis, quibus nuptiis magna cum pompa vtrinque finitis, paceq;, denuò inter cognatos renouata, Aurelianus iusto cum exercitu ad obsidionē Burdigalis, quam Angli adhuc tenebant, regis iussu contendit, intrepido non minoribus copiis, magnoque tormentorum apparatu, ad obsidendum Caletum proficiscente. Cùm vterque aliquandiu Anglos oppugnasset, prior Aurelianus motis castris obsidionem soluit, secreto, vti ferebatur, cum Anglis fœdere inito. Quare cùm iam facilius Angli Burgundis resisterent, Regique esset persuasum, expugnari hoc tempore Caletum nō posse, missis literis iubet, vt dimisso exercitu oppidum quoque relinquat. Paret, sed cùm sibi persuasisset Aurelianum honorem expugnati Caleti sibi inuidentem hæc procurasse, fixoq; animi decreto in familiæ Burgundicæ exitium cōiurasse, odio iram circum præcordia exagitante, ac ad extremam vindictę auiditatem animum inflammante, prœoccupare inimici consilium optimum censens, è medio Aurelianum tollere statuit, experturus ea ne ratione obtenta regni ægrotiq; Regis administratione, Frāciam intestino liberare possit bello. Dum aptos ad consilij executionem viros disquirit, moritur mense Decembri Ioanna Brabantiæ Princeps, creaturque eius loco dux frater Intrepidi Anthonius Burgundus. Eodem ferme tempore vrbe pellunt Leodienses Ioannem Bauarum electum Episcopum, quod (vti promiserat) sacris nō initiaretur: quæ res, vt paulò pòst narrabimus, cruento bello occasionem dedit, eliguntque eius in locum Hendricum Pervueisium Canonicum, è Brabantiæ Ducum stirpe ortum, sed qui Pontificis Gregorij consensum ob-
1407. tinere nunquam potuit. Peruenerat interea Intrepidus initio anni 1407. Parisios, lectisque certis fidisque hominibus, interficiēdi Aureliani occasionem secretissimè vestigabat, idemque Aurelianus Intrepido struebat, sed is nisi iusto satellitum numero stipatus, magnaq; Parisiensium multitudine septus, ac sub vestibus armatus in publicum non prodibat, & quod antè tenebras se semper domum conferret, occasionem inimicis patrandi facinoris non dabat, multoque Aurelianus securior incautiorque, quod immensa ciuium odia temerè negligeret, manus hostium vitare nō potuit. Intrepido enim Parisiis in ædibus Atrebatensibus agēte, nono Cal. Decemb. vesperi paulò pòst horam septimam, apud Barbettæ portam Aurelianus interficitur, simulatè per regium cubicularium, iamdudū à Burgundis corruptum, Regis nomine ex ædibus Reginæ vocatus, septemque tantum viris nobilibus comitatus ad Regem pergens. Facinoris præfecti erant quatuor: Rolandus Antouillius Nortmannus, Guilielmus ac Thomas Corteſiij, Ioannes Motta, qui quatuordecim alios sibi asciuerant sicarios. Cùm ex improuiso insilientes primo ictu sinistram Aureliano amputassent, arbitratus eos ignorare quem ferirent, alta voce exclamat: Quid agitis? Ludouicus Aurelianorum Dux Regis sum frater. Tum vnus sicariorum: Te Regis regnique proditorem quærimus, simulque eum omnes vno impetu inuadentes equo deturbant, vulneribúsque vniuersum corpus lacerant, adeò vt perfracto cranio, cerebrum per viam spargeretur. Vnus è comitatu vir nobilis, qui ei olim à manibus seruierat, propria morte domini vitam defendere conatus, supra cadentem confoditur. Reliqui sex Comites, fuga ad Reginæ ædes delati, miserabili voce auxilium inclamabant, quod priusquam aduenire posset, sicarij ad ædes Atrebatensium se contulerant, diuersisque regionibus, quo insequentes morarentur, ferreos murices, asteriscósque probè aculeatos disseminauerant, idque ad certa viarum spatia, ne

tia, ne ex iis fuga prodiretur. Elapsa semihora Aureliani cadauer in propinquas domini Rieussij ædes portant, indéque ad Cœlestinorum cœnobium delatum in Sacello olim sumptu suo ædificato sepeliunt, Intrepido cæteris cum proceribus sepulturæ astante, ac feretro manum pro more adhibente. Occluduntur vrbis portæ, Præfectóque cura inquirendorum latronum demandatur, sed cùm diligenter officio functus neminem reperisset, Si (inquit) mihi potestas fiat in Principum nō minus, quàm plebeorum ædes sine dissimulatione inquirendi, breui sicarios me inuestigaturum spero: quod ei concessum. Intrepidus intelligens, ne facinoris authores se inspiciente ad supplicium traherētur, patruo Biturigum, ac cognato Angium Duci (quòd his nunquam cum Aureliano satis conuenisse sciret) à cæteris seuocatis, præsenti animo apertè confitetur, suo iussu procurationeque factum à Rolando Antouillo, cui Aurelianus honorificum quæstuosumq; officium olim à patre Audace collatum eripuerat, se verò cognatum è medio tolli curasse, quod populum iniqua tyrannide premeret, Regis, Regiorumque liberorum, ac suam mortem meditatum esse sciret, quo tādem regnum, quod semper affectarat, inuaderet. Dicti Principes temeritate cognati, ac singulari audacia attoniti, nullo reddito responso, nec eo (vt solent) vocato, ad consilium capiendū secesserunt: quo ille animaduerso, quòd cum exiguo comitatu ad vrbem venisset, cum paucis clam discedens, non quieuit donec per interpositos equos citato itinere, subsequentibus octodecim percussoribus, Baupamę in Atrebates peruenisset. Valentina Aureliani vidua, liberis, decoroque comitatu septa Regi ad genua procumbens, vt de iniusta viri nece ius fiat, submisso vultu, ac genis lachrymarum multitudine madentibus petit. Promittit Rex sibi vltionem fraternæ necis curæ futuram, quū primum plenè vereque de facinore foret edoctus. Peruenerat Intrepidus mense Ianuario
1408. anno 1408. Insulas, conuenerantque eodem ordines omnium suarum ditionum, quibus cum causas cædis probasset, Gandauum ad vxorem profectus, libellum publicat, quo cędem iustè iureq; factam videri credique volebat, promittuntque ei non solùm omnes subditi, sed vterque etiam frater, extremam contra hostes operam, quod Aureliani paulò antè hostiles probrorumque plenas ei misissent literas, quibus adeò parum mouebatur, vt vocatus Ambianum à patruo Biturigum, ac cognato Angium Duce, qui cōsanguineorum sopire conabantur ciuile bellum (verebantur enim ne se Intrepidus Anglis fœdere iungeret) comitatus fratribus, Comite Cliuiæ, Namurci, ac tribus veteranorum equitū millibus proficisceretur, supraque forium vbi diuertebatur limen superum, in modū Burgundicæ crucis (quæ hoc modo ✕ solet pingi) duas collocari iuberet trāsuersas hastas, hāc ferrea acuta acie rigētem, alteram obtusa cuspide innoxiam, significare volēs, bellum pacemque se proponere, eligerent quod luberet, sed de pace nulla ratione conuenire poterant. Nam cùm Aureliani iustam honorificamq; satisfactionem, ac in percussores omnes animaduerti peterent, Intrepidus contra sibi, illisque gratias agi, referrique deberi contendebat, quod potentem, vafrumq; Regni insidiatorem, Regiæque valetudinis existimationisque hostem, è medio sustulissent. Quare cùm inter exacerbatos diuturno odio animos pacem Principes crudo adhuc vulnere fruſtra se moliri conspicerent, Parisios profecti Regis nomine Intrepido mandant, nisi vocatus ad vrbem non veniat, sed is ea patuipendens, statim quatuor militum millibus munitus eos subsequitur, presente Rege causam suam purgare velle dicens. Parisiensibus gratissimus eius fuit aduentus, sperātes exactionibus ab Aureliano inuentis, se eius aduētu liberatum iri. Postridie Nonas Martij, quòd Rex in furorem recidisset, Senatus ei datur. Patrocinabatur eius causæ Monachus ordinis Franciscanorum Theologiæ Doctor, summus eo tempore Parisiis Orator habitus, nomine Petrus Breuis: Accusationis summa hæc fuere capita. Lodouicum Aurelianum regnum affectasse, ac vt eo perueniret, veneficiis Regiam valetudinem labefactasse, liberorum eius mortem quæsiuisse, secreto fœdere cum Hēdrico Anglorum Rege contra fratrem Regem coniurasse, vt quemadmodum is patruelem Richardum, ita ipse fratrem Carolum regno pulsum interficeret, dissidium inter regem Reginamq; serere tentasse, quo Regina in potestatem redacta faciliùs cum ægroto Rege pro lubito ageret, occupasse beneficiariis militibus oportuna regni munita loca, quo necessario tēpore contra Regem vsui forent, petiisse à summo Pontifice Benedicto, fratre Rege inidoneo declarato, ipsi cura regni demandaretur. Debuisse igitur ac potuisse Aurelianum pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter memoratas causas, Regiæq; Maiestatis læsionem, vbicunque terrarum repertus foret, iure occidi. Regina factionem Intrepidi in vrbe prævalere videns, territa militari turba, Delphino, fratre, ac aliquot aliis comitata proceribus, Melunum secedit. Interea Rex mente recuperata, cum ea quæ acta essent didicisset, obsignatis tabulis propria manu subscriptis iure fratrem cæsum declarat, reuertiturq; Intrepidus cum fratribus Gandauum, Regina verò cum dicto comitatu Parisios. Valentina verò à Rege petit, respondere sibi liceat criminibus à Petro Breui, defuncto marito obiectis: quod cum obtinuisset, nec tamē sufficienter ea diluisset, sed grauissima satisfactione petita plerosq; offendisset, Rex è decreto consilij se tempore oportuno, quod æquum foret facturum respondit. Dum itaque Aureliani iustam (vt rebantur) vindictam querunt, in Artesia Intrepidus, ac Flandria militem contra Leodienses cogebat, quod exactum vrbe Episcopum Ioannem Bauarum, vxoris suæ germanum fratrem, omnesq; ei adhærentes, alicuius nominis ciues, ac viros sacros, Traiecti ad Mosam arctè obsiderent, electo in Episcopum Theodorico, Hendrici Peruersorum Reguli filio natu secūdo, familia quæ à Guilielmo, vnico Hendrici Ducis Brabantiæ, quinti huius nominis filio, è secunda vxore nato, originem trahit. Pertraxerat Intrepidum ad hoc bellum vxor, vxoriq; frater alter Guilielmus Bauarus Hollandorum Comes pollicitus suo se eum ære redempturum, si ab hoste foret captus, pacto Hanoniis fidem suam interponentibus. Rebus igitur omnibus paratis, Intrepidus cum exercitu pridie Idus Septembres Anchianum, indeque Fontancum proficiscitur, vbi eum Regij tres legati duo postulantes adeunt. Primò, vt belli huius causa, Regis eiusq; consilij arbitrio permitteretur. Respondisse Aurelianos eius purgationi ac accusationi, peteregq; à Rege sententia prouinciata ius (quod nemini æquum est denegari) diceretur. Reddit Intrepidus, se exercitum dimittere non posse, quòd Bauarus Traiecti inopia pressus auxilio indigeat, ac proinde tempus non esse hinc inde legatos pro compositione mittendi. Belli huius arbitrium ad Regem pertinere, quod vtraque pars Patronum de iure neminem præter Imperatorem agnoscat. Quod ad Aurelianos attinet, quāquam Rex literis propria manu subsignatis, ac sigillo confirmatis, iure eædem factam declarasset, ac se ea declaratione planè absoluisset, finito tamen bello ad Regem profecturum, facturumque quod æquum foret promittit. E legatis viri nobiles duo in castris manēt, tertius Regi à secretis, cum respōso Parisios reuertitur. Peruenerant ad Intrepidi castra, Guilielmi duo, hic Hollādorum, ille Namursensiū Comes, fraterq; eius Ioannes, Petrus Lutzenburgius Comes Cōuersanus. E Burgundia Ioannes Challonnius, Trimulius, ac Mauboni regulus octingentis adductis equitibus. E Flandria, ac Artesia, Ioannes Bethuniensis, Ioannes ac Lodouicus Ghistellanus, Ioānes Bellanus, Ioānes Villanius, Enguerranus Bornouilius, Brimellus, Crouiacus, Motta, Chapella, multiq; alij Hollandi, Zelādi, ac Hannones quatuor equitū, sex peditū millia, multis cum bigis commeatu onustis adducentes. Burgundus suo cum exercitu per viam Brunhot incedebat, Hollandiæ Comes ab eo declinans, à latere sequebatur, pabuli commeatusque causa, sic tamen vt vterque exercitus post quintum diem vnis in castris prope Montenacum conueniret. Leodenses cùm frustra quatuor mensibus Traiectum obsedissent, cognito hostium aduentu, domum reuertuntur, disputantq;, variantibus sententiis quid sit agendum. Pervuisius oppida præsidiis firmarent suadebat, instante enim hyeme hostem necessario agris excessurum. Populus Intrepidum sexdecim circiter virorum millibus instructum aduenire intelligens, contempta paucitate confligere malebat: qua in sententia Pervuisius eos perseuerare videns, per præconem significari iubet, vt omnes qui per ætatem arma ferre possent, summo mane extra vrbem sonum ēdēte campana maxima, ad certum locum armati conuenirent. Vix dum diluxerat, cùm quinquaginta circiter virorum millia, ad campani æris sonum variè pro fortunis armata conspicit, quibus cum octingentos equites ducentosq; Anglos sagittarios iunxisset, ad hostem haud procul Tungris castra habentem proficiscitur. Burgundus, ac Hollandus sexdecim virorum millia quadrata acie, densissimæ phalangis in speciem instruunt, nisi quod frons cæteris lateribus angustior, cunei formam præseferret, quo facilius irrumpenti multitudini resisterent, peramplamque hostium aciem aliqua parte hiantem intrarent, equites latera claudebant, terga muniebātur, concatenatis inter se bigis onerum pōdere stabilibus, quas custodiebant sexcenti equites, ac mille ducēti ballistarij pedites, quibus Anthonius Crouiacus

uiacus præerat. Intrepidus dextrum cornu, Hollandus sinistrum, mediam aciem Theodoricus Namurceus cæteris cum principibus gerebat. Pervuisius è Leodiensium multitudine, aciem triangularem tribus vndique cuneis eminentem fecerat, exiliimans Burgundum Francorum more tribus distinctis aciebus Leodienses inuaturum. Cùm hoc modo vterque exercitus decliui in colle instructus, descensum alterius expectat, Intrepidus hostilis aciei latera octingentis tantum equitibus muniri animaduertit, plaustris propter triangularem formam vsui inidoneis. Iudicans igitur multis locis latera nuda esse debere, Antonium Crouiacum cum suis equitibus ballistariisque peditibus, ad hostium castra oppugnanda, tumultum in tergo excitandum, inuadendaque latera vbi minus essent munita, mittit. Leodienses cum procul proficisci videntes multitudine sua, territum fugere arbitrabantur. Sed Pervuisius miles veteranus coniectura consilium Crouiaci assecutus, quatuor militum millia ex aciei corpore deducta, contra mittere volebat. Populus quod compactum aciei corpus dissoluere velle videretur, nō intellecta causa, proditorem eum appellans nolebat. Proinde Pervuisius cùm persuadere populo rem salubrem, planeque necessariam non posset, multis demonstrationibus tandem impetrat, triangularem aciem in quadratam mutent, quo facto, vniuersum exercitum contra extraordinarium equitatus peditatusque Crouiaci impetum bigis impedimentisque vndique sepit, tergum verò octingētis equitibus ac mille hastatis peditibus communit. Ipse cum filio Episcopo, altero que filio intra primos ordines locum capit, stipatus omnibus Anglis, multa nobilitate, ac fortissimis, optimeque armatis veteranis peditibus. Namurceus immensæ multitudinis vnicam aciem, variis locis tentandam censens, tertia acie cæteris commissa Proceribus, cum duobus ballistariorum peditum millibus hostium latera inuasurus, extra ordines, vt Crouiacus procedit. Cùm Intrepidus tympanis tubisque pugnæ signum dedisset, pleno passu ad hostem cōrendens, magno eos impetu aggreditur, exceptusq; est à viris, qui aut vincere aut mori se velle, obstinatissimè duabus fermè horis dubio Marte pugnantes, demonstrabant, ac non semel Burgundi summo cum periculo renouatum à multitudine impetum ægrè sustinent, quanquam cum centum sexaginta selectis equitibus Intrepidus aciem circumequitaret, fortiterque resistentes animaret, ac ad decus laudemq; promissis accenderet, periclitantibus suo equitumque auxilio subueniret, defatigatis recentes submitteret. Sed tympanorum crepitus, tubarum clangor, ac tormentorum reboatus faciebat, vt plus Intrepidi præsentia vultusque vigor, quam verba efficerent. Nondum de victoriæ euentu iudicari poterat, donec Crouiacus aciem hostium circumuectus ac dexterum latus non satis vbique permunitum reperiens, disiectis bigarum retinaculis, impetum in male armatam belloque inexpertam plebem faceret, multisque interfectis, non paucos in fugam ageret, sex verò millia desperantes de victoria, pleno passu, seruato tamen ordine aciei corpore pelleret, quos aliquandiu insecutus, tandem per ballistarios ac equites rupto ordine, maiorique parte interfecta, in proximas syluas fugere coēgit: deinde ad apertum hostium latus rediens, cùm pauci perterriti resisterent, magna strage edita corporibus cumulatis tantum excitauit clamorem eiulatumque, vt qui in prima acie adhuc fortiter, dubia victoria pugnabant, attoniti perturbatiq;, misto vincentium cadentiumque clamore, animis caderent, prodigiosum arbitrati; quod tam pauci à fronte resistere, ac à tergo se inuadere auderent, possentque, nam eodem tempore Namurceus aliud latus inuadens, cùm non paucos ballistis sui transfixissent, timorem perturbationemque auxerat. Inclinata igitur semel acie, cùm Intrepidus impetum magna voce renouari iussisset, omnibus annixi nobiles ignobilesq; viribus hostem perturbant, ruptoque ordine in fugam præcipitem agunt, cadente inter primos dum retentare fugientes nititur Pervuisio duobus cum filiis, ac Salinarum apud Arduennam regulo, sumtis viris nobilibus, Angliique fermè omnibus, è militum verò vulgo triginta circiter millia sunt desiderata, quod Intrepidus pronuntiari per exercitum iussisset, neminem viuum caperent, rebellionem nimirum vna insigni clade punire ac extinguere volens. Ceciderunt è Burgundi exercitu quingenti circiter viri, ac inter hos centum triginta nobiles, quorum è numero fuit Hendricus Vuassenarius, primaria Hollandiæ familia natus, ac Daniel Pulanus Guilielmi quarti Hollandiæ Comitis filius nothus. Tungri Leodiis in

Universidad de Deusto
Biblioteca

auxilium profecti cùm rebus perditis vestigia repeterẽt, ab insequente equitatu cladem acceperẽ. Audito Leodij pugnæ euentu, Senatus ad victores legatos mittit, præteritorum veniam, ac ex eorum arbitrio pacem petitum, offerentes Ioanni Bauaro veterem dignitatem, honorem, ac obedientiam, qui non solùm in rebellionis auctores, atque ordinum ductores animaduerterunt, sed etiam in mulieres, virosque sacros sæuierunt, eos sine vlla commiseratione binos inuicem colligatos, è ponte Leodiensi in Mosam deiicientes, cæteros magno numero omnibus ex oppidis gladio punientes, ac truncea corpora rotæ, capita pilis imponentes. Tabulæ quibus vetera vrbis priuilegia, oppidorúmque immunitates descriptæ continebantur, in vnum collatæ igni concremantur, pollicitiq́ue ducibus ducentæ ac viginti aureorum liliorum millia, quorum partem representarunt, recepto in vrbem magno cum honore Ioanne Bauaro, fortunarum direptionem redemerunt. Bellum hoc, insigniq́; opera Intrepidi Leodiensium cladis, initium fuit diuturni inueteratiq́ue odij, quo exinde familiam Burgundicam supra omnes alias Leodienses semper sunt prosecuti. Intrepidus in Flandriam reuersus, Insulis quid Aureliani molirentur expectabat. Sed ij felicitate ac victoria eius moti animos ad pacem inclinarant, qui tamen non contemnendas copias, magnamq́ue pecuniæ summam collegissent, ac multos Franciæ Proceres in partes traxissent, decreuissentq́ue, si malè pugnasset, Flandria Burgundiaq́ue eum pellere, aut omni cladis genere regiones peruastare, ipseq́ue adeò Rex ab his persuasus statuerat vi aut voluntate, ad satisfactionem fraternæ necis eum cogere, profectus hac de causa in Turonenses. Sed intellecta victoria cum cæteris quiescebat. Parisienses Intrepido Regis abitum, ac Aurelianorum cõsilia perscripserant. Is verò quatuor equitũ, duobus peditum millibus cinctus, citatoq́ue itinere Parisios profectus, magno ciuiũ gaudio excipitur. Legati Anglorum hoc tempore Parisiis discessuri, cùm Intrepidum contemptis Aurelianorũ copiis, conspiratione ac Regis alienatione cum sexdecim tantùm virorum millibus contra Leodiensium quinquaginta millia, acie congredi ausum audiuissent, admirati imperterriti eius animi vigorem, *Ioannem Intrepidum* nominarunt, quod deinceps ei in hunc vsque diem agnomen manserit. Erat adhuc Rex Turoni, Intrepidus Parisiis, cùm Guilielmus Hollandiæ Comes sine armis, insigni cum comitatu ad eum venit, indeq́ue ad regem in Turones profectus, pacem inter Burgundos ac Aurelianos tertiam conficit, quod tam ægrè Valentina tulit, paulo vt pòst animi mœrore confecta diem obierit, Intrepido summoperè gaudente. Erat enim femina impotentis animi, truculenta ac ferox. Pace confirmata Rex Parisios, Intrepidus in Flandriam reuertitur, sed mense
1409. Augusto anni 1409. à Rege ad bellum contra Britones vocatus, peditum equitumq́; mediocribus instructis copiis cùm venisset, statim Britoni pacem impetrat, copiarumq́; parte dimissa, permissu Regis, solus regni administrationem inuadit, populiq́; fauore ac gratia nixus, summaq́; reuerentia ab omnibus cultus, dignitate non solùm Regem, verùm Proceres quoque omnes superabat, qua de re animus fastu elatus veteris odij venenum dissimulare non potuit, sed potentia vtendum ratus, violandæ pacis occasionem dedit, capto ac de peculatu per Regium Senatum capitis damnato punitoq́ue Montagui domino, primario aulæ Reginæ procuratore, ac fisci Regij Præfecto, cùm tamen nullus dubitaret, præcipuam fuisse causam quòd ab initio Aurelianarum partium fotor vel præcipuus extitisset, postremisq́ue pacis conditionibus, ambiguis insertis capitibus, pacem fermè impediuisset. Verùm huius morte acerbus animus nondum saturatus potestatem in omnes defuncti Aureliani amicos, clientesq́ue exercere cœperat, hos proscribens, illos in carcerem coniciens, aut latebras quærere cogens. Quare Carolus Aurelianus ciusq́ue fratres, ne pro amicis nil posse, audereq́; putarentur, Intrepidi se opponere tyrannidi statuunt, iunguntq́; se eis hi Franciæ proceres: Dux Britonum, Biturigum, ac Borboniæ. Albretius Magister equitum, Foxij, Armigniaci, ac Clermũtij Comites cum plerisque aliis: qua cõspiratione Intrepidus intellecta, cõsensu Regis Delphini curam suscipit, eiq́; Burgundos attribuit famulos, conuocatisq́; vndique Regis nomine armatis, breui Parisios equitum quindecim, peditum septendecim millia, Regio è fisco soluta coëgerat. Aureliani anno
1410. 1410. equitum decem, peditum septem millibus instructi castra Monhendrici posuerant, medio fermè Parisios inter ac Estampios itinere, minutisq́ue inter se prœliis quotidie certabant. Rex omnes Regni vires duobus in castris conuenisse videns, veritus ne magno

Francorum detrimento, in mutuam ruerent cædem, non quiescit, donec quartam inter Principes pacem composuisset, secedẽtes dimissis copiis singuli in suas ditiones, promittente Rege dimissis Burgundis, Aurelianisq́; se regni administratores nominaturum viros probatissimos, e singulis Francorum ordinibus lectos, siue ij nobiles, siue ignobiles forent, commissa omnium consensu Delphini tutela Biturigi ac Intrepido, qui eius curam viris suæ quisque factionis nobilibus, expertæq́ue prudentiæ committũt, huc Biturigibus, ille in Flandriam dimisso exercitu mense Ianuario anni 1411. reuertentes. Mense Mar- 1411
tio Intrepidus Crouiaci Dominum, ac Adolphum Mairum consiliarium suum, ad patruum Biturigum Ducẽ mittit. Crouiacus (non obstante pace) ab Aurelianis captus, contumeliis probrisq́; oneratus, ac tandem eculeo impositus, miserè laceratur, asseuerantes eius consilio concitationeq́ue, patris sui necem procuratam. Intrepidus, ipseq́; Rex sepius vt dimitterent Crouiacum, nisi pacem frangi cupiant, per literas frustra petierant. Quare acri semel bello frãgendos iudicans Aurelianos, ad cogendam pecuniam, exhausto postremis expeditionibus fisco, animũ intendit. Cũq́ue Flandros imperij rigore (quod Burgũdiæ Cancellarius in vanum tentarat) collaturos nil sciret, astu arteq́ue ingens auri põdus collegit, auxitq́;, diuenditis aut oppignoratis publicis principum reditibus, obtinueruntq́; ab eo Gandenses, magna pecuniæ collata summa, potestatem emendi dominia tam libera, quàm quæ patronum agnoscunt, quod hactenus ea in vrbe præterquam nobilibus, nemini licuerat. Verùm nil magis eius fiscum diraut, quam quòd vnicum filium Philippum Charolois Comitem optimæ indolis, gratissimiq́ue aspectus Principem iamprimum pubescentem, Artesiæ, Flandriæq́; populis ostentaret, commendaretq́ue. Futuriq́ue gratiam demereri cupit, immensis vtrumq; donis prosequuntur. Rex Intrepidum rupta pace, ad bellum se instruere, idemq́; Aurelianos moliri intelligens, constituta vitæ fortunarumq́; pœna, vniuersum per Regnum voce præconis promulgari iubet, ne quis pro Intrepido aut Aureliano arma capiat. Ipsis quoque Ducibus nisi rebelles declarari velint, arma ponere iubet, iniquum iudicãs innoxiam plebem ab iis vexari, à quibus defendi deberent. Initio vtraque pars edicto paret, temporis verò successu, contemptis neglectisq́ue minis, quod ob mentis læsionem timendus Rex non admodum videretur, ad ingenium redeunt, mittuntq́ue insuper Aureliani ad Regem legatos, conquerentes neminem eius in concilium, præter Burgundicæ factionis homines admitti, suos verò patrisq́ue amicos, ab eius aula, famulitio, ac consilio excludi, petẽtes pro more consuetudineq́; regni, de patris nece ius dicat. Rex speciosis verbis tempus trahebat, quod eius animus ad Burgundos magis quam Aurelianos inclinaret, iam tandem persuasus, defunctum fratrẽ regnum affectantẽ phrenesim suam per veneficia procurasse. Aureliani verba sibi à Rege dari animaduertentes, iterum eadem petunt, adiungentes, si rennuat, aut tergiuersetur, ius sibi armis, Dei amicorumq́; auxilio quæsituros, ac proinde ne se in iusta causa rebellium loco numerare velit, rogantes. Rebus igitur omnibus paratis, ne latum culmen ab æquo recedere viderentur, bellum Intrepido per fœcialem, in hanc sententiam missis literis (vt quam proximè è Gallico transtulimus sermone) indicunt: CAROLVS Aure- „
lianorum ac Valesiorum Dux, Comes Blosij, Baumontij, Dominus Euchij: Philippus „
Comes Vertusij: Ioannes Comes Engulemæ fratres: Ioanni qui te Burgundiæ Ducem „
scribis. Quia iniquissimam turpissimamq́ue cædem nefarie proditor, ac insidiosè latro „
commisisti, necato domino patreq́ue nostro Lodouico Aurelianorum Duce, nostri tuiq́; „
Regis vnico fratre germano, non obstantibus pacis amicitiæq́ue fœderibus cum eo non „
ita pridem initis: denique quia diuersis rationibus fidem violasti, proditionibus, insidiis, „
probris, dedecore, ac sceleribus te Regiamq́; Maiestatem contaminasti. Certiorem te fa- „
cimus, nos ex hoc tempore omnibus quibus poterimus modis ac viis, omni te cladis gene- „
re persecuturos, in auxilium ad eam rem perficiendam contra te, perfidiosasq́ue prodi- „
tiones tuas aduocantes Deum, omnes æqui iustiq́; vindices, ac siquid vsquam est diuini, „
adhæc singulos orbis terrarum bonos, rectiq́ue amantes viros. Quod vt certius tibi cõstet, „
præsentes literas sigillo meo, Carolus Aurelianus, consignaui. Iargnaui 14. Cal. Augusti, „
anno 1411. Has cum Duaci Intrepidus recepisset, conuocatoq́ue consilio perlegisset, per eundem fœcialem hoc modo per literas respondit. IOANNES Dux Burgun- „

Universidad de Deusto
Biblioteca

« diæ,Comes Flandriæ,Arteſiæ,Burgundiæ,Palatinus,dominus Salinarum ac Mechliniæ:
« Carolo qui te Ducem Aurelianorum, Philippo qui te Comitem Vertuzij, Ioanni qui te
« Comitem Engulemæ ſcribis, nobiſque non ita dudum per fœcialem bellum indixiſtis.
« Certiores vos facimus,ac omnibus hominibus notum cupimus, nos è medio ſublaturos
« inhumanas proditiones,ſceleraq; multis diuerſisq; modis poſitiſque inſidiis, à Lodouico
« patre veſtro concepta, ac ad finem perducta contra Regiam Maieſtatem, noſtrum ve-
« ſtrumq; Principem,contra nobiliſſimos eius liberos: ac quo impediremus ne impius infi-
« deliſq; veſtet pater ac proditor,ad deſideratũ impij propoſiti finẽ (in quẽ cõtra Regiã Ma-
« ieſtatẽ,noſtrũ veſtrumq; dominũ,contraq; generoſos eius liberos collimarat) peruenitet,
« idq; tã impiè aperteq;,vt quicũq; vir bonus prudenſq; cẽſeri vellet,eũ inter viuos ferri nõ
« debere iudicaret,præſertim nos qui Regi ſanguine propinquiſſimi inter (Pares) Franciæ
« Proceres bis numeramur, Pariumq; Præfectus,poſt Regem agnoſcor,eaque de cauſa eius
« Maieſtati libertiſque multo quàm alius conſanguineorum aut ſubditorum deuinctior,
« tam notæ perfidiæ ſceleriſque hominem,ac tyrannum crudelem, viuere diutius abſque
« manifeſto Reipub.detrimento,dignitatiſque noſtræ labe,ſinere non potuimus.E medio
« igitur tolli ſcelus quia æquitas poſtulabat,Regis liberorumq; eius ſalus exigebat,iuſſimus,
« non dubitantes quin non minus apud Deum pietatis iuſtitiæque, quam apud Regẽ pro-
« bi clientis officio ſatisfecerimus, ac quod ratio dudum importunis vocibus efflagitarit,
« ritè perſoluerimus.Sed quoniam tu fratreſque tui, impij infideliſque patris veſtri veſti-
« giis ſine ſimulatione inſiſtitis, peruenturos vos quo eius impietas infamiſq; perfidia ten-
« debat ſperantes,nõ parũ nos indicto bello exhilaratis. Verum quod ad ea attinet quę ex-
« cepta belli denunciatione adiungitis,dico te fratreſque tuos,impiè, infideliter,perfidè,ac
« vt omnes ſolent quales vos eſtis proditores mentiri,ſperans Dei auxilio(qui perfectè ſcit
« ac nouit veram firmamque fidem,amorem,rectumque animum, quo quandiu viximus,
« ac poſthac viuemus,Regem,eius liberos,ac regni commodum, tranquillitatemque pro-
« ſecuti ſumus,ac ſemper perſequemur) eas vos adhuc daturos pœnas,quas impij, peruer-
« ſi,infideles proditores,coniurati,deſertores,rebelles,inobedientes, improbique nebulo-
« nes,quales tu fratreſq; ſunt tui,dare ſolent. Hæc vt noſtro iuſſu vobis ſcripta conſtent,
hiſce literis ſigillum noſtrum Duaci appendi iuſſimus,poſtridie Idus Auguſti anno 1411.
His literis multo quam antea magis ad vindictæ cupiditatem animis exacerbatis,vterque
dux militem ſummo ſtudio colligebat,Principeſq; regni in partes trahere ſtudebat.Cum
Intrepido Rex ſtabat, Pariſienſes,vniuerſaque Picardia(pars Belgiæ eſt ad Meridiem ex-
tenſa) tam obſtinatis animis,vt quum Rex in furorem hiſce diebus recidiſſet, Laniones
Pariſienſes(inter Opificum Collegia Pariſiis tum temporis potentiſſimum)in ſauorẽ In-
trepidi arreptis armis Lodouicũ Delphinum eius generum regni adminiſtrationẽ, ægro-
tante Rege,ſuſcipere cogerẽt,operam ei ſuã vireſq; polliciti. Cumq; adoleſcẽs petitioni
eorũ obtemperaſſet,eius ſtatim nomine edictũ,addita vitæ pœna ſi quis non paruiſſet,ef-
flagitant,quo Aureliani vrbe excedere iubebãtur,parentq; eodẽ die mille ducẽti. Interea
Aureliani Burgundis paratiores occuparant apud Veromãduos,Roiã, Neſlam,Hannum,
Chaunũ.Borboniæ Dux Clermontũ aliaq; oppida Comitatus Bauvaſiẽſis,præſidiis mu-
nierat,quòd Burgundis vicini, excurſionibus eorũ vexarẽtur, quẽadmodum Aureliani è
Veromãdius Atrebates populabãtur,duces verò eorũ Pariſiẽſibus inſidiabãtur,quo Regẽ,
Reginã,ac Delphinũ in poteſtatẽ redigerẽt. Sed Valeranus Lutzenburgius Fani D.Pauli
Comes,ac Engerranus Bornouilla,Burgũdicæ factionis Duces vrbi præſidio erãt.Clugne-
tus Aurelianorũ Præfectus duobus armatis peditũ millibus Raſtellã oppugnans irrito co-
natu multis ſuorũ deſideratis,cœpto deſiſtere cogitur, auctiſq; deinde ad octo millia co-
piis Baupaman Arteſię oppidũ aggreſſus,ab Hugone Buſſio ſtrenuè repellitur.Interea In-
trepidus ad quinquaginta hominũ millia in vnũ coëgerat,triginta millia è plebe Flãdrica,
reliquos è Burgũdia cæteriſq; Belgis ductu Britonũ Ducis,Comitis Hollandiæ,Theodori
Namurcẽſis,Cluiæ,ac Epiſcopi Leodiẽſis.His acceſſerant cõplures è Frãcia veterani pe-
dites equiteſq;,quòd Rex propoſito per vniuerſum regnũ edicto iuſſiſſet, ne quis niſi pro
Intrepido arma indueret.Guilielmus Baldocus Caletorum præfectus poſtremò cum tre-
centis Anglis Balliſtariis ad Intrepidi caſtra venit. Hac multitudine ſtipatus obſidet
Achiaram Comitis Dammartini,qui cum Aurelianis militabat,oppidum,traditurque ei
vita

vita omnibus fortuniſq; conceſſis.Hinc Hannum contendit,erumpenteſque præſidiarios
cruenta ædita pugna intra mœnia compellit, oppidumq; cis Somonam aliquoties fruſtra
oppugnat.Tandem ponte duobus locis flumine ſtrato,cùm ſe præſidiarij tantæ multitu-
dini variis in locis reſiſtere non poſſe exiſtimarent, intempeſta nocte, relictis in ſpeciem
paucis ſenibus ac ruſticis, oppido clam excedunt.Prima luce quatuor locis oppugnatio-
nem Flandri aggrediuntur,nemineq; reſiſtente in oppidum tranſcendentes,refractis por-
tis exercitum intromittunt,omnibuſq; interfectis,prædaq; auecta, ignem publicis priua-
tiſq; ædibus iniiciunt, miſereque interiere qui ſecretis locis ſe abdiderant: quo intellecto
qui Neſlæ,Roiæ,ac Chaunij in præſidio erãt,derelictis oppidis, incolæ ſeſe Intrepido tra-
dunt, ab iniuria defenſi, quod pollicerentur neminem ſe poſthac niſi Burgundicæ foret
factionis,intromiſſuros.His rebus fœliciter peractis, Pariſios Petrum Eſſardum aduẽtum
ſuum Regi ſignificatum mittit. Carolus Aurelianus cum omnibus copiis in Baumontios
contendit, impediturus ne Philippus Burgundus, è Rethello properans ſuis cum copiis
fratri ſe iungeret.At is fratre ad oppidum Mondiderium relicto,Pariſios ſine detrimento
peruenit.Intrepidus nil propterea de propoſito mutans eũ Aurelianis facta poteſtate con-
ſligere maturabat, aut ſe eis,ſi in æquum locum non prodiiſſent, expugnatis ante eorum
oculos ſociis oppidis,timorem exprobraturum,quòd non parum ad confirmandos ſuorũ
animos facturum cenſebat. Hos ingentis animi conatus, Flandri ſeditioſe dimitti peten-
tes euertere, inſtare hyemem tempuſq; quo dimiſſionem antequam è Flandria exirent
erat pollicitus,commonſtratis tabulis clamantes,minanteſque niſi promiſſis ſtetiſſet,ex-
ercitumque trans Somonam duci iuſſiſſet, ſeſe filium eius vnicum Philippum, Gandaui
ea de cauſa obſidem relictum,in partes ſectum patri remiſſuros. Rogabat Intrepidus præ-
fectos,vt octo tantum dierum dilationem à milite impetrent, ne læſa exiſtimatione fu-
giſſe,ac prior caſtra videnteexprobranteq; hoſte,qui vnius tãtùm diei itinere aberat, re-
tro mouiſſe videretur. Præfecti omnibus artibus fruſtra Flãdrum retinere conabãtur, pro-
ditores enim eos appellantes conclamatis vaſis ad iter ſe parant: quo Intrepidus cõſpecto,
prodit,ac nudo capite, iunctiſq; manibus multitudinem ſubmiſſe orat, quatuor tantùm
diebus hoſti frontem oſtentent,ac non ſuã ſolùm, ſed totius Flandriæ dignitatem tueantur, dedecuſq; tãto exercitui indignũ non admittant.Sed ſurdis omnia. Vulgus enim de-
cus dedecuſque,honorem ac ignominiam rationi auſcultare non aſſuetum ſuſque deque
ferebat, commodumque aliud niſi quod antè pedes eſſet non nouerat,pollicente etiam
Intrepido nouas immunitates,liberationem tributorum contemnebat. Videns igitur nõ
eſſe tempus vrẽdi imperio, fremens frendeſq;,ac vix lachrymis temperãs ſequitur,adeo
feſtinanter raptimq; omnia agentes,vt multi colligendarum ſarcinarum tempus non ha-
berent,relinquerenturq; ſaucij ac ægroti, quos Aureliani trucidantes, derelictaq; diri-
pientes,Intrepidum ſe Francia depuliſſe gloriabantur. Flandros trans Somonam Peronã
vſque comitatus Anthonius Brabantus Duacum perduxit, indeque in Flandriam reuerſi
ponere arma nolebant,niſi certa tributorum genera tollerentur,Brugis aliiſq; è locis pel-
lentes,quos ea excogitaſſe, aut pro Intrepido adminiſtraſſe exiſtimabant. Admonemur
hoc exemplo facilè populum ad arma concitari, ſed difficulter ad ea deponenda induci:
qua de cauſa ſequentes Belgarum Principes, omnibus in bellis externo milite, aut tantũ
Belgis ad tympani ſonitum nomina dantibus ſunt vſi,perrarò, ac niſi extrema cogẽte ne-
ceſſitate,populum armarum euocantes. Exinde Aurelianivim omnem contra Pariſien-
ſes vertunt,quod in eius vrbis poſſeſſione totius belli ciuilis cardo verteretur,Rege nimi-
rum ac Delphino in poteſtatem redacto. Primò igitur impetu Dyoniſij Fanum occupãt,
ac plęraſq; in circuitu munitiones,ipſam verò vrbẽ,curã agẽte Neuerſij,ac Fani D.Pauli
Comite, ciuibuſq; Burgũdicæ factionis occupare nõ potuerunt. Intrepidus Perona Atre-
batum cum nobilitate Arteſiaca Flandraque, ac externis militibus peruenerat, expecta-
batque fratrem Anthonium nouo cum milite, Comitemq; Penbrochi,ac Arondellæ,cũ
mille ducentis equitibus ſagittariis, quos Anglorum Rex Hendricus in auxilium mitte-
bat,quærens filio Hendrico natu maximò vxorem è filiabus Intrepidi, quò ea affinitate
potentem vicinum, contra Francos Angliæ conciliaret. Dimiſſis ſeditioſis Flandris,ſeptẽ
iterum equitum, ac non contemnendam peditum manum coëgerat,reuerſuſque Pero-
nam cũ Somonam traieciſſet, Roiamque, Breceuliũ, Bauuaſios,ac Gilarros pertranſiſſet,
tandem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tandem propè Pontosam castra locat, tribusq; ibi hebdomadibus quiescens, magno peditum equitumque numero exercitus augetur. Iusserat enim iterum Rex, ne quis præterquam ad Intrepidi castra militatum proficisceretur, qui aliter fecisset, se eum inter rebelles, læsæq; maiestatis reos, vbicumque in manus venisset, proscriptis fortunis habiturum, puniturumque: quod edictum postea magna cum acerbitate tam contra nobiles quàm plebeos est obseruatum, odiisque vires supra modum auxit. Aureliani interea omnes animi neruos intendebant occupanda Parisiensium vrbe, sed frustra, etiamsi astu occupato D. Claudij ad flumen Osam Sequana ibi interfluente Fano, Parisienses multarum rerum inopia premerent. Rex tertiò per vrbem voce præconis Aurelianos pronuntiari rebelles iubet, per vniuersum regnum eos proscribit, præmia percussoribus proponit, fortunas occupanti concedit. Nec his contentus, Ecclesiasticum Parisienses fulmen in eos iaculari iubet. Ingentes per omnia fana accenduntur cerei, magnoque æris campani sonitu sacris, aqua, igniq; eis interdictum populo significatur. Eadem arma iisdem accensi furiis Aureliani in Burgundos retorquebant, non solùm verbis, sed re grassaturos se minitâtes, cùm primùm potestas offerretur, certabantq; inter se odiis, cædibus, furtis, incendiis, ac omni miseriarum genere, opprimebanturq; innoxij, quieti, mitisque naturæ homines, à sæuis crudelibúsque latronibus. Postremò Regis edicto multi vtriusque conditionis equites peditesque relictis Aurelianis, ad Intrepidi castra trãfiere, qui Pontosæ exercitu aucto, receptóque cum Britonum auxilio Comite Ponteurio, instantibus Cal. Nouembr. cum quindecim equitum, octo peditum millibus castra Parisios versus mouens, vrbem Porta Iacobina intrat, obuiam ei lanionibus, cæterisque qui partes fouebant, ciuibus magno cũ gaudio insigníque cum pompa prodeuntibus, subsequẽte regio Senatu, fratre Philippo, Præfecto vrbis, ac mercatorum, plebe iteratis vocibus sæpe suo more vociferante: *Noël*, *Noël*, quod Francis natalem Christi diem significat, conclamarique solet publico in gaudio, aut cum Regi, eiusque sanguinis Principi aduentum gratulantur: cúmque post occasum solis vrbem intraret, funalibus, laternis, magnisque ignibus comitatui eius lucẽ præbebant. Denique Delphinus ipse aduentum ei gratulaturus domo exit, arcteque complexus, ad Regem Reginamq; deducit, à quibus non minore cum gaudio honoreque excipitur. Aureliani sparsas circum vrbem copias, ad Dionysij Fanum in castra cogunt. Intrepidus proxima nocte eductis sex equitum, ac quatuor peditum millibus, mane circa horam octauam Claudij Fanum inuadit, & quanquam iustum veteranumque in oppido Aureliani præsidium, multis cum bellicis tormentis reliquissent, defenderentque se strennuè, tamen expugnat, ruptóque ponte multitudine fugientium, non minus aqua quàm ferro circiter mille periêre, capti quadringenti ac mille ducenti equi, desideratis solum vigínti Burgundis. Munita Turris ad fluminis ripam ædificata multorum vitæ consuluit, quam frustra aliquandiu Burgundi expugnare sunt conati. Carolus Aurelianorum Dux omnibus cum copiis ad Claudij Fanum proficiscitur, locatis ab altera fluminis ripa è regione Intrepidi castris. Sed cũ se ferò expugnato oppido ferre suppetias videret, nouo præsidio Turri imposito, cùm ei de commeatu prouidisset, ad Dionysij Fanum reuertitur, consilióque Procerum suæ partis, quod Intrepido se impares iudicarent, exercitum per oppida distribuit, Proceribus ad ditiones suas reuertentibus, qua de causa statim portas aperiunt Claudiana turris, Fanum Dionisij, Estampum, Dordanum, Comitatus Vertusij, Eurosij, Boloniæ, Clermontij, Valesiorum, Suessones, expugnatq; Fani D. Pauli Comes arcem Cuchiacam, quem Rex virtutis causa equitum Magistrum creat, Carolo Albretho ob rebellionem dignitate exuto, sæuitúque est hac hyeme in captiuos aliquot nobiles Ordinum ductores, omnesque huius factionis ciues Parisienses, rebus vitæque summoperè timebant. Verùm in oppidis Aurelianicæ factionis, Burgundicæ partis studiosi, Aurelianorum quoque vim iramque experiebantur. Interea Ioannes Crouiacus in omnem liberandi patris occasionem intentus, cùm intellexisset Monchai munito Comitatus Vgellani castello Borboniæ Ducem reliquisse sub custodia Mansardij Syluij filium ac filiam, assumit octingentos fidelissimos fortissimosque equites veteranos, tantaque vi castellum non expectatus inuadit, vt expugnato præsidio, omnes qui intus erant, Rentiacum captiuos abduceret. Sed Borbonius statim liberos cõmutatione patris Crouiaci recepit, biennio posteaquã contra pacis iura ab Aurelianis fuisset

detentus.

detentus. Crouiacus iunior hac re non minus fortiter quàm feliciter peracta, apud omnes vir manu consilioque promptus haberi est cœptus. Interea vtriusque partis duces variis in locis bellum acriter gerebant. Amatus enim Viriacus Burgundus, mediocri suæ nationis collecta manu Borboniam inuadit, populationibus ac rapinis Bellevillam vsque omnia peruastans, donec à Duce omni ferme præda exutus, vestigia repetere est coactus. Simili ratione Hellij dominus Bituriges deuastas ab incolis propè Leniciũ prœlio victus, præda quoque exuitur. Comes Marchæ Aurelianum expugnare conatus, à Barbassano Gaucurtio prope Genvillam equestri prœlio victus, cum octoginta equitibus Aureliam captus perducitur, cæsis ab vtraque parte vltra quadringentis equitibus. Tribus aduersis prœliis Burgundi clade affecti, fortuna aliis in locis damnum compensauit. Comes enim Fani D. Pauli Alensonios prœlio superatos, interfectis quadringentis equitibus, captis centum viginti, castellum D. Remigij insuper expugnat. Pictauienses à Rodolpho Gaucurtio vrbe educti, haud procul mœnibus ab Hellio ac Bornovilla Burgundis prœlio vincuntur. Interea Parisienses opera Intrepidi à Rege impetrant priuilegia anno 1382. ob seditionem erepta, quæ res supra modum eorum animos Burgundicæ factioni deuinxit. Aureliani fœdere cum Anglorum Rege inito, suppetias ab eo impetrant. Alienarat enim Anglus sese non ita pridem ab Intrepido, quod Hendrico filio diuturna nuptiarum terguersatione filiam negare videretur, domumque cum copiis reuocarat, Comitem Penbrochi ac Arondellæ. His freti viribus Aureliani decreuerant Regem Carolum vi pellere, editisq; publicatis populum ab eius obedientia liberare, ac ad noui Regis electionem concitare, Parisiorum vrbem expugnare, spoliare ac diruere. Rex cognita eorum malitia, cõuocat regni Ordines, lacrymisque per genas fluentibus, singulos rogat obsecratque ne se liberosque in spem regni natos deserant: quod cùm singuli repetito veteri sacramento sanctè forent polliciti, animum eius confirmarunt. Intrepidus considerans Aurelianos dimisso exercitu vrbes occupasse, munitissimam omnium Biturigum vrbem obsidere instituit. Conuenerát eo Dux Biturigum ac Borboniæ, Comes Auxerræ, Carolus Albrethus, Ioannes frater Ducis Barrensis, Præsul Biturigum, Parisiensium, Sensij, ac Carnutũ multa cum nobilitate muniti præsidio mille quingentorum equitum, ac quatuor millium peditum. Ad hanc vrbem Intrepidus mense Maio cum exercitu accessit anno 1412. comitante Rege ac Delphino, expugnatque in itinere Artenaum, ac Regiam Dunensem. 1412.
In Burgundos opera facientes initio Bituriges sæpius erumpebant, donec operibus prohibiti ad muniendam vrbem se conuertunt. Produxerant enim Burgundi ad fossarum vsq; labra ænea tormenta, conuitiisq; se mutuo incessanter irritabant: Aurelianos enim Burgundi rebelles, Regiæq; Maiestatis oppugnatores appellabant: contra hi Burgundos proditores sanguine Regio polluros, militesq; infamis latronis vocitabant, addentes: pellite vestris è castris Ioannem sicarium, statim Regi portas aperiemus. Posteaquã obsidio summo cum detrimento nobilissimæ regionis vrbisq; duos tenuisset menses, aliquot dierum induciæ de pace actuti panguntur. Sed Aureliani iis ruptis obscura nocte spe capiẽdi Regis, Delphini, ac interficiendi Intrepidi, subitò erumpunt. Persuasum enim eis fuerat, inducíarum fiducia vigilias stationesque apud Burgundos negligi. Sed cùm omnia opinione duriora, stationes vigiliasque probè dispositas reperissent desideratis centum viginti militibus, ac circiter quinquaginta in hostium potestate relictis, vrbem fuga repetere coguntur. Posthæc habita diligenti inquisitione, qui cum hoste sentisse, eumque de vigiliis certiorem fecisse sunt reperti, in quatuor secti partes, ad aliorum exemplum arboribus, exercitui spectaculo, suspenduntur. Tum oppugnatio summa cura repetitur, expugnasseq;, aut ad deditionem Intrepidus obsessos compulisset, nisi Principes aliquot viri suæ factionis interceSSissent, quorum facilè princeps Dux erat Barrensis, qui Delphino persuaserat, Intrepidi victoriam sibi regnóque luctuosam fore, ac proinde de compositione agendum, ne tot primæ nobilitatis Regij stemmatis viri cum vrbe nobilissima in potestatem eius venirent. Quibus ille verbis inductus, constituta capitis pœna vetat, ne quis æneum tormentum cõtra vrbem exoneret, pacem enim se procuraturum, ne Angli, dum se Aurelianis auxilium ferre simulant, rem propriam agant. Intrepidus Delphinum mutata mẽte à se alienatum iudicans, quod adolescentiæ eius hoc non esse consilium facilè perspiceret, intempestiuè obniti nolens, in Regis potestate futurum se respondit: qua vsi

occasio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

occasione Rhodiorum equitum Præfectus,ac Sabaudiæ Marscalcus (qui non ita pridem legati in Franciam venerant) pacem inter factiosos quintam iisdem quibus cæteræ conditionibus faciunt,qua iureiurando,scripto,ac sigillis confirmata,in signum perpetuitatis Aurelianus ac Intrepidus vna mensa cibum sumunt,conuiuia agitant, soli confabulãtur, vno equo eodẽ momento vehuntur,ac in conclaui somnum capiunt. Dimissis mense Octobri exercitibus, Intrepidus Regem, Delphinum, cæterosq; Principes Parisios proficis-
1413. centes comitatur,mansitq; ad initium vsque anni 1413. tum recrudescente veteri odio ad arma denuo redirum,conquerentibus Aurelianis,Regem ad nutum Intrepidi omnia agere,suæq; partis hominibus ad dignitates ac honores non patêre aditum, cùm tamen postrema pace disertis verbis,ita pactum foret. Intrepidus ab Aurelianis Anglos in Francia detineri causabatur,ac amicos suos ab his oppugnari, militaréque cum his Comitem Armigniacum,ac plærosque alios Aurelianicæ factionis Principes: cumque Rex his rebus componendis intentus in phrenesim recidisset, Aureliani Delphino persuadere nituntur, dimisso in Flandriam socero, regni administrationem (cùm per ætatem possit) suscipiat. Sed res Intrepidũ diu latêre non potuit. Proinde per interpositos homines clam concitat ciuium Parisiensium sex millia,ac ad Delphinum ire iubet, vinctosq; postulare proditores,vt appellabant, qui eius adolescentia abutebantur. Cumq; pro imperio ac dignitate,seueris eos verbis increpans Delphinus abire iussisset, inspiciẽte frendenteque eo,vi abducunt eius Cancellarium (hac voce Galli vocant Sigilli custodem) Ducem Barrensem,Riueræ Dominum, cum aliquot domesticis: quam ob violentiam ira accensus, socerum Intrepidum seditionis authorem aspera oratione,qua is parum mouebatur, incusat. Nec his vulgus captiuis cõtentum, interficit Regiis è Secretariis, Tapetariis, ac tormentorum Magistris quosdam, ipsum Regem Delphinumq; propriis in ædibus custodientes,vt nemo exire,nec sine eorum permissu eos adire posset. Tandem ad duodecim millia congregati, quo à cæteris internoscerentur, albos galeros capitibus imponunt, coguntq; Intrepidum, Lotharingiæ Ducem,ac complures Ecclesiastici prophanique ordinis proceres,ipsum deniq; Regẽ, Delphinũq; similes sumere, hisq; ornati,chartulã Regi, in qua nomina continebantur procerum aliorumq; quos in vincula sibi tradi postulabãt, tradunt,quorum è numero frater Reginæ vnus erat,non quiescentes donec traditi forẽt. Postremò insaniæ coronidem imposituri literas Regi propria manu signatas extorquent, quibus hæc omnia iussu,voluntate,ac consilio suo facta testari cogebatur. Quibus rebus Vertuzij Comes territus, duobus comitãtibus vrbe egreditur, subsequentibus compluribus Aurelianicæ factionis viris,mulieribusq;. Timebant enim ne à furente plebe, quemadmodum plærisq; vtriusq; sexus euenerat, caperentur,jugularentur, aut aqua suffocarẽtur. Dum Parisienses in seditionem versi tumultuantur, Delphinus clam literas ad Principes Aurelianos scripserat,rogans se Regemq; populi captiuitate liberatum veniant. Læti insperata occasione, copias ad Ligurim cogentes binas ad vrbem mittunt literas: Prioribus Regem admonebant sese ad auxilium ei ferendum properare: Alteris populo iubebant,vt Regem,Delphinum, captiuosque omnes in libertatem restituerent, nisi vrbem euerti,populumq; interfici malint. Quibus quòd Intrepidus militem nõ haberet territi, Præfectum equitum Rhodiorum, Antistitem Tornacensem,addito nobili comitatu, ad Aureliæ Ducem mittunt, qui vltro citroque sæpius commeantes tandem Pontosæ sextã pacem,iisdem quibus cæteras conditionibus faciunt,condonãte Parisiensibus Rege excitatæ seditionis iniuriam, solemnibusq; ea tabulis confirmante, sed quæ exiguo tempore rata fuere. Liberantur exinde captiui, qui adhuc in viuis erant;nam exceptis iis qui seditionis initio à furente plebe erant trucidati, ipse Intrepidus secuti subiecerat Iacobũ Riuerium, Petrum Mesuilium, ac Petrum Essardum,amicorum aliquando sibi intimum. Post hæc Regni administratio committitur Delphino,qui statim in carcerẽ duci iubet ciues aliquot Parisienses Intrepidi clientes, paulosq; pòst quosdam capitali supplicio afficit, migrantibus in Burgundiam ac Flandriam cum vniuersa familia non paucis. Intrepidus, solo populi auxilio,alienato Delphino,non se satis tutum arbitratus,Regem prope Villanouam ad venationem cum paucis educit, seque grauissimis de causis in Flandriam vocari simulat, obtentoque commeatu, sex equitum fideli comitatu iter citatis equis ingressus,tandem ad Fanũ Maxencij peruenit, vbi cùm noctem vnam quietuisset, præsidio ducento-

ducentorum equitum, quibus Rontij Dominus præerat,Insulas intrauit. Discessu eius evulgato, Aureliani occupata vrbe,Regem, Reginam,ac Delphinum sui iuris facitt, coguntque veteribus abrogatis,nouisque promulgatis edictis,antiquam Aurelianis dignitatem,honorem, ac auctoritatem restituere, proscriptisque omnibus quos Intrepidus ad honores prouexerat suæ factionis hominibus, publicos priuatosq; Magistratus committunt. Intrepidus hisce rebus intellectis, Ioannem Crouiacum iuniorem ad Delphinum mittit, qui ab Aurelianis contra postremæ pacis pacta,vt olim pater,captus in arcẽ Monhendrici abducitur. Sed cum mense Decembri rupta pace Intrepidus iusto cum exercitu prope vrbem Parisiensem castra haberet,pater Crouiacus viginti fideles veteranos equites Aurelianorum militaria signa supra arma ferentes,vt famam !parserant, Confluentiã mittit,qui in itinere ad Monhendricum vbi nullum erat præsidium, declinantes introrumpuntur,Arcis præfecto de eis nil inquirente. Sacerdos qui in arce rem diuinam facere erat consuetus, ac iamdudum pecunia à Crouiaco corruptus, à præfecto impetrat, cum recreandi animi causã in oppido sacrum audire permittat, quo absoluto, ad equites vi-sendos pergunt, simulateq; ab his irrisus, Burgunduſq; vocitatus, ad oppidi portam perueniunt, vbi nullis repertis custodibus,inscenso vterque equo,ex aspectu citato se cursu cum viginti equitibus abripiunt,ac ad secundum milliare in silua cædua, equitum suorũ turmam nacti,cum Crouiaco,ac sacerdote læti ad Intrepidi castra veniunt,singulari omnium lætitia ac risu excepti, quod anno vix euoluto prior filius captiuum pacis tempore patrem, deinde pater filium simili tempore captum, non minus prudenter, quam fortiter liberasset. Intrepidus fuga Insulas(vt diximus) è Francia delatus, ibi Flandriæ, ad Fanum verò Odomari Artesiæ Ordinibus statum rerum suarum exponit. Magna pecuniæ summa ei promittitur,ac pro parte numeratur,militem verò negant,ne pacem cum Anglis initam magno mercaturæ suæ damno violarent. Sequitur tamen eum è populo voluntariorum magnus numerus,nobilitasq; ferme omnis Flandriæ ac Artesiæ,accedunt è Burgundia equitum circiter duo millia,crescebatq; amicis eius Parisiis animus, qui non sine periculo etiam ædibus inclusi latebant. Cal. Nouembr. Insulis Intrepidum adeunt Damperre Regulus,ac Euresij Antistes,Regis ei nomine interdicentes fœdus neque affinitatem cum Anglis iniret,obseruaretq; diligenter conditiones postremæ pacis,adiuncta capitis pœna,bonorumq; publicatione,ni paruisset. At is petitis indutisq; ocreis, statimq; conscenso equo,cùm nec syllabam legatis respondere esset dignatus, Audenardam proficiscitur. Rex pacis violationem veritus edictum per vniuersum regnum proponit, addita capitis bonorumque pœna,nequis sine suo consensu pro Aurelianis aut Burgundis arma sumat. Interea Lodouicus huius nominis secundus Angium Dux,nomine Tenus vtriusque Siciliæ Rex, Intrepido filiam Catharinam, quam ante paucos annos filio suo Lodouico vxorem petierat,intactam remittit,fœduſque cum Aurelianis facit: quibus ille parum motus,Regi per literas de his quæ Aureliani agebant conqueritur, pacemque ex æquo seruari postulat. Sed Rex eorum in potestate positus, se cùm oportunum visum foret,responsurum dixit. Proinde Intrepidus pacem violari questus, militem diligentissimè eò confidentius conscribit,quòd Delphinus ab Aurelianis (captis aliquot suis domesticis,ipseque ab eis domi ad modum captiui conclusus) plane alienatus, ternis à se literis instanter auxilium petisset. Sex igitur equitum ac quatuor peditum millibus instructus Parisios petit. Aureliani quanquam summa diligentia militem cogerent, Intrepidi tamẽ diligentia victi,intra Parisiensium sese mœnia continebant. At is ad Fanum Dionysij castris locatis Legatum castrensem (Heraldum Franci vocant,qui quanquam cum summa dicendi libertate mandata perferat,eius tamen vel vestem violasse nefas habent, Fœcialis,aut Caduceator Latine dici posset, quòd multis in rebus conueniant, sed cùm rursus multis magnisque in rebus ab iis discrepet, Legatum castrensem vocare malui) Parisios mittit,sed qui ab Aurelianis minis contumeliisque oneratus,inauditus dimittitur. Quare instructo exercitu ad vrbem contendens prope portam Eustatianam pugnandi copiam hosti facit,qui se non mouentes vrbem custodiebant,necessariisq; præsidiis,ne Burgundica factio tumultum excitaret,ciues in officio continebant. Quare ad Fanum Dionysij inverera castra hosti timore exprobrato exercitũ reducit,ac bis eundem Legatum castrensem ad vrbem missum,extremaque legatione fermè violatum amplius mittere desiit, in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arteſiam, Flandriamq́ dimiſſo exercitu reuertens, iuſto tamẽ apud Sueſſones ac Compengam relicto præſidio. Arteſiæ Flandriæq́; Ordines in auxilium vocati operam ei extremam pollicentur, modò contra Regem eiuſq́ liberos arma capere non cogantur, cuius tum temporis beneficiarij clientes erant. Aurelianj perſuaſo Rege procurarant, vt Intrepidus hoſtis declaratus, publicatis bonis proſcriberetur, coactoq́; maiori quã vnquam habuerant exercitu Compengam proficiſceretur, omnibuſq́ eum pelleret ditionibus.
1414. Compengam poſtridie Nonas Maij anno 1414. vita, bonisq́ omnibus conceſſa, deditionem conſentiente Intrepido facit, quod Arteſij Flandriq́; contra Regem auxilia negarent. Deinde Sueſſones Rex aggreſſus, fruſtraq́ aliquoties oppugnans tandẽ expugnat, trucidantur omnes qui per ætatem arma ferre poterant, Præfecto Bornouilla cum captiua nobilitate capite truncato, feminis violatis, deinde iugulatis, impuberibus abductis, vrbe antiqua nobiliq́; in prædam militi conceſſa, poſtremoq́ incenſa. Dehinc deditionem facit Lahonum, recipiturq́; in gratiam Philippus Burgundus Comes Neuerſij, timẽs ditioni ſuæ Retelenſi. Exinde Rex caſtra ad Fanum Quintini locat, interpellatq́; eum ſemel atque iterum pro pace, Margareta Hannoniæ Comes, ac Antonius Brabantiæ Dux, ſed intercеſſione Aurelianorum nil æqui potuit impetrari. Rex per Hannoniam Baupamam Arteſiæ oppidum proficiſcitur, quod poſt paucos dies conceſſa omnibus libertate, portas ei aperit. Poſtremo cum exercitu pluſquam cẽtum millibus militum Atrebatum cingit, vrbemq́ bimeſtri obſidione preſſam, multis irritis cruẽtiſq́ oppugnationibus vexat, donec tandem pax ſeptima, auctore dicta Margareta, Antonio, ac Flandriæ Ordinibus componitur, iiſdem quibus ſuperiores conditionibus coactis cõſentire Aurelianis, quòd Regis exercitus inteſtinorum tormmibus laboraret. Rege diſceſſum parante, igne eius caſtra aliquot locis corripiuntur, concurriturq́; eodem momẽto à Burgundis ad prædam, ac à Francis ad defenſionem, violataq́ue foret pax, niſi Delphinus interceſſiſſet. Dimiſſo exercitu Regio, Intrepidus coactis viginti quinque equitum millibus in Burgundiam proficiſcitur, Tonnerræ Comitem clientem ſuum, Aurelianicæ ſemper factionis ditionibus pulſurus, aut ad officium coacturus. Philippo igitur filio Flãdriæ præfecto, per Hannoniam, Cameracenſes, Tiraſcham, Retelenſes, in Burgundiam peruenit, omniaq; Tonnerræ munita loca in poteſtatem redacta, filio Philippo donat, menſeq; Mar-
1415. tio (quanquam exercitum non contemnendum haberet) anno 1415. iureiurando ab vtraque parte præſtito, tabuliſq́ue conſignatis pacem Atrebatenſem ſimulatè roborant.
1416. Anno 1416. Delphinus patre ægrotante regni gubernationem iterum ſuſcipit, cumq́ue amore nobilis adoleſcentulæ correptus vxorem Intrepidi filiam, ad Fanum Germani ad Laiam dimiſiſſet, per literas genero minatur, ni vxorem reuocet, ſe paci Atrebatẽſi non ſtaturum, nec Franciæ ſuppetias contra Anglos laturum, qui inſtructa armamq́; claſſe, opportunitatem traiiciendi expectabant. Delphinus ſocero coactus paret, quanquam is exercitum non dimitteret, ſed clam etiam augeret, oportunitatem recuperandæ vrbis Pariſienſis captans, fruſtra conatus, cùm Franci magno prælio propè Azincurtum ſuperiori anno ab Anglis ſuperarentur, qua pugna Intrepidus vtrumq; frarrem amiſit, captiq́; ſunt in Angliam abducti Carolus Aurelianorum Dux, ac Ioannes Engulemæ Comes fratres, Aurelianicæ factionis capita. Intrepidus cum viginti equitum millibus Lignaum vſque proficiſcitur, motum ibi Pariſienſium, ac occaſionem violandæ pacis expectaturus. Sed Bertrandus Comes Armigniacus Magiſter equitum in locum Caroli Albrethi, prælio Azincurtenſi occiſi, è clade profugus, cum ſex equitum millibus vrbem occuparat. Intrepido cum exercitu Flandriam repetente, in itinere nunciatur generum Lodouicum feruenti febre correptum obiiſſe, aut vt plarriq; volunt, veneno (quod is credere malebat) ab Aurelianis ſublatum, quæ res ſupra vtriuſque fratris interitum, non parum ęgrum animũ dolore affecit. Dimiſſa exercitus parte in Brabãtiam proficiſcitur, ſtatum regionis vt tutor, nomine Ioannis ac Philippi, nepotum ex fratre, compoſiturus, indeq́; Rethellam, ac ad Fanum D. Pauli contendit. Interea Pariſiis, ac per vniuerſam Franciam nouum exactionis genus, homines longo bello attritos torquebat, ciueſq́ue aliquot Pariſienſes Aurelianis noui tributi inuentionem imputantes, inita coniuratione Regem, ac Aurelianos proceres capere conantur, ac Intrepido regni adminiſtrationem, quo exactionibus liberarentur, deferre: qui de conſpiratione certior factus, nobiles eò aliquot præfectos clam mittit.

mittit. Sed coniuratione per mulierem Aurelianis patefacta, iuſto Rex præſidio intromiſſo, conquiſitos coniuratos ſecuri percutit, iugulat, aqua ſuffocat, aut exuri iubet, maiori tamen parte cum præfectis, quos Intrepidus miſerat, fuga elapſis. Quare ad bellum Intrepidus redeundum iudicans, aſtu Baumontium occupat, Neſlam diripit, paulòq; poſt iterum infœlici euentu Burgundicæ factionis ciues vrbem occupare conantur. Intrepidus inducias ſuo tantum nomine cum Anglis in annum vſque 1417. facit, quæ deinde 1417.
prologantur ad Cal. vſque Octobr. anni 1419. Francorum ordinibus ægerrimè ferentibus. Exinde Valencenas ad Guilielmum Hollandiæ Hánoniæq́; Comitem proficiſcitur, cuius vnica filia Iacoba nupſerat Ioanni Delphino, fratri defuncti Lodouici, paceməque inter ſe annitente Hollando faciũt, Intrepido Anglorum, Delphino Aurelianorum amicitiæ renunciante. Sed parum vtrique pax profuit, quòd Delphinus menſe Aprili repente morbo extingueretur, non ſine manifeſta veneni ſuſpitione, quod Aurelianj ob dictã pacem ei propinaſſe exiſtimabantur. Intempeſtiua certè vtriuſq; Delphini mors, nullis relictis liberis, Intrepidum Hollandúmq; non vulgari damno, doloreque affecit. Poſthæc coadunato exercitu Pariſios tẽdit, euulgatis literis, quibus ſuſcepti belli cauſas reddebat, omnibus pacem, excepto Lodouico Angium Duce, offerens, in quem ad extremum vſque vitæ ſpiritum ob filiæ Catharinæ repulſam, ac vtriuſque Delphini mortem hoſtili manſit animo. Exiſtimabat enim Lodouicum in necem eorum coniuraſſe, quo Carolus filiorum Regis natu minimus, qui filiam Lodouici Mariam in vxorem duxerat, ad regnũ peruueniret, eiuſq́; opibus, ac potentia vteretur ad occupãdum Neapolis, ac Siliciæ regnũ. Bellum inter factioſos Principes acerrimè in Picardia gerebatur, ceperantq́; Burgundi aliquot oppida ac caſtella, quod in Nortmannia Regiæ vires cõtra Anglos rem gererẽt. Ipſe Intrepidus cum exercitu ab Ambianis erat receptus, expectans quid ſuæ factionis Pariſienſes eſſent molituri, venitq́; ad eum à Rege cum literis Canni Dominus, quibus iubebatur exercitum dimittere, in Flandriam reuerti, ac Regi cauſas ſcribere, quibus fretus cum exercitu in regnum venire, caſtella, oppidaq́; occupare ſit auſus. Quibus lectis adeo exeanduit, eodem vt momento ceruicem Cannio abſcindi iuberet. Sed domeſtici ſedatata iracundia, oſtendunt Cannium Regi obedire coactum legationem ſuſcepiſſe, quod cùm is aliis literis diſertè docuiſſet, Intrepidus ad ſingula exactè, ferociterque ſcripto quoque reſpondens, redire ad Regem permittit, eodemq́; die motis caſtris, cum triginta equitum, ac viginti peditum millibus, recta Pariſios contendit. Sed Armigniacus equitum Magiſter, derelicta Anglis in predam Nortmannia, continuato noctes dieſq́ue itinere, prior iuſto cum præſidio vrbem ingreditur. Próh Deũ immortalem, adeo ne homines odio, inuidia, ambitione, ac vindictæ cupiditate excæcari? Proficiſcente Intrepido in itinere ſeſe dedunt Senliacum, arx Baumontij, Pontoſa. Deinde trãs Sequanam Mõroga, Monfortum, vnde Pariſios legatum mittit Caſtrẽſem, iubens portas aperiri, quod ad liberãdum Regem, ac Delphinum Aurelianica captiuitate adueniſſet. Sed Delphinus Carolus ab iiſdem inſtructus legatum minis oneratum, ſtatim diſcedere iubet. Proinde vrbis capiendæ rationem non videns, exercitum in Turonenſes conuertit, à Regina ante paucos menſes eò ab Aurelianis ablegata in auxilium aduocatus. In itinere ſe ei tradunt Paleſauum, Monhendricum, Dordanum, Eſtampium, Carnutũ, Galardanum cum plærisque aliis caſtellis, ac oppidis, quæ à vectigalibus ac tributis omnibus, præterquam ſalis, magno incolarum gaudio liberat. Turonenſibus propinquus, Regina ſimulans ſe in facello, portæ vbi inſidiæ latebant propinquo, ſacrum audire velle, in manus ſexaginta equitum Burgundionum cum duobus ſui curã habẽtibus vltrò ſe tradit, tertio flumine Ligeri dum fugam molitur, ſubmerſo. Deinde vrbis, arciſq́; portis reſeratis, præſidium Burgundicum admittitur, conueniuntq́; huc paulò pòſt duo legati, nomine omnium ciuitatum partes eius ſectantium miſſi, traduntque Reginæ ac Intrepido regni adminiſtrationem, quod euulgatis ſtatim literis omnibus ſignificant. Enimuero ne nouo in regno iuſtitiæ exercitium deſideraretur, Intrepidus Ambiani generale Concilium inſtituit, ne ſuæ partis litigatores Lutetianam requirerent iuriſprudentiam, Regium ſculpi iubens ſigillum, in quo Regina viſebatur erecta, brachiis decorè ſecundum latera dimiſſis, in vtraque manu ſcutum tenens, dexterum arma Franciæ ſola, ſiniſtrum arma Franciæ ac Bauariæ ſimul oſtendens. Poſthæc tertio Pariſios ſecretò ab amicis vocatus mouet. Verùm denuò

Universidad de Deusto
Biblioteca

parefacta coniuratione, relicta Troiæ, quæ est apud Campangos, Regina, in Flandriã re-
1418. uertitur. Initio anni 1418. Senliacum Armigniacus obsidet, frustraque cum aliquoties id oppugnasset, tandem Parisios reuertitur, quòd varij Burgundionũ præfecti, ad leuandam obsidionem militem cogerent, præsidium verò Senliacum erumpens extremumque Armigniaci agmen inuadens, omnibus impedimentis exuit, multosque captiuos in oppidum perducit, è quibus viri quadraginta sex, ac mulieres duæ interficiuntur, quòd prior Armigniacus ceruices abscindi iussisset quatuor obsidibus, quos pacti sẽ oppidum tradituros, si ante vndecimum Cal. Maij diem auxilium quod venerat non aduenisset, ei tradiderant. Dum Aureliani frustra Senliacum tentant, Burgundi Rothomagum, Normanniæ vrbem primam, occupatum firmo munuint præsidio, liberatis ab omni, salis excepto, ciuibus tributo. Cumque nullo nõ calamitatis genere, miserrimi Galliarum incolæ, magno numini dant pœnas, vexati, spoliati, iugulati, hinc ab Anglis, inde à popularibus auaritia excæcatis, ac proceribus ambitione perditis, inq; mutuã pernicie brutarũ instar belluarũ sanguinolentè ruentibus, vt nullus nõ sum mopere admiretur crudelitatẽ plusquã Barbaram, quę inter homines eodem sub cœlo natos, eidem Principi subditos, eiusdẽ linguæ, sanguinis, religionis, ac conditionis exercebatur, tandẽ Papa Martinus, meden tantis malis desiderans, ac florentissimas regni vires contra Turcam vertere, Cardinales duos in Franciam mittit, qui salutaribus admonitionibus eò rem deduxere, vt Rex, Regina, Delphinus, Intrepidus, Aureliani Principes, se sacrorum procerum arbitrio staturos promitterent, acceptursosque pacis conditiones, quas essent præscripturi, solo Comite Armigniaco excepto, qui natura ferox ac truculentus, conceptæ pacis ordinem perturbauit, tanto hac de causa odio Aurelianis omnibus per Franciam concitato, vt sibi multisque suæ partis nobilibus ignobilibusque, violentæ mortis occasionẽ dederit. Nam cùm multi denuò in vrbe coniurassent, rem Liladami regulo, Pontosæ in præsidio commorantem significant, qui in omnem occasionem paratus duodecimo Cal. Iunij nocte circa horam secundam, comitatus octingentis equitibus per portam D. Germanici in vrbem admittitur, profectusq; sine tumultu cum suæ factionis ciuibus ad molem Chasteleti, quadringentis aliis armatis suæ partis ciuibus se iungunt, simulq; per vrbem vagantes clamabant: Qui pacem cupiunt, nobis se iungant, numeroq; sensim aucto, in quatuor tãdem se agmina diuidunt. Primum ad ædes Comitis Fani D. Pauli, vbi tum Rex aulam habebat, pergit, eumq; conscenso equo vnà proficisci cogunt. Secundum rectà ædes Armigniaci petit, qui plebeis indutus vestibus, pauperis ciuis in domo latebat. Reliqua duo agmina ædes inuadunt eorum, quos Aurelianicæ factionis esse sciebant, cõiectis in carcerem omnibus qui publica gerebant munia, eorumque loco substitutis Burgundis. Tanneguius Chastelletus vrbis præfectus, initio tumultus molem Anthonij occuparat, eoque mutato habitu Delphinum receperat, ac cum præsidio per D Anthonij portam, quam in potestate quoque habebat, Montargium miserat, intromisso Marscalco Rieusio, ac Barbassano, cũ turma centum sexaginta equitum, iungebantque se eis ciues Aurelianicæ partis rustici fãctiosi, ac qui in re subita cogi potuerant milites, pugnabaturq; variis vrbis locis fortiter, eo tamen euentu, vt Aurelani vrbe moleque Anthonij pulsi, desideratis quadringentis viris Burgundis liberam eius Regissq; relinquerent possessionem, tum (vt moris erat) eius nomine per præconem prouinciatur: Qui Aurelianum cuiuscunque conditionis texerit, capitis fortunarumque pœnam incursurum: statimque Armigniacus Pontificiæ pacis perturbator, ab hospite vbi latitabat proditur, ac post paucos dies à furente plebe cum quatuor suæ factionis captiuorum millibus iugulatur, inter quos centum sexaginta viri nobiles periere. Populus enim contra Aurelianos irritatus, non solùm quòd omnium superiorum calamitatum eos auctores duceret, sed quòd postremam pacem solos respuisse sciret, ad sexaginta circiter ciuium millia congregata, inuitis reclamantibusque Burgundis proceribus, omnes vrbis carceres effringunt, ac quos inueniunt cuiusque sexus homines trucidant, quorum è numero hi præcipui fuere: Comes Armigniacus equitum Magister, Comes Grandpreus Regis Cancellarius, Romontius, Guerreus, Antistes Constantiensis, Baieusorum, Eurefiorum, Senliaci, Sanctonum, Abbas Cornillæ ac Compengæ, præter hos quicunque Regi à consiliis erant, fisco præerant, ac aulæ seruiebant. Qui in mole Chasteleti detinebantur, effractis compedibus, arreptisq; quæ fors offerebat armis, cùm

cùm vulneratis, occisisq; ciuibus nõ paucis, aliquot horis se strenuè defendissent, tandem incensa munitione, miserabili maior pars morte extinguitur, cæteri fenestris, tectoque exilientes, infra stantium hastis gladiisq; excepti, in ignem reiiciuntur, cumq; omnes purpuream D. Andreæ crucem, Burgundionum militare signum, superiore in veste præferrent, in occisi Armigniaci, Cancellarij, ac Romontij nudi tergoris cute eandem effingũt, deinde nuda eorundem cadauera colligata, puerorum ludibrio per triduum relinquunt, qui per vniuersam raptata vrbem, quarto demum die extra mœnia, humili fossa tegunt. Quatuor diebus populi inhumana rabie mutua fœuientis in viscera furor durauit, perieruntque multi innocentes, quieti, ac neutrius partis homines, cùm debitor clam latrone instigato, creditorem cecidisse, dolere se simulat, ac cui quisque malè volebat, Aurelianũ inclamando, impunè occidit, nemine inquirente verum ne an falsum foret. Liladami regulus, cæterique Burgundionum Præfecti initio tumultus frustra carcerum effractionem impedire conati, magno animi cum dolore hostium necem aspiciebant. Examinatos enim Intrepido perpetrati facinoris testes adducere maluissent, ac insolita ratione, edito memorabili clementiæ exemplo, dum hostium vitæ consulunt, ciuili bello finem imponere, cum contrà eorum morte, instar capitum hydræ, noui statim hostes oriterentur, qui natas ex inueterato odio inimicitias, dum à clade hac Parisiaca in annum vsque 1558. continuo decertant bello, acerbissimè exercuerunt. Erat hoc tempore Intrepidus Digeotionem ei facientibus omnibus, quæ circum vrbem erant Parisiensem oppidis, cum vniuersa Picardia. Regina decenti comitatu instructa cum eo Parisios proficiscitur, receptique sunt à ciuibus nullo lætitię omisso genere, spargebantur enim è fenestris in lectica Reginæ, comitumque eius arma, varij generis flores, lætaque acclamatione ac applausu aduẽtum eis gratulabantur. Recepta Rex vxore, Intrepido gratias agit, cumque pro arbitrio regni statum componere permittit: quo facto, solum Delphinum, quod vnum restabat, in partes trahere nequibat, quamquam Rex & Regina blandiciis, imperio, & minis idem essent conati. Aurelianis enim instigantibus regni administrationem, contempto parentum imperio sumpserat, militemque conscribens, bellum contra Intrepidum, occupata astu Compenga parabat. At ille omni ratione deuinciendum adolescentis animum existimans, dissimulato quod parabat bello, Andegauum ei vxorem Parisiensi tumultu captam, cum vniuerso muliebri mundo, ac ornatissimo comitatu mittit, Parisiẽsesque iterum carceres effringere conantes, sex millibus ad obsidionem Monshendrici missis, capita seditionis capta, aqua aut laqueo suffocat, ac inter hos vtriusque sexus aliquot nobiles, omni ratione quærens conciliato Delphino pacem cum Aurelianis firmam aliquãdo facere. Sed is ab Armigniaci Comitis filio, Tanneguio Chastelero, aliisque Aurelianis Proceribus mente spoliatus pacem nullam cupiebat, quàm quæ ad Intrepidi necem (in quã cum ipsis coniurarat) viam esset factura. Cùm igitur sui Suessonum vrbem occupassent, ipse ducto contra Turonenses exercitu, eos in deditionem accipit. Quare Intrepidus nil tentata pace proficiens, ad bellum se quoque conuertit. Obsidebant hoc tempore Angli Rothomagum, vbi Intrepidus præsidium habebat. Sed quòd ei iustæ vires leuandæ obsidionis deessent, parandusque foret contra Aurelianos exercitus, Præfecto scribit, quàm possit honestissimis, cum Anglis transigat conditionibus, quod ille anno 1419. dedita vrbe 1419.
facit, cedirque vniuersa demum Normannia Anglis. Interea Burgundi diuersis in locis cum Aurelianis bellum gerebant, expugnato Cuchiaco ditionis Caroli Aurelianensis, hoc tempore in Anglia captiui, munitissimo castello, dimissoque hoste externo inter se Franci sæuiebãt. Rex, Regina, eorumq; filia Catharina, quam Hendricus Anglorum Rex vxorem petebat, ac Intrepidus Pontosæ erant, deque Anglicis nuptiis cum Rege Hendrico, qui eò venerat, frustra tractabant, quòd Anglus secunda fortuna inflatus, cum Catharina in dotem peteret omnes fermè Armoricas Galliarum Prouincias, nullo in eis Gallorum Regi, relicto iure. Dum Anglorum Rex infecta re Rothomagum reuertitur, Tanneguius Chastelletus à Delphino missus Intrepidum adit, asserens eum mutata voluntate inter factiosos Principes summopere pacẽ cupere, quo coadunatis viribus Anglos facilius Gallia pellant, seq; missum vt colloquio dies locusque designaretur. Intrepidus cum Tanneguio solus aliquot diebus communicat, existimãs Aurelianos, fœlicitate An-

Universidad de Deusto
Biblioteca

glorum motos iam ſerio de pace cogitare. Sed Delphinus ira ac furore percitus, ſimulata pace, Intrepidi mortem moliebatur, nil eo minus ſuſpicante, quòd pax quarto Idus Iulij antiquis conditionibus, octauò iam inita, ac omnibus diuini humaniq; iuris vinculis eſſet conſignata, præterita condonata: vocatus ad ſalutandum Delphinum Intrepidus, è terra porrecta manu releuatus, in amplexum admiſſus, oſculo exceptus, multoque verborum cum honore in gratiam receptus, ac menſæ adhibitus, promittente Delphino, nunquam ſeſe præteritorum amplius memorem futurum, ſi animi corporiſque vires poſthac contra Anglos vertiſſet. Atque hęc omnia roborata tactu ſacrorum voluminum, inuocato ſanctę Triadis numine, manducato Ieſu Chriſti ſacro corpore, nulloque omiſſo iuriſiurãdi vinculo, nec requiſita diuina humanaque ad ſtabilitatem cæremonia, ipſiſq; conditionibus, Regis, Delphini, Intrepidi, aliorumq; procerum manu ſubſignatis, atque in publicũ æditis, adeo vt iamprimum omnes veram perpetuamque pacem, ac Saturni tempora ſperarent. Inſigne certè fragilitatis ac miſeriæ humanæ monumentum exemplumque, ne temere vllius verbis, minimè verò inimico reconciliato fidamus. Decreuerant Aureliani interficere Intrepidum ad Regem è comitatu abeuntis Delphini reuertentem. Sed quod Ioannes Lutzenburgius Fani D. Pauli Comes ei cum octingentis equitibus partim Flandris, partim Arteſius præſidio adeſſet, facinus in aliud tempus differre ſunt cocti. Equum in diſceſſu Delphino conſcendente, Intrepidus ſemicirculum in quo pedes cruraq; quieſcunt, honoris cauſa tenebat, cumq; ad tertium vſque milliare comitatur. Exinde Delphinus in Bituriges ac Turonenſes per cauſam belli Anglici, viginti militum millia conſcribens, Monterauij vbi flumen Iona Sequanam illabitur, cõtendit, mittenſq; Tanneguium Chaſteletũ Troiam ad Intrepidum cum literis propria manu exaratis, eumque petit ad ſe veniat conſultatum de ratione belli Anglici, ac recta regni adminiſtratione. At is ſine iuſto comitatu proficiſci temerarium, cum præſidio venire non ſatis decorum exiſtimans, reſpondet: Si Delphinus Troiæ præſente patre, eiuſq; Conſiliariis his de rebus tractatum venire dignetur, honori ac officio magis conſulet. Reuertitur eadem de cauſa paulo poſt Tãneguius, ac Intrepidum ægrè perſuaſum Braiæ ad Sequanam pertrahit, vnde diuerſi vtriuſque partis legati ſæpius commeantes, tãdem Intrepido ſecuritatis fidem faciunt. Poſtremæ legationi præerat Valenciæ Epiſcopus, qui frater erat Caroli Pictauienſis, Antiſtitis Langrenſis, inter Conſiliarios Intrepidi intimus ac vetuſtiſſimus, proinde coniurationis minimè particeps, à quo perſuaſus fidem promiſſis iureiurando per Tanneguium repetito corroboratis adhibuit, eo confidentiùs quod Delphinus arcem oppidi Monteraui (quod & fecit) traditurum ſe promiſerat. Quare tertio Idus Septẽbres Braia diſcedens, cinctus quingentis equitibus, ac ducentis peditibus ſagittariis, circa horam poſt meridiem tertiam Monterauo appropinquans, Antonium Tolongeonem paucis comitatum equitibus ab oppido ſpeculatum venientem obuium habuit, aſſerentem in ponte munitiones ligneas, pontis latitudine æquis interuallis diſtantes ſe vidiſſe, magno Delphini ac qui cum eo erant commodo, ſummo autem cum periculo eorum qui eſſent ingreſſuri fabricatas, ſi Delphinus fidẽ fallere ſtatuiſſet, proinde quid opus facto eſſet maturè conſuleret. Aduocat Intrepidus medio in campo equitum concilium, ſententiaſque exquirit, plærique inſidias timebant, alij Delphinum tantæ exiſtimationis futurum Regem, fidem nunquam falſurum, nec perfidi hominis noram ſubiturum affirmabant. Intrepidus variantium ſententiis diſtractus, quod tempus, locusque mortis aduenisſet, clarè omnibus audientibus ita loquitur: Ibo intrepidè ad Delphinum diuinæ permiſſionis nutum ſubiturus, ne in dubio vitæ neciſque caſu mihi exprobretur, ob incertam me vitæ cupiditatem, femineumq; mortis metum, impediſſe rupta pace communem tranquillitatem, cùm Franciæ populus ſatis ſuperque ambitionis noſtræ fera flagra pertulerit. Etenim ſi non iero, oſtenderoque Delphino me verbis, ſcriptis, iureiurandoq; ſuo fidem non habere, eaq; de cauſa exacerbatus bellum recruduerit, culpa in me transferetur, pacemq; me omnes ſimulaſſe, fictoque animo feciſſe, quod nec fidere, nec fidem vlli ſeruare didicerim, merito arguent, quæ res non ſolùm omnes viros bonos, ſed & veteres amicos fauoreſque à me alienabit. Proinde ſtabiliatur vel vitæ huius exitio pax: audiat feratq;, me mortuo, Delphinus huius culpæ ignominiam, ſi fidem fallere decreuit, quod tamen nulla ratione credere poſſum. His dictis, per caſtri portam quæ extra oppidũ fert Monterauum arcem

arcem ingreditur, reperitq; omnia in aduẽtum ſuum, nequid ſiniſtri ſuſpicaretur, magnificè parata, ſequebaturque eum Carolus filius natu maximus Borboniæ Ducis, Arcembaldus frater Comitis Foxij, Nouałę Regulus, Ioánes filius Comitis Friburgi, Fani D. Georgij Regulus, Vergius, Montaguus, Amacrienſis, Lenſius, Giacus, Pontallerius, cum pleriſque aliis, equites aderant pauci, pedites centum, iuſſis propè portam reliquis in acie manere. Accedit interea Tanneguius aſſerens Delphinum expectare, ac iureiurando iterum affirmans à nemine illi periculum imminere, quod Delphinus verbis fidem foret adhibiturus. Pergens igitur neminem ſe ſequi voluit præter Carolum Borbonium, Nouałium, Friburgium, Fani D. Georgij Regulum, Montaguum, Vergium, Dancreum, Pontallerium, Lenſium, ac Giacum, cum Secretario Petro Sequinate. His comitatus ad primam accedit pontis munitionem, qui huic præerant iureiurando promiſſam ſecuritatem renouant, addentes Delphinum expectare. Verùm animo malum præſagiẽs, aut tres pontis munitiones ſuſpectas habens parum ſubſtitit, rogatque num verbis fidem adhibere poſſit. Affirmant ſummo Numine in teſtem aduocato omnes. Primam igitur munitionem prætergreſſus, ac ad ſecundam perueniens, Delphinus (repetunt) te expectat: proinde & hanc dicto cum comitatu tranſgreſſus, vtræque munitionis poſtes, firmis operibus clauduntur, obuiiq; Tanneguij humero dexteram imponens, ad Fani D. Georgij Regulum inquit, huic viro præ cæteris vel maximè vitam concredo. Delphinus omnibus indutus armis, gladioque lateri alligato, tertiæ munitioni innitebatur, quique cum eo ſtabant ſub veſtibus armati erant. Intrepidus viſo Delphino dexterum genu, vt tum moris erat, ad terram inclinat, capiteque nudo eum veneratus, ait: Domine, huc à Rege patre tuo miſſus veni, de regni ſtatu tecum conſulturus. At ille: Itane cognate? ſed promiſſis non ſtetiſti. Tum Intrepidus: Quamobrem, ac qua in re? Quoniam Anglis (reddit Delphinus) bellum non intuliſti, neque oppida caſtellaque è poſtremæ pacis pacto tradidiſti. Adhæc Intrepidus: Anglis quantum potui ac licuit reſtiti, quæq; me traditurum recepi, fermè omnia in manu tua ſunt. Delphinus exerto gladio ſuos intuitus, ait: Mentiris proditor. Intrepidus quo in ſtatu res ſuæ forent e Delphini vultu, verbiſque iudicans, deuorata iniuria comiter reſpondet. Sed Delphinus dicere cum plura non paſſus, interrupta oratione repetit: Mentiris denuò proditor, eodemque momento ad aſtantes conuerſus latrones, ait: Tempus adeſt. Exinde Robertus Loreus, arrepta Intrepidi dextra, inquit: Surge, non enim decet Principem tam illuſtrem, hactenus in genua procumbere. Intrepidus ſentiens gladium à latere in tergum ſenſim lapſum, reducere in locum volebat, ſed dictus Robertus inſurgens: Stringere ne ait gladium, in præſentem conaris Delphinum? Vix finierat, cùm Tanneguius circunſtantes oculi nictu admonens Intrepidum contra toties datam fidem ſecuri inuadit, ac mentum amputat, dum trepidus, ac caput findere conatus fallitur, ictuſque vehementia eum in terram genu flectere cogit. Sed dum ſurgere, ac contra educere gladium conatur, ſtruentium ferentiumque multitudine oppreſſus, in terram ſupinus deiicitur. Oliuerius Laietus, Petrus Froterius, dum ei in inferiori hic vẽtre, alter in pectore gladium condit, mortem acceleraſſe. Noualius in auxilium properans vna confoditur, Friburgio ſtrictus e manu excutitur gladius, Fani D. Georgij Regulus in latere vulneratur, Ancreus in manu: capiunturq; omnes Intrepidi comites, excepto Montaguo, qui vtramque pontis munitionem, mirabili agilitate tranſiliens, prope arcem à Burgundis arma clamitans eſt receptus. Tholongoneus cum peditibus, equitibuſq; in acie extra arcem relictus cum munitiones vi perfringere conaretur, à Delphini balliſtariis eſt repulſus. Occiditur Ioannes Intrepidus ætatis ſuæ anno quadrageſimo octauo, tertio Idus Septemb. hora poſt meridiem quarta, qui tum dies Dominicus erat Chriſtianis, ac cum eo Noualius, quemadmodum eius iuſſu Lodouicus Aurelianus vno cum Comite fuerat interfectus, ſed non pari auctorum infamia. Delphinum enim poſteaquam facta pace, ei patrui cædem condonaſſet, non puduit violata publica priuataque fide, irritis patriæ religionis ſacramentis, oblitum conditionis natalium, ſtricto primum gladio latrones ad facinus præire, propriis oculis latrocinium inſpicere, cruoreque cadentis cognati pedes cruraq; maculare, innocentemq; Franciæ populum ad luendum, expiandumq; parricidium quaſi deuotam hoſtiam Philippo Bono, ſuccedentibuſq; Belgarum Principibus obiicere. Spoliatur cadauer toga, tunica, annulis, torque, cæteriſque

Universidad de Deusto
Biblioteca

ornamentis,relinquiturq; eodem loco ad mediam vsque noctem,volutaturq; tet proprio in sanguine,quo verè mortuum Delphinus cognosceret. Adeò enim viri indolem hotrebant, vt etiam ad vindictam reuicturum timerent,nisi planè mortuum constitisset. Summo manè sepelitur in D. Virginis Fano ad gradus altaris D. Lodouici,indutus thorace,caligis,ocreis ac calcaribus. Posthæc arx oppidi Mõterani obsessa, post paucos dies Delphino deditur,omnibus qui intus erant,vita bonaq; concessa,Intrepidi excepta, domesticorumq; eius supellectile,spoliatiq; sunt hac de causa Giaci domina, ac Philippus Iosequinus. Exinde Delphinusad Parisienses cæteraſq; Franciæ vrbes scribit,interfectum Intrepidum,quod prior malo animo contra se gladium strinxisset,postremaq; pacis conditionibus stare noluisset. Sed Montaguus qui fidei Intrepido datæ, eiusq; violationi præsens fuerat, contraris editis literis,omnẽ actæ rei veritatẽ publicat. Quare Ioannes Lutzenburgius Fani D. Pauli Comes,Parisiis hoc tempore agens, conuocatis omniũ in vrbe Ordinum Præfectis,vltro citroq; iurant indignã necẽ cõmunibus sese viribus ac opibus vindicaturos,nec præter communẽ consensum cum Delphino pacẽ se facturos,quod & reliquæ Burgundicæ factionis Francorũ ciuitates suis cũ Præfectis iurauêre: capiunturq; iisdẽ in vrbibus viri mulieresq; cõplures,qui necis conscij fuisse sunt conuicti, iudicumq; ordinariorum sententia condemnati,capite puniũtur. Delphinus relicto Petro Guitrio Monterauij in præsidio,missisq; Burgundis captiuis in Bituriges,Andegauum proficiscitur,acceptoq; à Britonum Duce auxilio,ac collecto in Pictauis,Aruernis,Languedoco,Prouincia Lugdunensi,ac circumiacẽtibus regionibus nouo milite, vires augebat, quibus Intrepidi mortẽ vlcisci volentibus,resisteret. Verum Rex ac Regina filij parricidium detestati, è consilio Procerũ Burgundicæ partis, missis per vniuersum regnum literis,vetant ne quis pro Delphino,eiusq; latronibus arma sumat,promittentes se breui iustis virtibus patricidiũ vindicaturos; quare nõ pauci nobiles,derelicto Delphino,Burgundis se iungunt, quẽadmodum & omnes eius domestici ac familiares, quibus facinus (quod æqui eos iustiq; tenacissimos cognouisset) cõmunicare ausus non fuerat. Parisios enim eo deserto profecti,famã nomẽq; maculare (si tantam impietatem approbassent) nolebant,intelligentes non vulgarẽ nec iniustam vindictam Philippum Burgundũ expetiturum,bellumq; propter potentiam amicorũq; multitudinẽ non leue concitaturum. Hic Ioannis Burgundiæ Ducis, vitæ cursus exitusq; fuit,qui non immeritò Intrepidus est vocatus. Princeps enim fuit qui animo imperterrito,ac audacia singulari, inimicitias potẽtissimorum hominum,bello paceq; exercuit, hostẽq; nunquam timuit,quanquam diuersa factio maiori parte Francorũ Procerum ad se pertracta, iustum incutere metum potuisset. Regionum enim amplitudo, opes, fideq; subditorum, fauor, constantiq; amor multarum Franciæ regionum,ac oppidorum,parem eum semper,superiorem vero sæpius fecere. Non minus à populo quam à nobilitate fuit adamatus, quod bella ferè semper extra suos fines gereret, vbi nobilitati honor compendiumq; quærebatur, populo militari insolentia liberato, quies dabatur: qua de causa non nisi semel, pauciq; diebus subditi seditionem mouere, etiamsi à morte patris, vix vnquam sine bello vixerit, immensamq; pecuniæ summam expenderit,quum tamen eius tempore Belgarum Principes precario ferinè liberis populis imperarent. Sed quòd prudentum consilio acquiescebat,plus comitate,humanitate (quibus mirum in modum Belgæ deuinciũtur) ac naturali quodam astu, quàm violento imperio, impetrabat. Erat alioqui natura imperiosus,turbulentus, intrepidus,ac magni rebus gerendis animi,prudentiæ,perspicaciq; mediocris,quodq; suprà modum est mirandum in homine superbo,tumido,ac fastuoso, consilia iudiciaq; suorum audiebat,credebat,ac sæpius sequebatur. Egregiam bellandi peritiam bellando erat consecutus, eoq; Duce Anglorum iugo Franciam liberari posse Galli sperauerant. Ambitiosum suprà modũ fuisse apparet. Vt enim apud Francos à Rege primus conspiceretur, nil intentatum reliquit. Verum commune hoc nobilitatis vitium est, quorum in foribus ac liminibus ambitio noctes dieq; excubat, omneq; ad exemplũ Luciferi Deo æquales haberi volũt. Mulierosior patre multo fuit. Viua enim vxore pellices non ignobiles habuit, quarum facilè princeps extremis vitæ temporibus Giaci fuit domina, ipsaq; Regis Caroli sexti vxor non satis bene audiuit, quod Turonensi captiuitate ab eo liberata,extremò semper exinde conatu partes Burgundicas etiã eo mortuo fouerit,

fouerit,cùm anteà Aurelianis enixè studuisset. Procreauit è concubinis Ioannem Antistitem Cameracensem, ac Guidonem virum militarem. Vt Franci volunt, duas habuit vxores: Margaretam filiam Alberti Bauari Comitis Hollandiæ,&c. è qua septem liberos suscepit,fermè omnes antequã interficeretur matrimonio iũctos. Philippũ filium vnicũ, ditionumq; omniũ hæredem. Margaretam vxorẽ primùm Lodouici Delphini, eo mortuo, Arthi Richemontij Britonum Ducis: obiit sterilis. Catharinam desponsatam Lodouico, filio Lodouici secundi Angium Ducis, sed repudiata cum Angium Dux se Aurelianis iunxisset, ac posteà à variis principibus, imprimis ab Hẽdrico quarto Anglorum Rege pro filio Hendrico natu maximo ad nuptias experita, cũ pater naturali inclinatione Frãcis quàm Anglis magis faueret, omnibus procis spe nuptiarũ elusis, amicitia eorum cõtra Aurelianos vtebatur, donec ij astu intellecto, alias vxores quærerent, ac infelix Catharinã ludibrium se tantum paternæ simulationis extitisse vidẽs, mœrore animi, anno ætatis trigesimo secundo, Gandaui innupta obiret. Isabellam filiam tertiam (nonnulli Aubinã vocant) vxorem Comitis Ponteuri fratris Ioannis Britonum Ducis, obiit sterilis. Mariam duxit Adolphus tertius, Cliuiæ Dux primus, quæ ei peperit Ioannẽ Cliuiæ Ducẽ, Adolphum Rauastani regulum, ac filias septem. Annã filia quinta nupsit Ioãni Duci Bethisornonio Anglorum Regis filio, obiitq; sterilis. Agnes iuncta fuit Carolo Duci Borboniæ, cui nouem peperit liberos. Altera Ducis Ioannis vxor (vt plærique Francorum volunt) filia fuit Lodouici Ducis Borboniæ tertij huius nominis, nusquã tamen reperio quo eam tẽpore duxerit,quod ei nomẽ fuerit, quàm (vt ipsi scribunt) quòd sterili matrimonio ei superuixerit. Id si verum sit,in vita Philippi Boni, vbi agitur de eius matre filias matrimonio collocante,eiq; militem mittente, de nouerca intelligendum est,quo tamẽ eam nomine cæteri scriptores nunquam appellant. Deinde si nouerca fuerit, durante ciuili inter Francos Burgundosq; bello, quo Borbonij ferè semper pro Francis stetêre, mortuo marito è quo liberos non susceperat (omnium fermè Principum Christianorum more) domum in Borboniam se recepisset. Præfuit Dux Ioãnes à morte patris quindecim annis, nunquam cum Aurelianis integro anno pacem habens. Staturæ erat mediocris, valetudinis prosperæ,robusti neruosiq; corporis, faciei, comæ in humeros dimissę, superciliorum, detonsæ barbæ color, vt patris matrisq; fusca, frons angusta, oculi parui, cæsij, feroces, ac minaces, nasus oblongus, os mediocre ac nonnihil patulum, mentum longiusculum, non tamen adeò vt patris, sed infrà nonnihil coactum, cui grata decorem addebat fossula, facies quã patris carnosior, adeò vt facilè è vultu ac vniuersi corporis habitu animum imperterritũ, imperiosum, turbulentum, sensusq; inquietos iudicasses, quippe qui nec ipse quiescere, nec alterius quietem pati posset, etiamsi dominum, ac superiorem agnouisses. Verùm cùm Principes suæ ætatis complures multis magnisq; in rebus ei pares ferre fastum non minus quàm ipse ambitiosi haudquaquam possent, mirum videri debet nemini, imperitum vulgus horum ambitioni ferriens, gaudens, fauensq; ea pertulisse, quæ in vitæ eius filiisq; Philippi Boni descriptione (quam nunc aggredimur) cognoscere licebit, idq; non sine vtili recordatione ærumnarum ac calamitatum, quibus vita humana perpetuò agitata eruditur.

AD

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD BELGARVM ORDINES
AVCTORIS EPISTOLA.

NOn potui omittere, Viri Clarissimi, iuxta ac Prudentiss. quin absoluta Philippi Boni vita, memoriam tanti Principis vobis hac Epistola dicarem ac commendarem, vel eo nomine vobis gratissimam existimans, quod eius insigni fortitudine, solerti, ac insigni prudentia, cum summa felicitate coniuncta, ad antiquam fermè, vetusti corporis pulcherrimam compaginem, longo tempore separatis membris dissolutam, redacti estis. Ante aduentum Iulij Cæsaris, variis seruiebant maiores nostri legibus, ac Regulis, qui per causam tuendæ libertatis, affectibus suis seruientes, turbulentis eos premebant institutis, aut calamitosis inuoluebant bellis. A Cæsare vix tandem domiti, ac successorum eius iugo assueti, liberiùs tamen multo (non diffiteor) reliquis viuebant Gallis, satisq. feliciter in pace degebant, quamdiu communibus animis ac consiliis Imperij Romani Maiestatem venerantes, ad eius se nutum componebant, abiectaq. turpi rebellione, necessariis obediebant dominis, non semel cum clade experti, impias coniurationes felici successu carere. Ruente propria mole Romanorum Imperio, Barbari Belgas inuasere, ac late edita vastitate, summas calamitates intulere, hinc Gothi, illinc Vuandali, ac Hunni, tum Burgundi, ac Franci, postremò Dani, eorumq. vicini, quos communi nomine Noortmannos appellabant. Cùm hi sacris neque prophanis parcerent, restiterunt tamen maiores nostri fortissimè, ac non semel cæsis Barbaris, pro aris ac focis, pro legibus ac maiorum institutis, pro vxoribus, liberis, vita ac sanguine, adeo obstinatè dimicarunt, vt tandem maiore Belgarum parte pulsi Barbari in Galliam Celticam ac Aquitanicam penetrarent, sedesq. figerent. Sed quod sine Principe maiores nostri tum viuerent, turbulentissimi ac seditiosissimi homines, malis artibus Rempublicam inuadentes, per speciem quoque defendendæ libertatis, bona ac fortunas miseræ plebis, rapaci manu ac animo deuorabant. Excepit hanc calamitatem Caroli Magni ætas, Princeps certè eo tempore à Deo excitatus, qui ab improbitate nefariorum hominum, impiè Respublicas administrantium, populos liberaret, sub cuius imperio pacem ac quietem nacti, eo vsque respirarunt, donec eius nepotes, ab auorum virtute degenerantes, amplissimi Imperij Prouincias, variis ac imbecillibus regulis concederent, nouis eos ornantes titulis, quos à priuatis officiis, ad hæreditarias dignitates transtulerunt: qua ratione factum est, vt etiam ante ætatem Hugonis Capeti, stirpis Caroli Magni extinctoris, vniuersi ferme Belgæ, diuersis seruirent Regulis, quorum pars Germanorum Imperatores, pars Francorum Reges agnoscebat patronos, pauci titulo absoluti Principis superbientes, nullius se clientes ferebant. Hi continua inter se bella, eaq. aliquando atrocissimæ ob varias, friuolasq. vt plurimum gerebant causas, intestinis laborabant seditionibus, accedebant populorum crudelissimæ factiones, ac bella plus quàm ciuilia, procerum sanguinariæ coniurationes, secessiones vehementes, periculosæ rebelliones, externorum inuasiones, rerum ordinumq. omnium perturbationes, quod imbecilles reguli, populis natura ferocibus, ac præteritorum temporum anarchia, præliis pugnisq. tantùm assuetis, persuadere obedientiam difficulter poterant, multo minus renitentes cogere, donec Deus his malis finem ad tempus impositurus, Philippo Audaci Burgundiæ Duci, in vxorem dedit Margaretam Lodouici Malani filiam, Flandriæ ac Atrebatum Comitem, quo tempore apud Brabantos imperabat Ioanna filia hæresq. vnica è sex liberis Ioannis tertij Brabantiæ Ducis. Apud Hollandos, Zelandos, Frisios, ac Hannonios Albertus Bauarus. Apud Geldros, Guilielmus Iuliacensium Ducum familia ortus. Apud Namurcenses Theodoricus, è Flandriæ Comitum stemmate creatus. Apud Lutzenburgios Vuenceslaus, Imperatoris Caroli quarti frater natu minimus. Vltraiectenses ac Transisulani, Antistitum precario contenti imperio, Imperatorem præcipue colebant. Philippi Audacis filius, Ioannes Intrepidus, quod persequendis Aurelianis animi corporisq. vires deuouisset, de augendis finibus parum fuit sollicitus, contentus illata clade contumaciam se Leodiensium contudisse. Tandem huius

filio Philippo Bono, rerum potiente, illustre ac salutiferum Belgis sydus apparuisse, verissimè Georgius Castellanus dixit. Tanta enim in eo Principe industria, cum summa felicitate ac pietate coniuncta fuit, vt circiter quindecim Belgarum Prouinciæ, partim iure hæreditario, partim testamento ac emptione, ad eius imperium, nulli illata iniuria, deuenerint, ac felicissimè multis annis sub eo, legitimorumq. eius successorum dominatione floruerint. Qua in re summoperè diuinam prouidentiam admirari, ac profiteri cogimur, quæ non solùm iustis è causis hanc Belgicarum Prouinciarum sub vnius Principis imperium, coniunctionem mirificè procurauit, sed admirabili ratione, eorum contumaciam fregit, qui hac in re voluntati suæ opponere sese nitebantur. Conditum ac firmatum à Philippo Bono, Belgicum imperium, auxit eius filius Carolus Pugnax, Geldriis, ac Zutphanis, vetusto corpori adiunctis, quo (dum Europæ Monarchiam animo meditatur) ad Nancæum ab Heluetijs cæso, Francorum Reges separare iterum Belgarum Prouincias conati, à Principibus Austriacis, non semel accepta clade, sunt repulsi. Quare fundatum à tanto Principe imperium, auctum ac conseruatum ab eius successoribus, curate Viri prudentiss. ne ruat, aut luxata denuo membra, à iusto legitimoq. capite dissipentur. Nihil enim in Rebuspublicis pulchrius, quàm solidam corporis compaginem, è diuersis Prouincijs, quasi membris coëuntem, vnius Principis, tanquam pulcherrimi capitis vinculo, conseruare ac fouere. Saluberrima videmus corpora, in quibus optimè singula membra, cerebri temperatæ proportioni respondent. Felices quoque sunt Respublicæ, in qua Principi cum subditis bene conuenit, singuliq. suo contenti munere, aliena non appetunt. Democratias enim ac Oligarchias, turbulentissimos ac à tyrannide nunquam liberos Reipublicæ status, viri probi merito semper horruere, quòd non solum quàm parum sint diuturnæ, Philosophorum rationes abundè doceant, sed omnium etiam seculorum historiæ, disertis id verbis, multis exemplis testentur. In hac enim sæpius pessimus quisque; in illa è pessimis, acerrimi, ac maximè subdoli, quiq. bonis artibus peruersè quam bene vti malunt, rerum summam ad se trahunt. In Democratia viget adulatrix, ac mendax eloquentia, in Oligarchia etiam diuina est facundia odiosa. Quid igitur mirum si diuersis eas calamitatibus tactari videamus, cùm ad clauum sedeant, qui ambitione, auaritia, odio, ac ira flagrant? Hinc sit vt plebs murmuret, botani gemant, populi coniurent, ac omnia criminentur, triste spectetur silentium, erumpuntq. tandem seditiones ac cædes, cum summa rerum diuinarum ac humanarum iactura. Exulante enim iustitia, quæ ciuilium bonorum est princeps, nil mirandum, si vitiorum acies irruant. Iustitia fundamentum humanæ societatis iecit, ac nisi pellatur, conseruat, religione homines optima ac sanctissima imbuit, docens inhonesta, turpia, ac iniusta non appetenda: qua quidem persuasione quid sanctius ac diuinius, quid præstantius, ac quod magis ad quietem ac tranquillitatem Rerumpublicarum conducat? Non enim qui hac sunt doctrina instituti, aut saltem persuasione initiati, hinc ab ambitione, illinc ab auaritia, simultate aut inuidia in transuersum se ita abripi sinunt, vt à vero iustoq. palam deficientes, priuatam vtilitatem publico commodo, insanam voluntatem rectæ rationi, inhonestam voluptatem tot animi bonis, potiorem habendam censeant. Fateor quod cum perfectis nusquam viuitur: sed reperiri tamen complures, qui ad iustitiæ normam, vitæ suæ rationem dirigant, nullus opinor negabit, quos admirari ac laudare, quàm imitari malumus. Qui enim sciens ac volens à virtute ac iustitia deficit, fera bellua potius quàm homo haberi debet: At qui abignorantia ac insciția decipitur, inter homines, non belluas numeratur, quanquam munera publica obeuntibus, nihil istis, vt Comicus ait, reperiatur iniustius. Persuasione enim scientiæ tumentes, nisi insciție eorum iugum pertuleris, contracto supercilio pessimè de te iudicabunt. Sed qui sciens ac volens à iustitia declinat, tyrannidem si cum potestate sit, non dissimulanter exercet. Virtutum enim vim ac naturam cognoscens, earum laruas ac vmbras tyrannidi suæ conuenientes, callidè ac malitiosè amplectitur, viua earum lumina odit ac aspernatur. Hinc iustitiam sine temperantia exercet, vt crudelis animi rabiè satiet: Fortitudinè sine prudètia, vt in omnes temerè peccet: Prudentiæ opinionem sine iustitia affectat, vt peruersæ naturæ suæ malitiam tegat: Temperans sine Fortitudine haberi cupit, vt summa cum ignauia liberius viuat. Hæc qui clarius intelligere cupit, necesse est eum scire, virtutibus non solùm comites, ac filias innumerabiles, nexu indissolubili cohærere, sed etiam præter contraria singulis vitia, personatas insuper singu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis laruas, ſpecie recti vulgus decipientes comitari. Etenim vt iuſtitia iniuſtitiam habet contrariam, ſic & vindictæ libido, perſonata eam comitatur laruam. Prudentiæ imprudentia eſt oppoſita, aſtutia ac malitia ſimilis. Cum parſimonia prodigalitas certat, aſſimilis eſt tenacitas. Fortitudini ignauia obſtat, temeritas comes eſt. Conſtantia inconſtantiam fugit, ferre pertinaciam cogitur. Temperantia, intemperantiæ bellum infert, deſidia in propinquo aſsidet. Magnanimitas puſillanimitati opponitur, imitatrix eſt eius confidentia. Magnificentia, ſordibus odio habet, aſsimilatur profuſio. Tolerantia animum abiectum non patitur, veſtigiis tamen eius inſiſtere deſperationem fermè videmus. Modeſtiam, abſtinentiam ac ſobrietatem æmulatur auaritia, hoſtes verò ſunt immodeſtia, rapacitas, ac luxus. Prouidentia ſtultitiam non patitur, apertus timor mirificè exprimit. Infinitum eſſet omnia oratione perſequi: quin etiam qua ratione periti ac imperiti, ſcientes ac inſcij, virtutibus aut naturæ malignitate, aut ab inſcitia decepti abutantur. Sed fruſtra hæc vobis, quorum eruditio ac ingenij vis tanta eſt, vt facile lepram à non lepra diſcernat: Proinde felicia poſthac animo præſagiens, precor rerum omnium moderatorem, vt vobis mentem ſanam, inter craſsiſsimas noſtri ſeculi tenebras dare dignetur, vt non ſolum ſub antiquo Belgici Imperij ſtatu ſuauiſsimè poſthac viuamus, ſed etiam timore liberi, id ab exterorum hominum rapacitate, ac ab improborum ſimulata probitate, liberatum tandem aliquando, conſpiciamus. Interea hoc quicquid eſt imperij, auctor tantæ amplitudinis Philippus Bonus, *vti ſartum tectum conſeruetis, vobis commendat, ac pro ſua auctoritate iubet: Res autem à ſe geſtas, ac fideliter, diſtinctè, nudeq; à me deſcriptas, æquis vt animis ſuſcipiatis admonet, quod ſi à vobis præſtitum fuerit, nomini ac eximiæ exiſtimationi conditoris Belgici Imperij, in perpetuum conſuletis, vobis verò ipſis rem longè honorificam facietis.* Valete.

VITA PHILPPI BONI, VALESIÆ

FRANCICÆ STIRPIS, BVRGVNDIONVM PRINCIPIS, AC REGNI BELGICI CONDITORIS.

LIBER QVARTVS.

PHILIPPVS Burgundus, populi fauore BONVS cognominatus, filius vnicus Ioannis Intrepidi, ac Margaretæ Bauaræ, natus eſt Digeoni, primaria Ducatus Burgundiæ ciuitate, anno à nato Chriſto 1396. ſecundo Cal. Iulij, educatuſque ibi apud matrem ad mortem vſque aui paterni. Octo tum annos natus patrem in Atrebates, indeq; in Flandriam ſecutus Gandaui cum matre pueritiam tranſegit, Michaëlemq; filiâ Caroli ſexti Franc. Regis natu tertiam, anno ætatis ſuæ decimoquinto in vxorem ducit, manſitq; Ordinum Flandriæ conſilio cum ea Gandaui apud matrem, ne funeſto ſanguinarióque Aurelianorum Burgundionumque bello vnicus ditionum hæres, in ipſo improuidæ ætatis ardore ſummo cum periculo obiiceretur. Pueritiam adoleſcentiamque, vt pater ac auus, per externa domeſticaque bella, plus in armis quàm diſciplinarum ſtudiis triuit. Viginti & tres, cum pater interficeretur, erat annorum. Verùm priuſquam conſilia aperio quibus inſtructus ad vltionem infandi parricidij ſeſe accinxit, paucis percurram quid viuo patre ſuis geſſit auſpiciis. Ioannes Intrepidus Anglis Harfleum apud Nortmannos oppugnantibus, in Burgundiam proficiſcens, filium Philippum Flandriæ Artefiæque præfecit, nil tamen ſine conſilio Ordinum dictarum regionum, reguliq; Rubaſij, ac Viuillæ curatorum ſuorum fieri volens. Quare cum militiæ rudimenta Regijs in caſtris quæ Azincurti ampliſſima contra Anglos tum erant, poſiturum ſe ſperaſſet, dicti curatores à patre admoniti impediuere. Timebat enim Dux Ioannes Intrepidus, ne Aureliani, qui tum temporis fermè omnes Regi militabant, caſtriſque eius præerant, vnicum ſuarum regionum hæredem, vindictæ cupiditate interficerent. Et herculè ſi eorum manus effugiſſet, Antonij ac Philippi patruorum ſuorum fortunam, qui eo prœlio interierunt, fortè nõ euitaſſet. Carolus Albrethus equitum id temporis apud Francos Magiſter, ac Aurelianorum Procerum poſt Carolum Aurelianum facilè Princeps, ſæpius Philippo Regis nomine tanquam beneficiario clienti præceperat, vt iuſſo inſtructus militari comitatu, Regia ad caſtra proficiſceretur. Sed curatores patrem plus iuris in filium quàm patronum habere iudicantes, per cauſam reficiendi animi adoleſcentem Atrebato in arcem oppidi Airæ pelliciunt, adeóq; ſtrictis ſæpiunt cuſtodiis, vt quid Francorum Anglorúmque gereretur in caſtris, plane ignoraſſet, niſi à domeſticis nobilibus (qui ſenſim ad Regia dilabebantur caſtra) deſertus ac admirabũdus cauſam quærens, à filio domini Aubugij qui ſolus remanſerat, eam didiciſſet. Re intellecta, tam acerbo patris voluntatem tulit animo, aliquot vt diebus cubiculo incluſus, lachrymis fameq; ſe cruciaret, donec audita Francorum inſigni clade, nobilium, ac vtriuſque patrui cæde, ab euentu de patris curatorúmque prudentia iudicans, mærorem deponeret, animúmq; ad noui belli curam conuerteret. Cameracenſes enim Anglorum victoria ac felicitate territi vrbem munire ſtatuerant, ac proinde quicquid extra mœnia ædium, arborũ, hortorúmque erat, ad certos vſque terminos magno poſſeſſorum damno demoliebantur, inter quos Canonici templi D. Geridij præcipui cum damni compenſationem obtinere nõ potuiſſent, memores Flandrorum Comites ditionis Cameracenſis ab auorum memoria patronos ſemper extitiſſe, ad Ioannem Intrepidum in Burgũdia pro auxilio legatos mittunt. Is ſuos Cameracum controuerſiæ componendę cauſa remittit: ſed cùm æqui nil obtinere potuiſſent, Dux Ioannes Gandaui filio Philippo Canonicorum cauſam vt defendat, perſcribit. Mittit ſtatim Cameracum legatos Philippus: ſed cùm ferociùs quàm patri reſponſum foret, Canonicis ſecretò vt Inſulas migrent mandat, neceſſaria ſe ſuppeditaturum: quod cùm feciſſent, tria equitum millia cogit, bellóq; Cameracenſibus per fœ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cialem indicto,duce Hectore Saueusio contra vrbẽ mittit. Hector quòd ciues in pugnam non descenderent,omnia circumquaque vastat,diripit ac incendit, qua calamitate ciues domiti,cùm se externo destitutos auxilio impares animaduerterent,pacem petunt,operáque Guilielmi Bauari Hollandiæ Comitis impetrant,Canonicorum ædibus,villis,hortisque restitutis,ac pro damno dato censu annuo quinquaginta aureorum liliorum constituto,quem certa pecuniæ summa cùm vellẽt, redimere possent.Componiturq; eadem opera Oenopoliæ vetus controuersia. Ad hoc enim vsque temporis Canonici tam prophanis quàm sacris hominibus vini immunitatem magno vrbis vectigalium damno communicarant, nunc certa pecuniæ accepta summa, vini priuilegia in ordinem coacta sacratis tantum hominibus debentur. Hoc primum Philippi Boni auspiciis bellum feliciter est peractum.Exinde Gandaui apud matrem vxoremque mansit, ciuilis belli inter patrem Aurelianosq; futurus spectator, ac vter eorum regnũ phreneticumq; Regem in potestate esset habiturus, sed imprimis quibuscum consilia factionemq; Carolus Delphinus esset iuncturus,animum intendens,donec certior ab eo Monterauij patrem nefariè interfectum lachrymis per genas fluentibus,voce coloreq; mutato: Michael, inquit, charissima vxor,Carolus frater tuus patrem meum trucidauit. Illa sceleris magnitudine attonita cùm obticuisset,è vultu tamẽ mariti verum esse aduertens,vix recepta voce reddit: Domine mi,acerbius mihi nuntiari nil potuit. statimq; dolore vocem denuò cõprimente,ad lachrymas gemitusq; cõuersa,oculos aqua diffluentes in cælum vertit, complicatis digitis manus premit, pectus tundit,mundum omnem abiicit,angitur,torqueturq; tam acerbè,vt nisi ipse Bonus eam esset consolatus,gnarus quàm sincero amoris affectu patrem suum semper coluisset,certum valetudinis periculũ incurrisset. Cùm enim maritum deperiret, eiusque amori ipse non simulatè responderet, verebatur ne fraternum scelus se ei iustè inuisam faceret. Sed cùm sanctitas probitasque vxoris perspectissima esset, solito per omnem vitam amore ac honore, sterili etiam matrimonio eam est amplexus.Posthæc annos tantùm natus viginti & tres, magno animo ad vindictam sese accinxit,menseque Octobri anno 1419.paterno funeri iusta soluẽs,apud Atrebates ac Flandros inauguratus,magnisque muneribus excultus,vnanimi omnium Ordinum consensu ei auxilia vindicando parricidio promittuntur. Gãdauum deinde reuersus, legati Brugensium Iperensiumque eõdem conueniunt: ac post secretissimam aliquot dierum cõmunicationem,Mechliniam ad Ioannem Brabantiæ Ducem, patruelem suũ contendit, conuenerantque eõdem Ioannes Bauarus eius auunculus,ac Margareta Burgunda,Guilielmi Bauari defuncti, non ita pridem Hollandiæ Comitis vidua,amita sua,quibus cum secreto aliquot dierũ consilio habito, Insulas pergit, constitutoq; rei familiaris statu,omnibus fermè qui apud patrẽ publicè priuatimq; honores ac officia obierant,eadẽ cõfirmat, adeuntq; hìc cum Parisiensium legati,quorum Princeps erat Philippus Moruillerius primus concilij Parisiensis Præses,cuius consilio ad omnes Francorum vrbes Burgundicę factionis scribit,vt bono sint animo,breui se inducias cum Anglis eis procuraturum,ac proinde constanter libertatem defendant,quemadmodum hactenus satis feliciter fecissent. Promittunt omnes extremam ei operam. Posthæc Antistitem Atrebatensem nobili comitatu instructum ad Angliæ Regem mittit, panguntq; inducias quibus tantùm cõprehendebatur Carolus Francorum Rex,Philippus Burgundiæ Dux, ac qui horum partes sequebantur. Quare Delphinus acerrimum contra vrbes contrariæ factionis bellum instituit,ac Burgundi contra Delphinates. Interea rationes quęrebat quomodo cum Anglis pacem faceret,iunctusq; potẽtissimo Regi facilius Delphinum pelleret, aut opprimeret:

1420. Tandem post varias legationes pax mense Martio anno 1420.his conditionibus concluditur.Hendricus Anglorum Rex in vxorem ducet Catharinam filiam Caroli sexti Francorum Regis natu minimam,dotisq; nomine post Regis Caroli mortem Francorum accipiet regnum, filio Delphino propter impium ac sceleratum in cognatum Burgundum parricidium,exhæredato.Si Rex Hendricus sine liberis vita decesserit, tum qui ei sanguine proximus erit,excluso Delphino eiusq; liberis,Francorum quoque regno potietur: interea quamdiu Rex Carolus viuet, Rex Hẽdricus Francorum in regno eius Vicarius manebit. Neuter cum Delphino, eiusq; factionis Procere, pacem sine alterius partis libero consensu faciet. His conditionibus pace confirmata evulgataq;, Anglorum Rex Troiæ Carolum

Carolum Regem inuisit,ac post aliquot dierum congratulationes,lætaq; conuiuia,ducit diu adamatam Catharinam,celebranturque tanto apparatu nuptiæ,vt de sumptuosioribus ac superbioribus Gallorum historiæ non meminerint. Ad eas enim Troiæ conuenerat vniuersa Anglorum,Picardorum,Burgundionum,Flandrorum,Atrebatensium, Brabantorum nobilitas: quibus finitis, Bonus ac Anglorum Rex cum exercitu contra Delphinum proficiscuntur,Ioanne Lutzenburgio Fani D.Pauli Comite legato, ac cum nouem equitum millibus,multisque peditibus Sensam obsidione cingunt, Francorum Rege cum vtraque Regina Brai ad Sequanam relicto. Duodecimo obsidionis die Sensani rebus omnibus saluis,deditionem faciunt,iis exceptis,quos necis Interepidi conscios, participesque fuisse constabat,qui Senatus Parisiensis sententia condemnati, capite plectuntur. Hinc castra Monterauum mouent,tertiaque hebdomade oppidum expugnant: arx vndecimo Cal. Iulij,Sensanis conditionibus deditionem facit, effossumque patris cadauer,ac exuto thorace,caligis,ocreis,ac calcaribus,à sanguine lotum mundatumq; Digeonì apud Cartusianos sepulchro aui Audacis condi iubet, auctusq; exercitus octo equitũ, tribus peditum sagittariorum millibus, quos Ioannes Berhfordij Dux Anglorum Regis frater adduxerat,Melunum castra mouentes,frustra aliquoties oppugnant:&quanquam Francorum Rex ac Regina portas aperiri iuberent, nil proficiunt, respondente Præfecto Barbassano,Regi portas oppidumq; patere,Anglis verò ac Burgundis regni hostibus minimè.Occupant alia in parte interea Burgundi oppidum Villanoua-Regis ad flumen Ionam situm,eodemque tempore Parisienses, opera consilióque Boni, Anglorum se dedũt Regi,qui fratrem Clarentiæ Ducem vrbi præfecit, Anglicoque præsidio Molem D. Antonij,Louram,Nesslam,ac arcem Syluæ Vincennis munit, missio Ioanne Lutzenburgio Boni hactenus apud Parisienses Præfecto,in Picardiam, quo incolas in verba Anglorum adigeret.Interea Delphinus iustis coactis viribus,nequid in tergo hostile relinqueret, in Prouinciam Lugdunensem ac Languedocum proficiscitur,expugnatoque oppido Ponsantspiritus,pulsoque iis e partibus Aurantij Principe,qui bellum pro Burgundo gerebat, dictas regiones sibi adiungit,auctisque non mediocriter iis è locis viribus, cum exercitu in Bituriges reuertitur, speculaturus quo Anglorum ac Burgundionum consilia tenderent,quibusque rationibus illis occurrens Melunum obsidione liberaret,quod proculdubio effecisset, nisi intempestiua Philippi Aureliani Comitis Vertuzij mors, qui frater erat natu minimus Caroli Aurelianorum Ducis, impedimisset.Eius enim viri consilio ductuq; Delphini fortuna versabatur. Inter omnes enim qui eius tempore apud Francos Ordines ducebant, nullus eo nec consilio melior,nec manu promptior habebatur. Scribit igitur Delphinus Barbassano,oppidum quàm possit æquissimis dedat conditionibus,quod cùm feciſſet, ipse tamen cum omnibus qui consij mortis Intrepidi habebãtur, Parisios in carcerem est deductus, Regesque eodẽ mox proficiscuntur,à quibus per procuratorẽ Bonus, vt ius de patris percussoribus, lata in præsentes absentesq; sententia, fiat petit. Delphinus ter citatus cùm non cõparuisset,bonis fisco Regio addictis, per omnem vitam cum omnibus ficariis Gallia exulare iubetur.Sed is contrà publicatis tabulis, de sententia ad gladij sui aciem appellat. Instante hyeme, Rex Hendricus cum vxore Catharina in Angliam proficiscitur, Bonus verò Gandaui ad vxorẽ,exercitu in oppidis dimisso,Angliscque Franciæ administratione relicta. Initio anni 1421.Rex Hendricus vxorem Catharinam 1421.
Londini Angliæ Metropoli corona Regia insigniri iubet,conscriptisque quatuor equitum, viginti quatuor peditum millibus, Caletum trancit, magnis itineribus in Carnutes contendens,quos tribus hebdomadibus Delphinus arcta obsidione presserat,adducẽteq; bond tria equitum millia, prælij occasionem expectabant. Sed Delphinus copiarum hostilium multitudine motus in Turonenses exercitum reducit,Burgundi contra Iacobum Harcurtium,qui Picardos Delphini nomine acriter oppugnabat, cõtendunt, coëunteq; Duce Ioanne Lutzenburgio Picardi mense Iulio ad oppidum Ponsregij vbi Delphinus præsidiũ habebat,castra locant.Sed præsidiarij loco diffisi secundo die clam nocte abeũt, ac Aranæ munitæ arci se includunt. Picardi Pont-Regium, arcem Mariellam, ac Hiaucurtum direpta incendunt. Circiter Cal.Augusti Burgundus ad Fanum Riquerij castra mouet,quod Delphinates iusto cum præsidio insedẽrãt.Harcurtius variis è locis auxilium petierat,instruxerant se Brienses,Valesij,ac Champangi,citatoque itinere ad Harcurtium

Universidad de Deusto
Biblioteca

contendebant, quo iunctis viribus Fanum Riquerij liberarent. Burgundus de aduentu eorum à captiuis (qui à leui suo equitatu ante biduum intercepti fuerant) certior factus, relicto Riquerij Fano, hostibus antequam Harcurtio iungerentur, obuiam proficiscitur, tam festinanti itinere, vt suos Abbeuillæ ex equis ad cibum capiendum descendere non permitteret. Cùm nocte dieq; continuato itinere aurora appeteret, hostes instructa acie Blanquetagium contendere videt, paulóque post ab eis ad Somonam quoque est conspectus, non parum mirantes, cuius indicio proditi, tam subito relicta obsidione ac Harcurtio ad se opprimendos aduenisset. Verùm etiamsi ab Harcurtio, contra quam promiserat desertos se animaduerterent, iungique eius equitatui propter hostium propinquitatem, ac flumen Somonam non possent, quod proximum erat, ad pugnam sese alacriter expediunt, nobiles omnes qui primum essent cum hoste concursuri, equestri honore ab vtraq; parte decorantes: cumque iamprimum Bonus viginti & quatuor tantum annos natus nudo in campo cum hoste esset congressurus, equestris dignitatis honorem, è manu Ioannis Lutzenburgij accipere voluit. Sperabant Delphinenses eum ætatis ardore cócitatum temere periculo se obiecturum, ac proinde capi, aut interfici posse: quod si contigisset, omni se laudum honorumq; genere à Delphino ornatum iri sciebãt, quod vnico prælio ciuile bellum confirmata eius auctoritate extinxissent. Burgundus enim tum temporis nec liberos, nec fratres habebat. Iustruit vtraque pars propter paucitatem vnam quadratam aciem, pedites in medio, equites ad cornua collocantes, animisq; suarum ad fortiter agẽdum inflammatis, Delphinensium equites pleno cursu in Burgundos feruntur. Itur codẽ ardore ab his obuiam, deiiciuntur equis multi, confodiuntur non pauci, dumque reflexis equis impetum renouant, equitum Burgũdionum cornu sinistrum pertinacissimo cursu Abbeuillam fuga petit, proiectumq; in terram militare signum, veteranus forte fortuna inueniens sublatum extollit. Quare quos pudor fugere prohibebat, eo loco ducem esse existimantes, ad signum diuersis è locis conuenêre. At is octingẽtis tantum stipatus equitibus, ac acriter vndique ab hostibus impugnatus, fortissimè, quemadmodum & pedites sui rem gerebat, donec conuolantes in auxilium equites, qui è fuga ad signum conuenerant, renouato impetu hostem terga dare cogerent. Equestria insignia hoc prælio egregiè bonus meruit: nam nullus eo fortius depugnauit, sæpeque vir viro congressus multos propria manu confecit, nobilique hostiũ equiti viribus inter omnes conspicuo cum se equo detrahere conaretur, manum amputauit, fermeque circumuctus generosissimi equi fortissimè repugnantis opera suis se restituit, deniq; cùm diu fugientes esset persecutus hostes, duos propria manu nobiles abduxit captiuos. Præda in vnum coacta peditibus maiorem concedit partem, quod deserti ab equitatu, non solùm fortissime hostium peditatui, sed & equitatui restitissent. Deinde cum centum viginti nobilibus captiuis Abbeuillam ouans est ingressus. Ceciderunt à parte hostium quingenti, à Burgundis circiter triginta sex, exceptis captiuis, qui post primum congressum fugientes sunt capti. Ioannes Lutzenburgius, cum aliquot primæ nobilitatis viris equitum sinistri cornu fugam sistere conatus in facie vulneratus cum Imbercurtio capitur: sed parta victoria hosti iterum extorquẽtur. Cum Abbeuillæ Burgundus intellexisset post primam congressionem à sinistro se equitum cornu fuisse desertum, adeò ægrè tulit, vt qui ex eis inter familiares domesticosque erant, statim dimitteret, nec dum viueret, eos vllo honore dignos iudicaret. Nobiles Delphinensium captiuos propria pecunia redemptos In sulis custodiri iubet. Pugnatum est prope oppidum Mõtium apud Vimeos pridie Cal. Septem. circa meridiem. Mense Nouembri portas Burgundis aperit Fanum Riquerij, adducitque eodem tempore Aurantij Princeps sex equitum millia, cum quibus Ambianum proficiscitur, comitãte vxore Michaele Atrebatum vsque, ac triste ei vale dicente, quasi præsaga futuri mens instantem quæ mox secuta est, sentisset mortem, indeque ad Arcem Syluæ Vincennis Reginam mittit, obsidente Anglorum Rege Vrbem Meldensem, qua deditionem faciẽte, nuntiatur eodem die vxorem Catharinam filium peperisse, cui sacre ablutionis testes paternum Hendrici nomen indidissent. Bonus posteaquam Francorum Regem salutasset, ac eum Anglis aliquot diebus communicasset, necessariis rebus compositis in Burgundiã pergit, exceptusq; est à matre, sororibus, subditisq; omnibus, summa cum lætitia, ac posteaquam esset inauguratus, magnisque muneribus excultus, Artesiam Flandriamque repetere

petere instituit. Sed certior Delphinum cum viginti militum millibus Cosnam ad Ligurim arcte obsidere, præsidiariosque obsides dedisse, si ad cõdictum diem auxilium nõ venisset, oppidum sese tradituros, summa cum diligentia per omnes ditiones militem conscribit, parabatque sese Rex Anglus, quamquam aduersa laborans valetudine, vt prælio interesset. Scripserat enim Delphino sese statuto die prælio pro Cosma certaturos. Sed is hostes cum triginta bellatorum millibus appropinquare intelligens, redditis obsidibus in Bituriges cum exercitu regreditur. Bonus, Cosna nouo præsidio commeatuq; affatim instructa, Troiam reuertitur. Interea Rex Hendricus ad arcem siluæ Vincennis decumbẽs, indies magis magisq; ingrauescente morbo deficiebat, vocatoque fratre Ioanne Bethfordij Duce, infantem ei filium commendat, ac ne cum Delphino pacem faciat, misi Normannia Franci in perpetuum cedant, iubet, Franciæq; gubernationem suscipiat, ac vtrei bellicæ præsit rogat, imprimis verò omni ratione caueat præcipit, ne vlla discordiæ causa Burgundis detur, ac proinde è carcere ne liberent eorum hostes Carolum Aurelianorum Ducem, Ioannem Engulemæ Comitem, cæterosq; huius familiæ proceres, antequam filius Hendricus vir foret factus. Post hęc Hendricus Anglorum Rex huius nominis quintus pridie Cal. Septembr. anno 1422. moritur. Cùm Bonus cum Bethfordio, cæterisque Anglorum proceribus ad arcem Syluæ Vincennis aliquandiu cõmunicasset, ac pacis cõditiones renouatas cõfirmasset, Parisios reuertitur, iustisq; ibi Regi persolutis, in Angliam cadauer ad sepulturam transmittitur, duobus parui temporis interuallo amissis maximè necessariis. Obierat enim ante mensem vxor eius Michael longo diu conflictata morbo, sepultaque fuerat Gandaui apud D. Bauonem, magno mariti Flandrorumq; dolore. Erat enim Princeps pia, humana, multisq; virtutibus ornata, quæque singulari arte, inter maritum eiusq; subditos pacem ac beneuolentiam fouere nouerat. Erant qui veneno sublatam existimarẽt à nobili matrona ei famulante nomine Vrsula, vxore Copini Viuillæ, quod ingrauescente morbo Airã secessisset, miserantq; hac opinione inducti Gandenses centum viginti armatos Airam legatos, qui Vrsulam poscerent, sed persuasi à nobilibus eius cognatis, qui se eam Gandauum missuros promittebant, nec quicquã præstabant, illudi se censentes, præfectos legationis in carcerem coniiciunt. Mense Octobri moritur Parisiis Carolus sextus Francorum Rex, sepeliturq; apud Fanum Dionysij inxta prædecessores, voceq; præconis, multis præeuntibus tubis, Parisiis Hendricus sextus Anglorum Rex adhuc infans, Francorum quoque Rex proclamatur, iurantq; ordines omnes in eius nomen, summæ verò rei patruus eius Bertfordij Dux præficitur. Erat hoc tempore Delphinus Espallij in Aruernis, appellaturq; ibi, ac in oppidis partes eius sequẽtibus Rex, misserrima prorsus Galliarum conditione, quibus duo Reges, totidem exercitus, è variis cõflati nationibus, obedire, ac alere necesse erat. Mense Martio anni 1423. Ambiani conueniunt Dux Burgundiæ, Bertfortij, ac Britonum, huiusq; frater Arthus Richemontij Comes, iurãtq; communes se hostes amicosque habituros, ac Carolum Biturigum Regem persecuturos, quæ solemnibus consignata tabulis, despondet Bonus Bethfordio sororem Annam, ac dotis ei nomine (si sine legitima prole è viuis decessisset) Artheſiam promittit. Sed nuptiis consummatis post aliquot annos, Anna sterilis obiit. Sororem Margaretã viduam Lodouici Delphini despõdet Artho Richemontij Comiti, indeque Atrebatum proficiscitur spectaturus ludicrum Delphinensium Burgundionumq; equitum è prouocatione decursum, quo Burgundionum cum laude absoluto, nũtiatur Regem Carolum septimum (hoc enim eum nomine posthac appellabo, quem Delphinum hactenus vocaui) quod ei filius Lodouicus esset natus, animo elatum, copias Ligurum trãsmisisse, arcteque oppidum Creuantum in quo Burgundicũ erat præsidium, obsidere. Exercitum igitur summa cum diligentia cogit, mittitq; è Burgundia mater Duce Tholongoneo quatuor equitum millia, quibus Auxerræ se iungũt Comes Salsberius, ac Suffortius, adductis sex millibus veteranorum equitum Anglorum. Creuanto appropinquantes hostium copias decliui in colle ad pugnam instructas stare vident. Traiecto igitur Iona, exercitum ex aduerso instruunt, sagittariis equitibus, pedibus pugnare iussis, quibus in hunc casum parauerant durissimos asseres, quinque pedes longos, crassitie pollicis, infra duobus ferreis pinnis, quibus terra infigerentur armatis, vt his instar scuti ante se positis, tutius balistis rem gererent. Ad hæc centum viginti ex vniuerso exercitu robustissimos legerant equi-

 tes, ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes,ac ducẽtos quadraginta balliſtarios pedites,qui extra ordinem à latere,ac à tergo hoſtilem vexarent aciem,per præconem ſignificari iubentes, durante pugna neminem viuum caperent. Deſcenderant Franci è colle in locum æquum,conſertáque acie, hoſtium excipiunt impetum,cumq; ſe premi ſentirent, laxatis paululum primis ordinibus, receptóque è ſecunda acie recenti milite,pugnam magno animorum ardore æquabant, diutiuſque Angli ac Burgundi dubio Marte certaſſent,niſi præſidium Creuanticum oppido erumpens,Burgundis extra ordinem pugnantibus ſe iunxiſſet,Francóſque à tergo adorti, poſt longam acremque pugnam in fugam vertiſſent, cadentibus prima in acie trecentis Schotis,qui hunc locum petierant,ac cum his ex vniuerſa acie circiter quinque virorum millibus,captis tantummodo ducentis. Ex Anglis Burgundiſque circiter mille ſexcenti ſunt deſiderati,ac inter hos ſexaginta viri nobiles, ne de incruenta gloriarentur victoria. Exinde Burgundi domum reuertuntur, Angli ad obſidionem Montaquilonis cum priùs apud Creuantios depoſuiſſent ſaucios,ac exercitum paucis diebus refeciſſent. Bonus cum Arthо Richemontij Comite, mẽſe Auguſto in Burgundiam contendens, ei ſororẽ Margaretam matrimonio collocat, qui tamen hac non obſtante affinitate, eodem anno deſertis Anglis,Burgundiſq; ad Regem Carolum tranſiit,orto inter eum Bethfordiumque, leur de cauſa diſſidio. Rex Carolus tanti viri acceſſione lætatus, eum Magiſtri equitum dignitate ornat. Verùm hiſtorici Britones quidam teſtantur, non ſine ſecreto conſenſu fratris ſui Ioannis Britonum Ducis, ac Philippi Boni,hęc trãſitio eſt facta: quod ſi verum ſit,mirum Anglos non olfeciſſe. Hic erat Francici belli ſtatus, cum Burgundio in Hollãdia, aliud hac de cauſa naſcitur: Iacoba filia hæreſque vnica Guilielmi Bauari Comitis Hollandiæ,&c. non ita pridem defuncti, nupſerat poſt mortem Ioannis Delphini primi mariti ſui,Ioanni Brabantiæ Duci,Anthonij Burgundi filio. Ioannes Brabantiæ Dux, vir erat inconſtantis valetudinis,ingenij mitis,ac animi parui. Contra Iacoba proſperæ valetudinis, ingenij acris,ac alti animi,ſupra modum auida liberorum,quos è Ioãnis Brabanti matrimonio nunquam ſe conſecuturam ſibi perſuaſerat. Proinde cauſam occaſionemque diuortij quærens,in Hannoniam prouinciam ſuam ſecedit, negans ſe in Brabantiam reuerſuram,quod contractæ nuptiæ ob ſanguinis propinquitatem legitimæ nec iuſtæ forent,coactáq; eſſet inſuper inuita illi nubere. Quas ob cauſas cum apud varios iudices de nuptiarum iure litigatum foret, tandem Pontifici Martino Romæ cauſa defertur, cuius ipſa non expectata ſententia, ſed verita mariti Ioannis, Philippi boni, ac Ioannis Bauari patrui ſui potentiam (qui deſerto Leodienſi Epiſcopatu, ductáq; in vxorem Elizabetha Lutzenburgica, Hollandiam occupare nitebatur) in Angliam profecta nubit Hunfredo Gloceſtriæ Duci, fratri Regis Hendrici quinti, qui conſcriptis quinque Anglorum millibus, cum noua nupta Caletum traiicit, indeque Hannoniam inuadens,aliquot oppida occupat,facilẽ poſtea ſibi Hollandos, Zelandos,ac Friſios exiſtimans acceſſuros. Sed Burgundus magis e re ſua arbitratus fore,ſi ſui ſanguinis Princeps dictis regionibus imperaret,quod materno iure ex in ſuam poteſtatem eſſent peruenturæ, ſi Iacoba liberis non relictis diem obiiſſet, nulla ratione nuptiis Gloceſtri conſentire volebat,antequam Iacoba Pontificis Romani ſententia, à nuptiis Brabanti foret liberata: conueniuntque hac de
1424. cauſa menſe Ianuario anno 1424. Ambianum Bonus, Bethfordius, ac legati Ducis Brabantiæ & Gloceſtriæ,cumque vnum ſentire non poſſent, hiſce verbis Burgundus Bethfordium allocutus, diſcedit: Cùm frater tuus quod ratio dictat ſequi nolit, patruelem meum Brabantię Ducem non deſeram. Doluit ob hęc nõ parum Bethfordius veritus ne ſenſim ab Anglorum amicitia alienaretur. Hiſce quæſtionibus æſtate tranſacta, ducit Bonus menſe Nouembri, alteram vxorem Bonam, viduam patrui ſui Philippi, filiam Philippi Comitis Euſij, Pontifice Martino põteſtatem faciẽte, moriturque paulò poſt liberis non genitis Ioannes Bauarus eius auunculus, Bono ex aſſe rerum ſuarum hærede inſtituto, quam ob cauſam negotium Hollandicum multo iuſtius ad ſe pertinere arbitratus, è Burgundia, vbi tum erat, Flandriæ Arteſiæque ordinibus ſcribit, vt Duci Brabantiæ contrà Anglos ſuppetias ferant. Igitur Ioannes Lutzemburgius, Crouiacus, ac Liladamus nõ contemnenda manu coacta, Duce Philippo Burgundo, Fani D. Pauli Comite fratre
1425. Ioannis Brabantiæ Ducis, initio anni 1425. acre bellum è Brabantia in Hannonia Anglis inferunt. Gloceſter in Burgundiam Bono ſcribit, mirari vxorem ſuam ab eo paternis in

ditionibus

ditionibus oppugnari, contrà quàm variis locis pollicitus fuerat, violans ſumma cum iniuria condtiones propria manu non ita dudum ſubſignatas, ac ſigillo confirmatas. Lectis literis, exiſtimabat Gloceſtrum cõtumelioſis verbis exiſtimationem ſuam læſiſſe. Reſcribit igitur, literas eius iuſſu miſſas non credere. Sed cùm reſpondiſſet Gloceſter ſuo iuſſu ſcriptas miſſaſq;, Bonus ad ſingula accuratè reſpondens, dicit ſe falſo de violata fide accuſari, paratumque ſe ſingulari certamine, preſente Imperatore, aut Bethfordio, veritatem comprobare. Accipit conditionem Gloceſter, fratreque Bethfordio iudice, diem ſe ſeruaturum promittit, quem is ſtatuiſſet: ſi verò iudicium abnuerit, Imperatorem ſe vel quemuis alium Principem, ad quem controuerſa cauſa non ſpectet, admittere: adiungés, ſi aſſirmare Bonus audeat, meliori iure Brabantum, quam ipſe faciat, niti, altero ſe cõgreſſu id refutaturum: petens ſuper ſingula ſcripto reſpondeat, ſigilloque proprio, quemadmodum ipſe feciſſet, literas muniat. His in Flandria acceptis, reſpõdet ſe nullũ ſuffugere nec iudicẽ, nec diẽ, ſed certare, eius ne, an Brabãtiæ Ducis iuſtior foret cauſa, ad Põtificis Romani, non alterius ſpectare tribunal, ſperans vno certamine, nõ ſolum hanc, ſed quaſcumque comminiſci poſſet, finiturum ſe controuerſias. Poſt hæc bello dant inducias, proficiſcitur Gloceſter, quo ſe futuro certamini paret, in Angliam, vixq; finibus Hannoniæ diſceſſerat, cùm Brabantiæ Dux præſidia eius aggreſſus, vniuerſam, obſeſſis Mõtibus, turbat Hannoniam. Quare coacta Iacobæ mater, pacem preſentibus conſentientibuſque Brabantiæ legatis, hiſce facit conditionibus: Hannonia imperio Ducis Brabantię, rebellibus in gratiam receptis, cedito: Iacoba donec Romanus Pontifex ſententiam de iure nuptiarum pronuntiarit, in poteſtatem Boni venito, ei interea gubernatione Hollandiæ, Hannoniæ, Zelandiæ, ac Friſiæ relictã. Exinde Iacoba inuita reclamanſq;, ac poſteaquam fruſtra à Brabantis, ac Gloceſtro auxilium petiiſſet, Gandauum abducitur, Hollãdorumque ſumptu pro dignitate tractatur. Sed fœmina ſeruitutis inſolens poſt quartum captiuitatis menſem, opera Theodorici Meruaci, ac Arnoldi Spirincij, adiuuante nobili matrona, virilibus induta veſtibus, vrbe his comitata duobus, circa veſperam egreditur, paratoſq; conſcendentes equos citato itinere Antvuerpiam, indeq; Bredam, ac Vuorichemũ contendit, traiectoque Merua Vianam, indeq; Gaudam tandem peruenit, vbi inito cum Vltraiectenſibus, Tranſiſulanis, ac ſuæ factionis Hollandiæ oppidis fœdere, nouum Burgundo concitat bellum. Nuntiata Iacobæ fuga maritimis Flandriæ oris claſſem Bonus contra eam inſtruit, confiſus iis Hollandorum oppidis, quæ ſuas ſequebantur partes, hæ autem erant: Dordracum, Leida, Harlemum, Delfij, Hagacomitis, Roterodamum, Amſterodamũ, Schidamum, Horna, cum aliquot munitis caſtellis, quæ factio patria ſe voce, Cabbeliaus, vocabat. At qui Iacobam tuebantur, Houx appellari gaudebant, erant autem Schonhauium, Gauda, veteráq; Viana, Montfortum, Narda, Vuorda, oppida ferè Hollandiæ omnia aquilonaria, Vltraiectenſes, ac Tranſiſulani, concurruntque primo ſub aduentum Iacobæ factioſę ciuitates ad pagum Alſa, medio fermè itinere inter Leidam, Vuordam, ac Gaudam ſitum, vbi Gaudenſes pulſis Harlemiis, Amſtelredamiis, ac Leidenſibus inſignem victoriam retulere. Bethfordius de fratris ac Boni bello, ſingularique ex prouocatione certamine certior factus, componendi diſſidij cauſa Pariſiis conuentum Anglicorum Francorumque Procerum habet. Decernitur omnium ſententia, cauſam ſingularis certaminis eſſe nullam, ac proinde non eſſe neceſſarium vt compareant, nec alter alteri aliqua de re propter verbum ſiniſtre interpretatum ſatisfaciat: non enim inter tanti nominis Principes, de vita ac honore temere eſſe certandum: quare ſiquid ſit quod iuſta de cauſa animum alterutrius pupugerit, Chriſtiano animo obliuiſcentes, in gratiam procerum ad componendam controuerſiam congregatorum inuicem condonent. Tam æquè Procerum petitioni vterque pro animi ſui magnitudine facilè ceſſit. Paulò pòſt Borni mater, eius cõſenſu Agnetem filiam Intrepidi natu minimam matrimonio locat Carolo futuro Barbonionum Duci, celebratque nuptias in Burgundia Authuni magnificas, paucíſq; poſt diebus Digeoni menſe Octobri moritur altera eius vxor Bona, nullis quoque relictis liberis, cùm vix annus à nuptiis eſſet elapſus, ſepeliturque apud Cartuſianos, magno ſui non minus propter prohibitam quàm pietatem relicto deſiderio. Gerebat interea acre cum cognata Iacoba bellum, cui Gloceſter tria balliſtariorum peditum millia, Duce Saluateri, ac Hantrede regulis auxilio miſerat, quos è Zelandia vbi appulerãt pul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſurus Roterodami quatuor virorum millia coëgerat,adiunctiſque Cabeliauis,in Duſlandiam Zelandorum Inſulam contendit,quod Angli haud procul Ziriczea, Duſlandiæ ciuitate prima portum Bruvuershauenſem occupaſſent, eorumque numerum ab Hucciis indies augeri nuntiabatur. Roterodamo claſſem ſoluens, fœlici nauigatione Bruvuerſhauum appellit, dumq; militem in terram exponit, Angli omnibus viribus erumpunt: fit pugna acris ac diuturna. Sed præſentia Boni non minus militis quam ducis officio fungentis, ac virili voce ſæpius inclamantis: Me qui rem ſaluam volunt ſequantur ac imitentur, aduenientibuſq; eadem hora Ziriczeorum Duce Hendrico Verano,ac Franciſco Borſellio auxiliis, Angli tãdem Hucciiq; in fugam diſſipati ad naues aguntur,periereque variis caſibus,tam in fuga, pugna, quàm in aqua circiter mille quingenti: qui potuere, cum Saluatero, ac Hantreda Angliam malè habiti repetiere. Ex Huccia nobilitate perierunt Coſtus, Florentius, ac Eraſmus Hamſtedij, Ioannes Reneſſius, Ioannes Hompilius, Andreas Valunus, Eraſmus Cruningius, Ioannes Sapinus. A Cabbelianis, Andreas Salinenſis,Andreas Bellanus,Philippus Momorancius,Guilielmus Lalanus,Robertus Brimeus,Theodoricus Boſſuus,cũ pleriſq; aliis. Nõ enim incruẽta Burgũdi victoria ſunt potiti,nam ſine Boni præſentia, oportuniſq; Ziriczeorũ ſuppetiis, inſignis accepta clades fuiſſet. Qui prælio ſuperfuêre,equeſtri eodẽ in loco ornantur dignitate,nimirũ:Frãciſcus Borſellius,Hendricus Veranus, Ioannes Pratius, Ioannes Egmondanus, Ioannes Halevuinus. Exinde diſpoſitis præſidiis,ac repulſis Anglis in Flandriam cogendo maiori militum numero Bonus reuertitur,cuius diſceſſu erecta animo Iacoba coactis Hucciis mẽſe Apri-
1426. li anno 1426. Harlemum obſidione cingit, molem Moſæ obiectam perfodit,ne Delphi ac Leidani obſeſſis opem ferrent.Erat Harlemi in præſidio Theodoricus Vtkerkius cum ſexcentis peditibus, cui ſuppetias laturus filius Ioãnes Vtkerkius,armatis octingentis peditibus, ad oppidum properat,præmiſſo cum literis nuntio qui patrem de aduentu ſuo admoneret, ſed captus literas prodidit. Iacoba verò motis caſtris cum exercitu nocte profecta Alfæ Vtkerkium inuadit, ac poſt breuem pugnam in fugam agit, interfecta maiori militum eius parte,ac eo ægrè cum ducentis elabente,præſenſque pugnæ Iacoba,poſt victoriam equeſtri honore decorat Ioannem Vuaſſenarium Vorburgi Regulum Philippi filium natu minimũ, Ioannem Langerakium,Hendricum Craneburgium, Theodoricum Meruanum,Gerardum Pulgeſtium, Euerardum Bauarum fratrem nothum,ac Arnoldum Gandenſem:conſideranſq; iuſtas ſibi expugnãdi Harlemi deeſſe vires,cum exercitu Gaudam reuertitur. Bonus interea copias augebat,adduxerat enim è Burgundia Aurantij Princeps mille ducentos equites. Picardos Flandroſq; alij inſtruxerant,nec cauſæ ſuæ Brabantus deerat(quamquam non eo deuoti animi affectu,Marti hoſtias cæderet,quin Apollinei Numinis memor in Muſarum honorem,ac ſtudioſę iuuentutis gratiam Louanienſem inſtitueret Academiam,impetratis ab Imperatore ac Romano Pontifice immunitatibus) donec rebus omnibus paratis, Seuenbergam Bonus exercitum ducit,quam poſt tertium obſidionis menſem ad deditionem cogit, miſſo in Flandriam oppidi Regulo,qui animi mærore in carcere obiit. Interea Gloceſter ſumma cura copias quibus Iacobę ſuccurreret,parabat,fratri Bethfordio nec Regio Senatui aures prębens,qui ſe rem ſine bello compoſituros pollicebantur, donec intellecta ſummi Pontificis Martini quinti ſententia,quæ pro Brabanto pronuntiata erat,eaque iuſta legitimaq; eius vxor iudicata,eodem tempore dimiſſa Iacoba aliam in Anglia ducit. Menſe Apri-
1427. li anno 1427. moritur Ioannes Brabantiæ Dux, nullis ſuſceptis liberis,ſucceditq; ei frater Philippus Fani D. Pauli Comes,ita vt Iacoba eodem menſe vidua duobus orbata maritis cõſpiceretur, hoc morte,altero iudiciali ſentẽtia priuata. His non obſtantibus, Cabbelianorum Hucciorumque factiones,à bello ac latrociniis,ſeditionibuſque in Hollandia non ceſſabant. Kenemerlandi coactis in vnum viribus, duce Guilielmo Nagelo, Aquilonarium Hollandorum oppida omnia(excepta Horna quæ cum Burgundo faciebat) occupant. Quare Hornani cum Schouteto egreſſi,vt Nagelum pellerẽt,ſuperantur,ac in oppidum non paucis deſideratis,repelluntur. Sed cùm Liladami Regulus à Burgundo miſſus,cum Amſterdamis aliiſque Cabbelianis auxilio veniſſet, iterum vrbe egreſſi Nagelum pugna ſuperatum occidunt,actis in fugam Kenemerlandis, ac cum Liladamo duobus locis grauiter vulnerato,læti in vrbem reuertuntur. Interea Bonus adita quoque adminiſtratione

miniſtratione Hannoniæ,Vltraiectenſes(qui Hucciį erant) vexat,ac Amersfortum obſidet.Sed cum fruſtra aliquoties oppugnaſſet,in Hollandiam reuertitur,certior factus,pleroſque ſuæ factionis clam contra ſe coniurationem iniiſſe,qua de cauſa non pauci in Kenemerlandia,Teſſela,Dordraci ac Delfis capite plectuntur. Præerat hoc tempore Hucciis Iacobæ nomine, Guilielmus Brederodius frater Vualrauij, qui claſſe contrariam vexãs factionẽ, prope Vuiringam ab Harlemiis, Amſterodamiis, aliiſq; Cabbeliauis prælio nauali ſuperatur,ac cum maiore nauium hominumque parte captus,Burgundo traditur,qui paulò poſt,dimiſſo Brederodio, octoginta ex eius militibus capite plecti iubet, minuũturque indies Iacobæ vires. Sola namque Gauda vbi habitabat, Schonhauum,ac Veteraquæ cum ea ſtabant,quæ terra aquaq; longo obſidionis genere,Burgundi preſſere.
Anno 1428. Bonus in Flandriam reuertitur, coactiſque Sluzæ omnibus eius regionis ma- 1428.
ritimis viribus,Gandam repetit,ac quam poteſt arctiſſimè Iacobam premit,quæ à maxima Hollandorum parte ſe deſeri,ac proinde non diu reſiſtere poſſe conſpiciens,conſenſu
Procerum Ordinumq; ſuæ factionis, hiſce conditionibus pacem facit: Se (ſi ſine liberis „
legitimis mori contingat) cognatum Ducem Philippum hęredem agnoſcere proximum, „
ac omnium ei ſuarum ditionum iam tum adminiſtrationem concedere, ſineq; eius con „
ſenſu(quod tamen non ſeruauit) viro non nupturam. Pace vbique promulgata, dictæ re- „
giones in Boni verba,quod ad gubernationem attinet,iurauêre,ceſſantque ad tempus ficariæ Cabbelianorum ac Hucciorum manus, præfectóque Hollandis ſuo nomine Franciſco Borſellio in Flandriã anno 1429. reuerſus,inde Bruxellam ad Philippum Brabãtiæ 1429.
Ducem contendit,magnificéque ab eo aliquot diebus excultus, ac mediocri militũ manu inſtructus Namurcũ proficiſcitur,inaugurandus ab eius regionis Ordinibus in Comitem,quod Theodoricus poſtremus Namurcenſium Comes,liberis non procreatis mortuus,ei Comitatum conſenſu omnium Ordinum ſenex viduus vendidiſſet, ſeruato ad mortem vſque vſufructu ac titulo. Ac quoniam arx Montorgeula, quam tum Leodiẽſes præſidio obtinebãt, Namurcenſis eſſet ditionis,eò Ioannem Blondelum quingentis mittit cum armatis peditibus,qui intercepti ferè omnes cum Blondelo ſunt interfecti,qua de cauſa tantam animo contra Leodienſes iram concepit, illiſque è memoria cladis à patre eius Intrepido acceptæ,vetus adeò odium creuit,vt non ſolùm poſtea multis hominum millibus,ſed etiam vrbi regionique Leodienſi ſupremæ calamitatis cauſa extiterit,vt ſuo loco narrabimus. Rebus igitur omnibus apud Belgas ex animi ſententia peractis,comitatus ſexcentis equitibus Pariſios perit,tentaturus an vrbi Aureliæ,in extremam ab Anglis neceſſitatem redactæ,honeſtas pacis conditiones impetrare poſſet. Miſerat legatos Rex Carolus ad Anglos petitum vt vrbis Aureliæ cauſam ad Burgundi arbitrium deferrent, exiſtimans debere Caroli Aureliani in Anglia captiui ditiones à bello intactas ab vtraque parte manere. Negabat Bethfordius,addens Carolum Aurelianum prœlio Azincurtiano ab Anglis captum,nec de vita,nec de bonis compoſuiſſe, æquo ſe igitur iure eius ditiones, oppugnare. Quod Burgundo huius controuerſiæ arbitrium deferri,vrbiſque Aureliæ adminiſtrationem tradi poſtulent,imperitè Carolum facere. Quid enim ſtultius,iniquiuſq; quàm feram Anglorum venatione in retia ac caſſes, magno labore ferme actam,Burgundis relinquere? Quæ verba Bono relata, adeò eius animum Gloceſtri irritatione ægrum pupugere,vt planè ab Anglis alienari inciperet, cõſiderans eorum ambitioni nec cælum, nec terram ſufficere. Iuuabant non parum hanc animi ægritudinem,crebræ Regis Caroli literæ ac legationes ſubmiſſiſſimis verbis necem ſibi patris condonari rogantis, quod ſeducta à tutoribus ac Proceribus Aurelianis adoleſcentia ſui iuris non fuiſſet. Proinde ob iniuriam ſibi vim illatam in omnes regni Francici hæredes ſæuiendum ne putaret. Deberi enim (deficientibus aliis ſucceſſoribus) ſibi ſuiſq; liberis iuſtius Francorum regnum, quàm extens Anglorum Proceribus. Miſereretur innocentis populi,pro Principe ſuo immerentis luentis pœnas, ac aliquando iuſtæ iræ finem imponeret, patriam Anglorum tyrannide liberaret, ſe eas ſatisfactionis leges quas eſſet præſcripturus,ſubiturum,modò ſuę foret poteſtatis,ac ſine præiudicio coronæ Francicæ, ſuccedentiumque Regum, ſed in ſuum ſolius nocens deuotumque caput redundarẽt. Redactus hoc tempore crebris cladibus Rex Carolus in extremas anguſtias,ſi Aureliam Angli expugnaſſent,cum omni theſauro,vxore ac liberis in Hiſpaniam ad Caſtellæ Regem ſuppetias petitum proficiſci ſtatuerat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuerat. Sed hucvsque Anglis fortuna,contra Francos fauere , hic insignium victoriarum triumphorumque finem facere,ac quas immenso sanguine vibes acquisierant , veteribus tradere possessoribus,Francorumq; populum externo pressum iugo respirare,resumptoq; iam tandem animo,Anglicum excutere imperium voluit,non ductu nec auspiciis alterius Cæsaris, Alexandri, Pompei, aut Caroli, non prudentia tot Principum primæ nobilitatis, non fortium Præfectorum bellandi peritia clarorum opera,sed quod omnium veterum memorabilia superat exempla ac facinora,ductu ignotæ, ignobilis ac rusticę puellę octodecim annorum, quæ ad hoc vsque tempus in patria sua Lotharingia, vaccas, boues ac oues pascere erat solita,nullo quam Ioannæ nota nomine, quæ à Deo se Regi in auxilium missam dicens,in eius consiliũq; sui conspectum admissa, tam presenti animo, ac prudenter causam aduentus sui exposuit, vt statim sexcentis præficeretur equitibus,quodq; nullus Regiorum Præfectorum hactenus poruerat, inuitis Anglis, dictis cum equitibus Aureliam intrat,commeatuque ciues ad extremam inopiam redactos iuuat , erumpensque cum præsidiariis,ac instar viri armata equo insidens,inter primos pugnam ciet, tria castella oportunis locis ab Anglis erecta expugnat , omnibusque qui intus erant iugulatis, tandem relinquere obsidionem cogit,qua victoria fidem penes Regem nacta, eundem in Rhemos ducit,sacro ibi oleo veterum Francorum more hoc anno inungi facit , multaq; alia oppida munitaque loca,eius ductu Rex Carolus recuperat , cogituque puellæ huius timore Bethfordius legatos in Flandriam ad Bonum mittere, quo communi consilio ac viribus,viri Principes belloque docti,rusticæ puellæ resisterent. Venit octingentis lupatis equitibus,veteresque fœderis conditiones cum Anglis renouat , iurantes te Carolum Valesium Biturigum Regem (sic enim per contumeliam Angli Carolum septimũ vocitabant) iunctis viribus persecuturos, nec pacem alterum sine alterius consensu facturos. Exinde Bethfordio suos equites relinquens, in Artesiam reuertitur, mittens ductu Ioannis Lutzenburgij, alia duo Picardorum equitum millia , qui mense Augusto in obsidione Senlhaci(ad quam leuandam Rex Carolus,omnes in vnum vires coëgerat) duobus horis fortiter,cum totidem Francis equitibus conflixére, cumq; vtrinque aliquot cecidissent,æquo tandem Marte est discessum. Interea conscriptis aliis equitum quatuor millibus circa Cal. Octobr. Parisios petit,magnaq; ciuium gratulatione exceptus,post aliquot dierum cum Anglis communicationẽ, vrbis administrationem relicto cum præsidio Liladami Regulo, accipit,reuertiturque rebus compositis mense Decembri in Flandriam, quod Isabella Ioannis Portugalliæ Regis filia,sibi post vtriusque sterilis vxoris mortem
1430. desponsata Sluzæ appulisset. Ducit eam Brugis tertio Idus Ianuarij anno 1430. præsentibus ditionum suarum Proceribus fermè omnibus,ac non paucis exteris,pompa, sumptuque cum prioribus nõ æquando. Octo enim cõtinuis diebus noctibusq; vrbs epulantium, ludentium,tripudiantium, personatorum ambulãtium, ac ludicris equitum peditumq; decursibus certantium tumultu perstrepebat. Ante Boni aulam lapideus Leo erectus stabat,qui è dextero anteriori pede indesinenter vinum Rhenanum omnibus propinabat. Ante aulæ sacellum,Cervus lapideus sedebat,qui ex eodem pede vinũ Beanense rubrum promebat. In ipso aulæ ingressu Vnicornis stabat,qui mane,prandij, ac cœnæ hora , conuiuis aquam rosaceam abluendis faciei,manumque sordibus omnibus è pedibus præbebat. Deinde quatuor diuersa vini genera,è quibus præstantissima erant, Maluaticum,Romanum, Muscadella,ac quod ex Hypocratis doctrina per laneum saccum (in quo saccarum,variæque aromatum species iusto pondere visuntur) distillatum,Hypocraticum vocatur,conspiciebanturque Brugenses ciues,ac qui aderant exteri, dictis octo diebus , nocturnisque,per varias vrbis vias ebrij,saturique discurrere,dormire,saltare,iurgia serere,ac similia quæ solent viri mulieresque plebei,præter consuetum vino ciboque repleti. Primo nuptiarum die Ordinem equitum aurei Velleris , cum antea diu super ea re cogitasset,instituit,ductus exemplo variorum Principum , nimirum Caroli Martelli , qui ordinem Genettæ instituit. Arthu Britanni, qui equites mensæ orbicularis versatilisque ordinauit: Ioannis Valesij Francorum Regis,qui anno 1351. signum Stellæ suis equitibus , ac aureæ monetæ dedit. Eduardi tertij Anglorum Regis , qui paucis ante annis in gratiam Comitis Salbericæ (quam deperibat) sui ordinis equitibus Periscelidem, hoc est vinculum quo caligæ sub genua astringuntur, donauit. Amati primi Sabaudiæ Ducis, qui anno 1420.

no 1420. Annunciationis Virginis matris ordinem erexit. Hos Bonus hoc anno est subsecutus,eumq; paulo pòst Reinerus Angium Dux, qui anno 1464. suis figuram Lunæ crescentis tribuit,quemadmodũ Francorũ Rex Lodouicus vndecimus anno 1469. Frãcos equites imagine Archangeli Michaëlis,cacodæmonem è cælo deiicientis, ornari voluit. Evulgauit Bonus aurei Velleris ordinem,his fermè Gallica lingua verbis: PHILIPPVS » Dei gratia,Dux Burgundiæ,Lotharingiæ,Brabantiæ,Limburgi,Comes Flandriæ,Artesiæ,Burgundiæ,Namurci,Palatinus,Marchio sacri Imperij,Dominus Salinarum ac Mechliniæ. Certiores facimus omnes qui hoc nostrum diploma nunc aut olim sunt lecturi, » nos singulari amoris affectu,quo erga nobilium fortiumque Equitũ Ordinem ducimur, » cuiusque dignitatis, existimationisque incrementum supra quàm dici possit desideramus,quòd eorum opera,ductu ac consilio sanctissimæ matris nostræ Ecclesiæ Catholicæ » status tranquillitas,prosperitasq; ac populus Christianus defendi,iuuari ac protegi possit, » Diuini Numinis Saluatorisq; nostri honorandi causa,ad laudem verò honorandæ Virginis matrisq; eius,gloriamque sanctissimi Apostoli ac Martyris beati Andreæ,quo & hac » ratione religionis Christianæ,matrisq; nostræ Ecclesiæ Catholicæ augeantur limites, ac » in equitum animis ius,fas,virtutesque generosæ crescant,tertio Idus Ianuarij , anno à re- » demptione humani generis, 1429. a festo Paschatis numerando (qui dies nuptiarum mi- » hi clarissimæque vxori Elisabethæ Brugis fuit) instituisse,ordinasse,ac orsos fuisse,quem- » admodum per præsens diploma,instituimus,ordinamus, ac ordimur certi numeri Ordi- » nem generosorum Equitum ac intimorum amicorum,quem ab aureo Argonautæ Iaso- » nis vellere appellari voluimus,idq; modo, conditionibus,instituris, ac articulis sequenti- » bus. Primum volumus Ordinem aurei Velleris constare triginta & vno Equitibus , è nominis,nobilique insignium vetustate sine aliqua controuersia notis,quorum ego,dum vi- » xero,Princeps caputq; ero,ac post mortẽ meam successores mei Burgũdiæ Duces. Actum » vrbe nostra Insulensi quarto Cal. Decembres anno 1431. Sequebantur deinde capita conditionum quibus dicti Ordinis equites obligabantur,erantque numero nonaginta quatuor,quæ vbique obuia studio omisi,ne prolixitate rei non necessariæ Lector obtunderetur,quemadmodum & nomina primorum Equitum, quibus singulis aureum Torquem donauit,appendente aureo Velleris signo,quod Iason cum Argonautis in Colchide rapuisse dicitur , quem Torquem mortuus eques ei tradere tenebatur , quem Burgundiæ Dux in locum eius suffecisset. Ordinis prima dignitatum nomina , Gallica appellatione hæc quatuor fuére: Cancellarius, Thesaurarius, Secretarius, Rex armorum. Nuptiis magna cum solemnitatẽ, ac lætitia peractis, coacta Peronæ militum magna manu, Mondidierum,indeque Guorraum proficiscitur , portasque aperiri postulans pollicetur Tristanus Malsæus se Cal. Augusti facturum,si ante eum diem Rex Carolus suppetias non tulisset. Admissa conditione Guorrao ad arcem Chosiacam contendit , quod cum statim admittit,omnibus qui intus erant vita bonisq; concessis, arx solo æquatur , tandemq; auctis copiis tam suorum quàm Anglorum auxiliis, Compengam vrbem Picardiæ nobilem arcta obsidione, erectis in circuitu castellis,cingit. Cumque puella Ioanna quingentis comitata equitibus obsessis auxilio venisset,secundo die præsidiariis ciuibusque eductis, castellum cui Bando Noiellus præerat expugnasset,nisi ex omnibus castris in auxilium aduolassent. Puella multis vtrinq; interfectis ac vulneratis vrbem reperere cogitur: cumque inter postremos pugnans cæteris euadendi locum faceret, è signo militari ac veste quam supra arma ferebat agnita (erat autem ea purpurea byssina auro argentoque intertexto flauescens) à robusto equite qui vestem apprehenderat equo detrahitur ; & quamuis Franci extrema vi pro ea liberanda decertarent, pulsi,dedere sese Ioanna, cum Pontone œconomi sui fratre filio notho Vandommæ domini cogitur , ductaque Marignium, magno Francorum cum dolore Anglorumque gaudio, arctæ custodiæ traditur. Neminem enim è Regis Caroli Præfectis Angli magis verebantur. Bonus quum eam esset allocutus, Ioanni Lutzenburgio commendat , qui Baulij indeque Baureuorij eam perducit , vbi ferme biennium detenta tandem Anglorũ Regi (cùm eam importunis indesinenter verbis diu petiisset) traditur , eiusque iussu instantibus Iunij Cal. anno
1431. Rothomagensi in foro exuritur, magis odio iraque (quòd ab ignobili puella tot clades viri bello illustres accepissent) quàm quod aliquid eis de tam indignæ fœuæque mor-
1431.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis meritò constaret. Accusabant eam veneficij, quodque malignorum spirituum opera tractasset bella, ac proinde à religionis Christianæ decretis veritateq; defecisset, quemadmodum Rex Hendricus, qui hoc tempore in Franciam appulerat, sua manu Bono perscripsit. Sunt qui fabulam, quæ de puella Ioanna scribimus, putent. Sed præterquam quod tecentioris sit memoriæ, omniumq; scriptorum libri, qui tum vixerunt, mētionem de ea præclaram faciant, vidi ego meis oculis in ponte Aureliano trans Ligurim ædificato erectam huius puellæ æneam imaginem, coma decore per dorsum fluente, vtroq; genu coram æneo crucifixi Christi simulachro nixam, cum inscriptione positam fuisse hoc tempore, opera sumptuque Virginum ac matronarum Aurelianensium, in memoriam liberatæ ab ea vrbis Anglorum obsidione. Adhæc habebam, dum hæc scriberem, historiā lingua Gallica manu scriptam Georgij Castellani, qui eleganter, exacteque vitam Philippi Boni exarauit, testaturque aliquot locis sese hoc tempore vixisse, ac puellam Ioannam vidisse, quæ ex ignota rusticaq; puella bellicis facinoribus eo peruenisset, vt ei Rex Carolus sumptus, quibus Comitis familiam æquaret, suppereret, ne apud viros militares per causam inopiæ vilesceret. Conspiciebantur enim eius in comitatu præter nobiles puellas, Procurator domus, Stabuli præfectus, nobiles adolescentes pueri à manibus, à pedibus, à cubiculis, colebaturq; à Rege, Proceribus, ac imprimis à populo instar diuæ, à pauceis verò ait pro venefica præstigiatrice habitam. Quicquid fuerit, non est quod quisquam dubitet esse verissima quæ de eius ortu, bellicis facinoribus, ac morte scribuntur. Dum Compenga omni obsidionis genere premitur, Ioannes Heinsbergius Leodiensium Antistes à populo coactus bellum Bono per fœcialem denunciat, partim causa castelli Beaufortij, quod suæ ditionis esse Leodienses asserebant, is verò Namurcensium Comitatui deberi dicebat: partim odio veteris cladis ab Intrepido acceptæ, ac Francorum astutia eis in memoriam reuocatæ. Cùm enim alia ratione Rex Carolus Compengam multarum rerum inopia laborantem liberare non posset, Leodium concitandi Episcopi, ac populi causa, miserat Ioannem Baurainum, Ioannem Sommainum, ac Euerardum Mercanum. Sed Burgundus noui belli denuntiatione nil territus, Compengam arctius premit, in Leodienses verò mittit Anthonium Crouiacum, cum fratre Ioanne, Rentiacum, Neufvillium, Messinecum, Rubenpræum, Dugellium, Fremescētium, Lannoum, Ghistellium, ac Comitem Fauquenbergium octingentis cū equitibus, qui consternatos Namurcenses aduentu suo confirmant. Exierant enim Leodiensium quinquaginta millia Duce Antistite, expugnarantque Baufortum ac Polnacham, obsidebantque Bouinam. Sed à Burgundis, ac Namurcensibus vexati parum proficiebāt, qui velitariis hisce pugnis āmisere Messinæ Regulum, ac Iacobum Ghistellium Dudzellæ Dominum. Durante Bouinensi obsidione Philippus Burgundus Brabantiæ Dux, cùm pacem frustra facere tentasset, obtentis in sex mensis induciis, obuiam proficiscitur Iolæ filiæ Lodouici Angium Ducis, iampridem sibi desponsæ, ac in Brabantiam tendenti. Verùm antequam in conspectum venissent, Philippus calida febri correptus mense Iulio moritur, Iola verò ad patrem reuertitur. Bonus morte Brabanti patruelis sui intellecta, ad Compēgæ obsidionem Lignij Comitem relinquit, ipse cum honesto comitatu in Brabātiam magnis itineribus contendit, quod patrueli Philippo sine liberis mortuo proximus hæres superesset. Intercessit tamen amita eius Margareta, vidua Guilielmi Hollandiæ Comitis, mater Iacobæ. Sed sopita ante tertium mensem controuersia, Ordinibusq; Brabantiç, opera Vuesemalæ Regumagno subditorum omnium gaudio, Leodiensium verò ac Francorum dolore, tantæ ei hæreditatis accessionem inuidērium. Dum in Brabantia conciliandis animis, componendisque rebus necessariis moratur, præfecti eius variis Franciæ locis, contra Regis Dustellaq; expugnasset ac diruisset, villasque exussisset, à Gaucurti regulo, qui non contemnendam è Prouincia Lugdunensi ac Languedoco armatorum manum collegerat, equestri prælio superatur desideratis supra trecentis Burgundis, multisque captis, ipse Princeps vt erat armatus in Rhodanum sese è fuga præcipitare coactus, non sine summa spectantium admiratione incomparabilis equi virtute, saluus in alteram ripam euasit. Non meliore fortuna Burgundi à Compenga, quam per sex obsederant menses, pelluntur. Vendomæ

domæ enim Comes, coactis quatuor equitum millibus, pauciscq; veteranis peditibus, hoc stratagemate vsus in vrbem peruenit. Cùm duobus diebus in pago Verberia secundo ab vrbe milliari quasi prælio certaturus consedisset, tertio die motis castris, non ignaris Burgundis ad vrbem lento passu contendit. Ligneus consilio omnium præfectorum ex vrbis conspectu, ne à tergo contrà erumpentes, ac à fronte contra Vendomium ancipiti prælio certare cogeretur, castra mouerat, arbitratus Vendomium prælio, vti simulabat, pro vrbe certaturum. Sed is cōspecta Burgundionum acie suos medio campo stare iubet. Ligneus ratus Vendomium multitudine suorum territum de victoria diffidere, signo Burgundis ac Anglis dato, ad eum pleno passu pergit. At is paululum retrocedēdo cùm ad aceliuem pedites suos collem perduxisset, equis subitò concitatis cursu Burgundionum latus præteruehitur, receptisque peditibus, medio campo qui inter vrbem acieməque eorum liber erat, in acie consistit, ac dum Burgundi rei admiratione attoniti aciem conuertunt, pedites suos cum impedimentis, ducentisque equitibus Compengam præmittit, subeoque quamprimum adiunctis ciuibus veteriq; præsidio ad propinqui hostilis castelli oppugnationem summis viribus contendere, se leuibus interim prælijs effecturum, ne Burgundi castellanis succurrerent. Exequuntur ciues cum præsidiariis quod eratiniunctum, castellum maximum, munitissimumque bis repulsi tertio expugnant. Dum enim nō sine tumultu ac clamore ad castellum pugnaretur, Vendomius leuibus prœliis varijs in locis cum Burgundis commissis, magnoque tumultu excitato, impediebat quo minus Burgundi oppugnationem castelli audirent. Cumq; eos spe vniuersi prælij aliquandiu suspensos tenuisset, de castelli expugnatione fumo certiot factus, conuersa subitò acie, nulloq; accepto detrimento, cum omnibus equitibus Compengam peruenit. Ceciderunt in castello 160. Burgundi, captique multo plures. Postero die Vendomius maiori manu erumpens, duo alia expugnat castella, Burgūdosque omnes repertos interficit. Quare Ligneus militem cladibus consternatum, clam dilabi intelligens, deserta Compenga, exercitum Nouiodunum reducit, Anglis Rothomagum reuertentibus, ac exusta puella Ioanna, ignobilem de Compengensi clade vindictam sumentibus. Ignominiam turpis auxit discessus, cùm non solum hosti comeatum omnem, castrensemque supellectilem, sed & ænea tormenta relinquerēt. Burgundus rem à suis male actam intelligens, e Brabantia in Artesiam proficiscitur, recollectoq; exercitu Peronam cōtendit, præmissis Lihonum sexcentis equitibus, qui sine ordine, ac tanquam in hostico non fuissent; lepores variis locis insectantes, à mille ducentis Francorum equitibus non tentata pugna, cadentibus circiter sexaginta, ac plusquam centum captis, in fugam aguntur. Bonus Lihonum præteruectus Roiam Veromanduorum peruenit, octoque diebus reficiendo exercitui consumptis, per fœcialem à Vendomio ad pugnam prouocatur. Habebat is mille sexcentos equites: Burgundus circiter mille; quare è suorum consilio respondet, post biduum Ioannem se Lutzenburgium missurum, quòd tantæ existimationis Princeps apud eos non sit, cum quo è prouocatione congredi velit. Vendomius responso irritatus, instructa acie ad Roiæ mœnia accedit. Bonus timorem sibi exprobrari censens, contrà exit. Sed cùm paruæ paludes, locaque vliginosa congressum impedirent, circa noctem Roiam, Vendomius Compengam reuertitur. Postero die aduentu sexcentorum Anglorum equitum quos Estanfortij Comes adduxerat cōfirmatus, cùm frustra hostem prouocasset, dimissis Rothomagum Anglis, in Flandriam reuertitur, expugnatq; eius milesin itinere Arcem abbatis Pharaonis, qua præda ad simile tentandum allecti post eius discessum Fanum Vincentij aggrediuntur. Sed cùm in auxilium concurrerent vicini, plusquam ducentis desideratis equitibus pelluntur, interque hos plærique viri nobiles auaritia infames cecidere. Mense Iulio Atrebatum peruenit, spectaturus singulare certamē Mallotini Burgij, ac Hectoris Flauij, qui se mutuo proditionis accusarant, nec alia re quàm certamine docere poterant. Cùm in foro diu fortiterque pugnassent, ac neuter vulneraretur, fortium virorum opera, præterquam in eiusmodi pugnis, vti se posse & debere censens, dirempta pugna verumque mensæ adhibet, in amicitiam redire, inuicemq; palam complecti, nec vnquam præteritorum mentionem facere iubet: qui secus faxit, eum se instar proditoris puniturum affirmans. Circa Cal. Septembr. fortuna Burgundis superiores clades compensat. Reinerus enim Angium Barrensiumque Dux, qui se Siciliæ ac Neapolis Regem scribebat, ducta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Isabella filia hæredeq; vnica Caroli Lotharingiæ Ducis, eo defuncto, ab Anthonio Vaudemontij Comite dicti Caroli fratre Lotharingia prohibetur, dicens filiabus in ea non esse ius. Reinerus cum verbis nil proficeret, Francorum auxilio Vaudemontum obsidione cingit. Anthonius oppido de rebus necessariis ad aliquot menses prouisum sciens ad Bonum contendit, ac si eius auxilio Lotharingia potiatur, nunquam se Burgundionum partes deserturum pollicetur, cùm Dux Reinerus Francorum confidens auxiliis eorum amplexetur amicitiam. Burgundus ne Lotharingia Francorum beneficium efficeretur, Vaudemontio mille quingentos equites ac tria Picardorum ballistariorum peditum millia duce Tholongoneo attribuit, quibus cum equites mille, ac sex peditum millia Anthonius iunxisset, Vaudemontanis obsessis in auxilium proficiscitur. Reinerus ne cum erumpentibus præsidiariis à tergo ac à fronte cum Anthonio pugnare cogeretur, motis castris loco æquo ac plano, sine vlla insidiarum suspitione cum Vaudemontio signa confert. Sed post acrem diuturnamq; pugnam victus, capitur, desideratis tribus hominum millibus, quum Vaudemontius quadraginta tantum amisisset. Exinde Anthonius Tholongoneo, cæterisq; Burgundis gratias agens, ac liberaliter remuneratus, cum cum Duce Reinero, nobilioribusq; captiuis ad Bonum remittit. Sed Reinerus facta pace, Digeonẽsi custodia post annum emittitur, duobus filiis natu maximis obsidibus relictis, donec conditionibus satisfeciisset, ac Fredericus Anthonij filius natu maximus, Iolam filiarum Reineri natu maximam vxorem duxisset, qui post parentum mortem, Lotharingiæ Duces,
1432. Comitesq; Vaudemontij sunt facti. Mense Februario anni 1432. Bonus in Burgundiam proficiscitur, Francorum incursiones positis præsidiis prohibiturus, adeuntq́ue hic eum legati Regis Caroli, frustra iterum pacem petentes, eademq́ue de causa in Belgas reuersus Cardinalem S. Crucis à summo Pontifice missum reperit, qui cum ægrè sex annorum inducias impetrasset, post sextum mensem violatas conspicit. Mense Augusto Gandenses arreptis armis in seditionem vertuntur, clamitantes auream argenteamq; monetam puram putam non cudi. Senatores tres tumultum sedare conantes interficiunt, cæteros vrbe pellunt, complurium ædes diripiunt, carceribus effractis nexos soluunt. Sed post duodecimum insaniæ diem opera proborum ciuium ad mentem redeuntes, ac gratiam suppliciter petentes impetrant, paruaq; pecuniæ summa multari, noua moneta, è qua audus sexcentis cum equitibus in Hollandiam proficiscitur, captumq́ue Francisci Borsellium (cui contra dignitatem, ac quàm postremæ pacis conditionibus pepigerat, Iacoba nupserat) Ripelmondæ custodiendum tradit, sparsa fama capite puniturum, quod beneficiarius Cliens se impari matrimonio, Patronæ, dominæq́ue, sine suo consensu iungere esset ausus. Sed Iacoba priuatis affectibus omnia postponens, opera Frederici Comitis
" Meursij his conditionibus transigit: Iacoba ac Borsellius, Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ,
" ac Hannoniæ gubernatione abstinebunt, retentis ad vitam portoriis, vectigalibus, ac cõ-
" tenti titulo Comitis Osteruantij) ditio est in comitatu Hannoniæ sita) dominiq́ue Vor-
" nani. Si Bonus Iacobam legitimis non relictis liberis morte præcesserit, integro plenoq́ue
" mi hæredes adibunt. Liberi è Iacoba, ac Borsellio nati in omnem Iacobæ hæreditatem succedent. Exinde Borsellio in ordinem equitum aurei Velleris ascito, Bonus Iacoba comitatus ab Hannoniis, Hollandis, Zelandis, ac Frisiis inauguratus in Artesiam reuertitur, indeq́ue Legatos Melunum mittit, quo regum Franciæ ac Angliæ de pace acturi conuenerant, sed re infecta est discessum. Paulò post Parisiis moritur Anna Berthfordij vxor, nulli relictis liberis, magno mariti procerumq; Anglicorum dolore, quod eius morte non duraturam Burgũdionum Anglorumq; amicitiam, quemadmodum euenit, ominarentur. Leodienses Burgundũ veteribus ditionibus, Hannoniam, Brabantiam, Limburgum, Namurcum, Hollandiam, Zelandiam, ac Frisiam adiunxisse videntes, fortunam, potentiamq; veriti, consilio Antistitis, pacem misso caduceatore petunt, operaq́ue Roberti Precensis Colonienfis impetrant, persolutis pro demolitione castellorum Namurcensium, centum quinquaginta aureorũ nobilium millibus, diruentesq; turrim Montorgeulam. Hæc cùm tabulis forent exarata, pro Leodiensibus subsignarunt, Episcopus, Arnoldus Halmalius, Ordingius, ac complures alij. Festo. D. Andreæ Insulis in Fano. D. Petri, iterũ

in

in equitum aurei velleris ordinem, nouos aliquot adoptat, indeq́ue ad Fanum Odomari contendit, compositurus cum Berthfordio parui aliquot momenti controuersias, quas ab vxoris morte (quæ huiusmodi nugas tollere erat solita) inter eos homines malè fami disseminarant. Sed cùm vterq; ambitione tactus prior alterum adire nollet, in conspectum nõ venientes, vnde venerãt hic Parisios, ille Attebatum, exacerbatis multò quam anteà plus animis, sunt reuersi, pauloq́ue post conscriptis sexcentis equitibus, ac sex peditum millibus mense Martio anni 1433. in Burgundiam proficiscitur. Borbonij enim Dux Burgun- 1433.
dionum aliquot arces, oppidaq́ue expugnarat. Bono iter facienti se dedunt Mussienses, ac in Burgundia Lusignium, Passaum, Aualonum vi expugnat, fugientibusq́ue vndique Francis portas aperiunt Hernij, Corsani, Malignij, ac viginti quatuor castella, adeò vt nil planè Franci in Burgundia retinerent. Gladio hoc tempore apud Belgas peruitur Egidius quidam Postellanus Hannonius, conuictus Bonum venationi intentum ballista traiicere statuisse, corpusq́ue in quatuor partes dissectum diuersis locis suspenditur. Margareta boni amita, quod dictus Ægidius eius in aula foret educatus, author facinoris existimabatur. Iniustè enim ab eo Brabãtia se excludi, filiæq; Iacobæ nuptias, variis artibus impediri querebatur, quo Hollãdia, cæterisq; ditionibus potiretur. Mẽse Februario anno 1434. 1434
comitatus ducẽtis viris nobilibus Burgũdus in Sabaudiã proficiscitur, honestaturus sua præsentia nuptias Lodouici Comitis Genevæ, qui Annam filiã Ioannis Cypriorum Regis in vxorẽ ducebat, relicta vxore Isabella, cũ Carolo filio bimestri, Cabilonẽ in Burgundia. Nuptiis finitis in Burgundiã reuertitur, iustisq; præsidiis in finibus relictis mense Aprili sexcẽtis stipatus equitibus, per Artesiã, Flandriãq; in Brabãtiam peruenit, pacemq; inter Antuuerpienses, Bruxellenses, ac Mechlinienses facit. Oppugnarãt enim acriter Antuuerpienses iuncti Bruxellensibus, Mechlinienses, ob fora, nũdinasq;, quas quisq; suæ vrbi asseuerabat deberi: deinde nõ mediocri pecuniæ summa, à Belgis donatus, duo alia equitum millia cõscribit, dẽnuoq; in Burgundiam profectus, bellũ Duci Borbonio, talionem ei relaturus infert, relicto Ioanne Lutzenburgio apud Picardos, qui iusta militum instructus manu, bellum cum Regiis Præfectis gerebat, quemadmodum Comes Friburgius, fœdere bono iunctus in regione Dombensi, Anglis interim è Nortmannia, non minoribus viribus rem gerentibus, ardebatq́ue Francia vndique bello, vt quibus primum occurrerent omnino nescirent. Borboniorũ deuastatis agris, neque tamẽ Duce in pugnam prodeunte, Chaumontio Bonus castra adhibet, suoq́ue omnia arbitrio committere coactos, strangulatis vltra centum militibus, cæteros inermes nudosq; dimittit. Hinc mille sexcẽtos strenuissimos equites Villamfrancam mittit, vbi tum Carolus Borbonij Dux sororem Burgundi in matrimonio habens, cum præsidio agebat, eumq; per fœcialem ad pugnam prouocant. At ille contra quàm Bonum in aciem se negat descensurum. Collecta Burgundi in vnum præda Bellevillam contendunt, quam post triginta dierum obsidionem concessa tantùm omnibus vita, ad deditionem cogunt, præsidiarij rebus omnibus exuti, albas tantum virgulas in gratiæ speciem manu ferentes dimittuntur. Laborabat interea Borbonij vxor Agnes Burgunda pro pace, ac posteaquã aliquoties legati hinc inde conuenissent, tandẽ mense Ianu. anno 1435. Neuersij concluditur, quod ea duobus comitata 1435.
masculis liberis impuberibus, Neuersio se nõ discessurã affirmasset, antequã fratrem marito reconciliasset. Dum promulgata pace fratres Neuersij festos agunt dies, legati à Rege Carolo adesse nuntiantur. Erat autem Artus Richemontij Comes equitum apud Frãcos Magister, qui vxorem è sororibus Boni duxerat: Archiepiscopus Rhemensis regni Cancellarius, cum multis aliis nobilibus, regiisq; consiliariis, honorificè à Borbonio excepti aliquot dies secretis dant communicationibus, ac à Bono petunt, vt de pace aliquando seriò agi permittat, ac cõsiderare non Francię populum, sed Regem peccasse. At si populum regia quoque peccata luere æquum putet, satis superq́ue ab ea parte per sexdecim annos patris sui mortem expiatam. Restare Regiæ satisfactionis modum rationemq́ue, rogare eam ratio, non sui imporens vindictæ cupiditate animus regat. Considerandũ peccati tempus, regisq; adolescentiam, quæ affectibus in transuersum abrepta, nec rationi, nec iudicio debita munera implere permisit, quibus cum Aurelianorum suggestiones, irritationesq́ue accessissent, videri mirum non deberi, si adolescentis sexdecim annorum animus, specie æqui iustiq; sit deceptus. His similibusq; persuasus rationibus, quibus ob-

Universidad de Deusto
Biblioteca

testationes, obsecrationesque fœminarum iungebantur, consensit tandem, vt de pace amplissimus Christianorum Principum conuentus haberetur, quorum iudicio ac sententia pacis cõditiones quas esset præscripturus, moderarentur. Vrbem Atrebatensem conuentui maximè idoneam designat, idq; postridie Cal. Iulij. Legati ad Regem læti redeũt. Facit interea hac de re Burgundus certiorem Papam Eugenium, Patres in Consilio Basiliensi congregatos, ac Hendricum Anglorum Regem. Ipse Digeonem reuersus celebrato Paschæ festo, cum vxore, ac filio in Belgas contendit, conuocatisque omnibus ditionum suarum ordinibus, diu de pacis conditionibus communicans, tandem ex omnium sententia iterum ad Angliæ Regem mittit, petens ad condictum diem venire, aut legatos mittere velit. Is Atrebatum Cardinalem Vuicestriæ, Antistitem Eboracensem, Comitem Arondellæ, Zutpholcæ, Hamptonij, ac Vuarvuici misit. A summo Pontifice venit Cardinalis sanctæ crucis. E Consilio Basiliensi, Cardinalis Cypri, ac plærique alij viri pij, ac eruditi. A Francorum Rege Carolus Borbonij Dux, Arthus Magister equitum, Comes Vendomæ, Archiepis. Rhemensis, cum multis aliis, sacri profanique ordinis viris. Bonum trecentis pro corporis custodia equitibus balliſtariis stipatum sequebantur Arnoldus Geldriæ Dux, Bullonij Dux, Ioannes filius natu maximus Ducis Cliuiæ, Comes Valkenburgi, Vaudemontij, Neuersij, Estampij, Salinarum, Liguij, Nassauij, Fani D. Pauli, Antistes Cameracensis, ac Leodiensis, quem ducenti nobiles Leodiensium equites, albis omnes vestiti, albisq; singuli insidentes equis comitabantur. Aderat & Nicolaus Rollinus Burgundię Cancellarius, Dominus Fiennẽsis, Cromacus, Baufremontius, Charnius, Haubordinus, Ternantius. Adhæc non rogati miserant legatos, Imperator Sigismundus, Rex Cipri, Portugalliæ, Castellæ, Siciliæ, Nauarræ, Poloniæ, ac Daniæ, Dux Britonum, ac Insubrum, insuper, & ditiones omnes, quæ Bonum Principem agnoscebãt, vniuersaque adeo Europa in conciliationem trium potentissimorum Principum coniurarat. Bellum enim inter se gesserant, quo plus quàm trecenta hominum millia perierant, familiarum centum millia sedibus pulsa vagabantur, innumeræ virgines prostitutæ, mulieres ac pueri vagi errabant. Erant Atrebati supra decem equorum millia, famulorum numerusi immensus, diuersæ inter se nationes omni ostentationis genere certabant. Sed cum sæpius de pacis conditionibus communicassent, ab Anglis nil æqui potuit obtineri. Volebant enim titulum Regis Franciæ, Regibus Anglorum sempiternum manere, seruare quæ tum in Francia possidebant, ac (quod Francis intolerabile erat) Regem Carolum quæ tenebat ab Angliæ Rege, beneficiario iure cum successoribus repetere. Relictis igitur Anglis, Legati Francorum Bono apud D. Vedastum in sacello suo sacris intento, ad genua procumbunt, ac ne benè cœptæ pacis præstantissimam occasionem Anglorum insolenti ambitione perturbari permittat rogant, obsecrantq;, Regi Carolo patris necem condonet, iterum atque iterum deprecantur, quippe qui sexdecim tantum annorum, non solùm facilè ad quiduis induci, sed à curatoribus etiam cogi poterat. Nunc cùm ratio iustæ ætatis decursu sibi sufficiat, non minus eum facinoris, quàm filium Philippum pœnitere, ac quoties inauspicatæ eius horæ in mentem venerit (quod plus quam semel singulis contingit diebus) tantos eum ex imo pectore singultus suspiriaque ducere, vt vel barbarissimi sæuissimiq; hominis cor permouere possit. Paratum esse Regem, omnibus ei satisfacere modis, saluo Regiæ maiestatis honore ac decore. Burgundus ad genua procumbere, pares sibi dignitate nobilitateq; proceres conspicatus, lachrymantibus collachrymabatur, partim memoria paternæ necis, quam pace abolitam iri sciebat: partim quod ij qui præcipuè facinus procurassent, immunes hactenus à vindicta, innocentis populi humeris iræ suæ facem reliquissent. Naturali igitur inclinatione plus Francis (è quorum regio sanguine se ortum sciebat) quam Anglis addictior, subleuatis è terra Regiis legatis, ac vxore quæ se his iunxerat, astringi se aut mutuo cum Anglis iureiurando, quo alter sine alterius consensu, cum Carolo pacem se non facturum erat pollicitus. At dicti Cardinales, è plenitudine potestatis, religione hac Boni conscientiam liberant, asserentes pluris esse reipublicæ Christianæ quietem, quàm temere conceptum ex irato animo iurisiurandi sacramentum. Annales Hollandiæ narrant, Cardinalem sanctę Crucis, cum nullis permouere verbis Boni animũ posset, vt spreto Anglorum Rege, per se pacem cum Franco faceret, minatum esse, se contra eum ac Anglos iure acturum, quod contempta Ecclesiæ auctoritate, cuius iudicio cõtrouersiam

trouersiam paulò antè commisissent, nec æquitati, nec rationi locum darent, sed iniquissimis conditionibus summa cum peruicacia ac impietate insisterent. Ac ne aliquo modo de potestate quam Christus Ecclesiæ tribuit dubitarent, petisse dictũ Cardinalem, candidum panè cui in amplissimo cõcilij cõsessu cùm summa in Deũ fiducia malè esset precatus, subitò nigerrimum extitisse, magno omnium qui aderant cum admiratione, iterũque piis verbis pani bene precatus, pristinum recepisse candorem, ac ex eo tempore Burgundum, concepto terrore, sese Procerum Ecclesiæ arbitrio submisisse, ac dimissis Anglis cum Franco pacem fecisse, posteaquam Gallias sexdecim continuis annis cum incomparabili detrimento oppugnasset, ac manibus animæq; Ioannis Intrepidi plusquam satis parentasset. Cõditiones autem hæ fuere: DICET ac cõfitebitur Rex Carolus, aut per Proceres Regij sanguinis suo nomine ac iussu dici confiterique iubebit, Ioannem Burgundiæ ducem, impiè, positisq; insidiis, per proditionem trucidatum, ideoq; sibi semper facinus, ex eo tempore quo primùm sui iuris sit effectus, displicuisse, multoque nunc magis displicere, neque se vnquam facinori consensurum fuisse, si sui potens ratio, discernere id quod fiebat permisisset, ac proinde obsecrare se Ducem Philippum, nece patris cõdonata, conceptum ea de causa contra se regnumq; suum odium, ac iustæ vindictæ cupiditatem deponere velit, memoriamque prorsus ex animo delere, quo solida æternaque hinc inde oriri, ac perdurare posthac possit amicitia. Quotidie in Fano oppidi Monteraui, vbi Dux Ioannes primùm fuit sepultus, constituto perpetuo censu annuo, repræsentatiuum Iesu Christi sacrificium pro salute defuncti Intrepidi fieri iubeto. In ponte vbi facinus fuit perpetratum, æneam Saluatoris crucifixi imaginem erigito, causamque erectionis insculpito. Prope oppidum Monterauum Cœnobium Cartusianorum duodecim sacerdotum, qui pro salute Intrepidi continuò orent, ædificari dotarique præcipito. Apud Cartusianos Digeonenses, vbi nunc quiescunt ossa Intrepidi, propiciatorium quoque inter missæ orationes Iesu Christi sacrificium solemni symphonia, pro expiatione vitiorum Intrepidi, ac Noiellæ quotidie decantandum instituito. Pro iis quæ Intrepidi sunt detracta cadaueri, quinquaginta aureorum liliorum millia soluito, his non connumerato torque pretiosissimo, vnionibus, aliisque pretiosis lapidibus rigente, de quo seperatim satisfacito. Nobilibus qui morte Intrepidi interfuere quicquid tum damni acceperint compẽsato, siue ij adhuc in vinculis detineantur, siue in voluntarium sint profecti exilium. Qui mortem Intrepidi, Rege excepto, consilio aut manu procurauere, ab hac pace excludantor: Quicunque ex iis in Regis potestatem venerit, Bono traduntor; qui verò manus eius effugerint, perpetuo exilio multantor, bona fisco Burgundi addicuntor. Bono eiusq; posterisin sempiternam possessionem Comitatum ac oppida Masconum, Iangonum, Auxerram ad Sequanam, Castelleniam Barrensem omnibus cum munitionibus, Peronam, Mondiderium, ac Roiam relinquito. Ioanni itidem Burgũdo Comitatum Estampij reddito, eique ac Comiti Neuersio tria millia, trecenta, ac quadraginta aurea scuta reddito, quæ mater eorum Bona Rothomagi mensario in vsuram dederat, Rex verò non solùm vsuram, sed & sortem mensario numerare coëgerat. Oppidis ad vtramq; Somonæ ripam sitis, Fano Quintini, Corbeia, Ambiano, Abbeuilla, cum Comitatu Pontiaco, Dorlano, Fano Riquerij, Creueceurio, Alleusio, Mortanga cedito, donec Bono aut eius successoribus, Rex aut eius successores persoluerint quadringenta aureorum liliorum millia. Burgundus à Tornacensibus annuam quam pollicitus est pensionem recipiat. Bono eiusque tantùm filiis legitimis ac qui ex iis nascentur filij Comitatus Bolonicnsis manebit. Dum vixerit, Regi beneficiarium ob nullas ditiones iusiurandum dicet, sed eius liberi. Cum Imperatore, Hispanis, Anglis, nec vllis Burgundi hostibus, eo inscio ac nolente, fœdus ne facito. Burgundi apud Regem militantes, bellicum Burgundionum militare signum nõ mutabunt. Omnes Franciæ Proceres, siue ij Regij, siue non sint sanguinis, has pacis conditiones propria manu subsignabunt, iureiurando sigilloque proprio confirmabunt, pendente in medio maximo Regis sigillo. Filiam Catharinam Carolo Boni filio despõsato, ac centum viginti millibus aureorum liliorum dotato. Hęc postridie Cal. Sept. aut, vt alij volũt, secundo Cal. Octobres Atrebati ab vtraque parte consignata, deinde per vniuersam Frãciam, ac Belgas promulgata, adeo omnium ordinum homines lætitia affecere, vt tum se primum nasci arbitrarentur. Soli inter omnes Christianos ægerrimè hęc ferebant

Universidad de Deusto
Biblioteca

Angli,quibus per Legatos nuntiari iubet, se summi Pontificis, Patrum in consilio Basiliensi congregatorum, ac Principum orbis Christiani precibus authoritateque victum, pacem cum Rege Carolo feciſſe,ne plus quàm Chriſtianum decet, iniuriarum ſæuus inexorabiliſque vindex iure ab omnibus iudicetur, ac proinde aliquando clementiſſimi Numinis talionem contra ſe irritaret,rogans inter publicæ tandem aliquando tranquillitatis auctores numerari ſe quoque patiatur.Sed Angli ira conſternati, adeò ægrè hanc pacem tulerunt,ac præcipuè quod literis ad Regem Hendricum ſcriptis,pro more eum non amplius dominum appellaret,vt legatis ſine reſponſo dimiſſis,hoc tantum adderent, Bonum periurum eſſe proditorem,propoſitoq; per vniuerſam Angliam edicto,ſubditos eius inſula omnes ad certum diem decedere iuberent,literiſq; ad Imperatorem, Coloniēſes, Leodienſes,Geldros ac Gandenſes datis,magnis propoſitis præmiis, ac immenſa polliciti auxilia,vt ſe cum Anglis contra Francos,periuroſq; Burgundos iungant, perſuadere conſcriptis,bellum, diſſuadentibus prudentioribus,prior contra Anglos decernit, ac ad obſidendum Caletum ſe parat.Flandri militem, pecuniam ac commeatum pollicebantur: Hollandi ac Zelandi armatam claſſem,qua mari oppidum premerent. Dum totus in apparatu eſt,Crouiacus Ambiani ciues aliquot,capite,bonis aut exilio punit, quòd dum iis
1436. in partibus rem pecuniariam ad bellum expedit, ſeditionem excitaſſent.Initio anni 1436. Lalani Regulum ſexcentis cum equitibus Regi Carolo contra Anglos mittit, qui iuncti iam Boni ciuibus,vrbe Pariſienſi pellunt. Impetrarat enim eis prioris defectionis gratiā, permiſeratq; Rex, vt bellicum Burgundionum in vrbe ſignum proponeretur,quo paulatim animis eorum delinitis,facilius veteri aſſueſcerent imperio. Angli non ſolum à Burgundo ſe deſeri,ſed etiam oppugnari videntes,duobus peditum millibus, Caleto menſe Maio eductis, Caſletanam ditionem infeſta populatione peruaſtant, quos ij pellere conantes,prælio infeliciter tentato,domum deſideratis quingentis viris dilabuntur. Angli amiſſis ſeptuaginta militibus Caletum reuertuntur.Coëgerat interea Bonus mediocrem militum manum,ſed iuſti exercitus vires,Flandrorum triginta millia in armis parata effecerant,ſequebaturque magnus bigarum commeatu onuſtarum numerus. Gandenſibus præerat Colardus Comenius: Brugenſibus, Ioannes Stenhuſius: Iperenſibus Ioannes Comenius: Franconatibus,Markemi Regulus: Cottracenſibus,Gerardus Gluſtellatum ſexcentos. Coadunato exercitu,cum flumen Ronam traiecciſſent,caſtrametantur in valle Tourneham (quo in loco Philippus Audax caſtra olim contra Anglos habuerat) adducente Eſtampij Comite trecentos equites. Motis caſtris Oiam oppidum vi expugnant,quinquaginta quatuor milites repertos ſuſpendio,ad aliorum exemplum ſtrangulantes,ne tanti exercitus vim temerè poſthac tam pauci contemnere auderent. Idem fit Zantgatæ, Marcæ ac Ballingæ,exceptis iis qui in Gandenſium manus veniebant, ſeruabant enim illi captiuos in vinculis,vt facta commutatione,ſuos ciues,ſi quos capi cōtigiſſet,reciperent.Caſtellis omnibus ac munitionibus expugnatis,tandem Caleto exercitum admouent,erumpentes Anglos equitatus repellit: Burgundi, Flandriſque quæ ad oppugnationem neceſſaria erant,tuto parant,collocantes idoneis locis ænea ferreaq; tormenta,noctes dieſque continuò reboatu muros quatiunt. Verùm quòd obſeſſis de rebus neceſſariis abundè foret prouiſum, indieſque ex Anglia quod opus videbatur, diligenter mari (quo Angli potiebantur) ſuppeditaretur,parum proficiebant. Multi intereà ex oppido tormentorum violentia interficiebantur,ipſeque Bonus non ſatis cautè oppidi ſitum contemplans,cadentibus quatuor corporis cuſtodibus,propemodum fuerat interfectus, ac poſt paucos dies ad mare eadem de cauſa paucis cum equitibus profectus ab inſidiatoribus fuiſſet interceptus, niſi Ioannes quidam Platelus ſolus contra Anglos aliquot pugnans, maiorem in ſe conuertiſſet partem, Bono interim pernicis equi velocitate ſeruato,ac Platelo capto. Adhæc quotidie Caletani erumpentes,minutis prœliis Flandros exercebant, interficiebantur capiebanturq; vtrinque multi. Menſe Auguſto Brugenſium triginta ſex interficiuntur,capiuntur viginti tres. Paulo poſt Gandenſium viginti duo obtruncantur, capiuntur triginta quatuor. Sed poſt octo dies equites Burgundi vindicata

Flandrorum

Flandrorum clade,viginti tres Anglorum equites interficiunt,ac quadraginta ſeptem capiunt. In Anglia interim miles cogebatur, ſcripſeratque Hunfredus Gloceſtræ Dux,ſe poſt octo dies in aciem deſcenſurum. Acceperat Bonus conditionem,quod polliciti eſſent Flandri ſeſe ſtrennue dimicaturos,diuulgataque in proximas ciuitates fama,ex omnibus locis viri nobiles, Principi ſuo operam nauaturi ad caſtra confluebant. Aduenerat interea Hollandorum,Zelandorumq; claſſis,nauesq; aliquot lapidibus arenaq; repletas in portu Caletano merſerant, quo Anglorum claſſi ingreſſum prohiberent, ſed à reciproco maris æſtu in altum abreptæ inanis eorum manſit opera, diſcedenteſque paulò pòſt Hollandi ac Zelandi,ne ab Anglica claſſe circumuenirentur, domum relicto Caleto proficiſcūtur. Flandri eorum diſceſſu de oppidi expugnatione deſperantes, ſimulque territi apparatu Gloceſtri,qui vero maior adferebatur, tumultuari incipiunt. Erexerant Gandenſes ſuis in caſtris ligneam turrim,quæ Caletana mœnia altitudine ſuperabat, foſſa ampla circundederant,ac trecentis ciuibus cuſtodiendam commiſerant. Angli hoſtem quæ in oppido ac muris agerentur perſpicere ægrè ferentes,prima luce magna manu ad turrim aduolāt, ac antequam auxilium adferri poſſet, interfectis 160. Gandenſibus expugnant, captis vltra centum, quos eadem hora ante oppidi portam iugulant, quod virum nobilem ab his captum, nulla de cauſa interfectum didiciſſent. Gandenſes poſt hoc detrimentum è tumultu in ſeditionem verſi,proditos ſe terra à Boni conſiliariis, mari ab Hollandis vociferantur, quærebantq; ad necem Crouiacum,Noëllium,Brimeum infauſtæ expeditionis auctores.Sed ij initio tumultus hæc veriti,Ghuinetum quod Bonus obſidebat, eius in caſtra fugerant: qua re Gandenſes intellecta,vaſa conclamant,tormentiſq; è muris abductis,ad iter ſe parant, vociferantes eripere ducem, bellica vrbi Gandenſi tormenta velle omnia. Verum erat,Bonum tormenta oppido amoueri iuſſiſſe, non vt auferret, ſed quo Gloceſtro educendi exercitus copia fieret,cumque non obedirent,cum globis ac puluere tormentario auferri iuſſerat,in acie contra hoſtem vſurus. Tandem de ſeditione ac abitu Gandenſium certior ad eorum caſtra aduolat,ac vt ſtatutum pugnæ diem expectent rogat,niſi ſumma cum infamia fugiſſe nondum viſum hoſtem, ſibi vniuerſiſque Flandris, exprobari velint. Surdis omnia canit, parati iter inſtituunt, non minus turpiter hic Bonum,quàm anno 1411. Ioannem eius patrem ad Deſiderij montem deſerentes.Gandenſium exemplum cæteri Flandri,neglecto Principis imperio,indecorè ſequuntur.Coactus igitur & ipſe caſtra primū Ghuineto, deinde Caleto mouet,in frōte cōſtitutis peditibus dicto audientibus, tormentis, ægris, bigis,impedimentiſq; cæteris. Ipſe cum equitatu ſequebatur, ſæpiuſq; erumpentes Anglos,diſpoſitis ad hoc aliquot equitum turmis, in oppidum reiicit. Vix Flandri domum, Bonus in Arteſiam peruenerat, cùm Gloceſter cum trecentis nauibus Caletum appellens viginti circiter hominum millia exponit,hoſteque non reperto, aſſumptis duodecim millibus occidentalem Flādriam inuadit,reliquis cum nauium parte ad populandam maritimam Flandriæ oram, ductu Ducis Vuinceſtri miſſis.Oppida Occidentalis Flandriæ tum temporis omnia muro,foſſa,aut vallo erant clauſa. Quare Gloceſter ad agrorum populationem conuerſus, nil circum Greuelingam, Bergas,Duinkerkam,Borburgum,Veurnam,Dixmudam, Neuportum, Caſletum,intactum inuiolatumque reliquit. Bella ac Poperinga deſertæ ab incolis, igne abſumuntur. Caſletani ad ſeptem vtrorum millia coëgerant,Anglis prædam,aut eius partem erepturi, ſed multitudine,ordineque proficiſcētium territi, prætereuntes laceſſere non ſunt auſi. Gloceſter verò immenſa cum preda tuto Caletum rediit, ante exercitum agens ſupra duo Flandricarum bigarum ac quadrigarum millia,quibus miſeri ruſtici proprias fortunas auehere cogebantur,ac relictis plauſtris equiſque, pedibus domum reuerti, exceptis ditioribus,qui ſe magno inſuper redimere cogebantur. Vuinceſter non minus infeſta populatione maritima loca vexabat,Bono nil ſe mouente, ſed lætis oculis rebelles ſeditioſoſq; Flandros pœnas dare inſpiciente. Oſtendæ conuenerant finitimi fermè omnes, ſed cùm tardè vaſtatis agris auxilio ſe veniſſe conſpicerēt,repertum fortè fortuna, Veræ dominum maris apud Zelandos præfectum,primæ nobilitatis virum,furibundi interficiūt, clamitātes,Flandros ab eo Caleti abductis Hollandorum Zelandorumq; nauibus,fuiſſe deſertos ac proditos. Populabatur adhuc Vuinceſter Oriētales Flandros, ac Franconates ſero ſuis opem ferentes contemnens,in Hulſtenſem oram ſeſe infeſtus conuerterat. Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hector Verholtius cùm in tempore agrestes ad arma conuocasset, præda ad naues coacta in altum Vuinceſter eum expectare non ausus contendit. Interea Brugenses contra præ-
datores Anglos frustra profecti arma ponere nolebant, nisi Bonus quæ petebant consen-
sisset. At is extorqueri iudicans, quæ armati petunt, plane negabat. Sluzam igitur conten-
dentes portas aperiri iubent. Cùm Præfectus Rolandus Vtkerkius recusasset, ira furentes
Brugas reuertuntur, forum armati occupant, ciuesq; omnes ad arma concitant, proficis-
cendum Sluzas iustis viribus clamitãtes, quòd neglecto Brugensis vrbis imperio, sub eius
signo ad Caletanam expeditionem exire noluissent. Proinde ad officium cogendos, mu-
ros deiciendos, fossam replendam, authoresque neglecti imperij puniendos. Adhæc
Brugas Franconatium Metropolim facientes, dicebant non debere separari, nec Fran-
conates quartum Flandriæ membrum dici, sed vnum censeri, omnibus Franconatibus
immunitates vrbis Brugensis offerentes. Triginta tãtùm & tres pagi quod offerebatur
acceptauere, cæteri cõtempsere. Interea Iustitium per vrbem (foro ab armata plebe à nono
Cal. Septembr. vsque ad quartum nonas Octob. insesso) visebatur, interfecerantq; Eusta-
tium Brixanum vrbis Schoutetum, redegerant in suam potestatem portarum claues, ac
tormẽta bellica. Bonus seditione intellecta, Dammum (oppidulum est medio inter Bru-
gas Sluzamq; itinere, quatuor passuum millibus ab vtraque distans) venit, vxorem ac fi-
lium, ægrè ab irata plebe impetrat. Abeuntem cum filio, sine vllo famulitio Ducem Isa-
bellam, indignis insuper scurrilibusque verbis prosequuntur. Gandaui hoc tempore res
nihilo plane meliori erant statu, altero alteri Caletanam discessionem exprobrante, ac à
se culpam dedecusq; transferente, adeò vt Bonus secessionem veritus eò contenderet, ac-
cersosq; animos sedaret. Peruenere interea Gandauum Brugensium literæ, fœdus amici-
tiamq; pangi petentes, nisi Princeps petitionibus suis subscripsisset: quod cùm Gandẽses
enixe ab eo petissent, nec ille vllo modo assentiret, dicens sibi ex iure satisfieri velle, de iis
quæ contra suam dignitatem, extrusa vxore, filioq;, ac indignè necato Schoutero, pulsisq;
compluribus viris bonis fecissent, Gandenses ira accensi, prælatis in forum Veneris 52. o-
pificum militaribus signis, eò cum armis secuti communi consensu iurant se Brugensium
causæ contra irati Principis vim non defuturos, paulocq; pòst sedati animis, dimisso foro,
armisq; ad sua quisque dilabitur, permittentes vt Princeps omnibus Flandriæ oppidis,
quos vellet daret Præfectos. Mittit Dammum iusto cum præsidio, Ioãnem Villanum, qui
adactis in Reiæ alueum Brugas fluentis magnis trabibus, vsum eis nauigationis eripit. Ip-
se in Artesia, Hannonia ac Picardia militem cogit. Veræ Regulus Hollandorum ac Zelan-
dorum armatis nauibus, nequid mari Brugas perferretur impedit, paratusq; erat à Bru-
gensibus de Caletana defectione pœnas sumere, nisi animaduerso periculo animis cecci-
dissent, vsique deprecatoribus Gruthusę ac Vallæ dominis, pro pace orassent. Negat nisi
positis armis, relictoq; foro, ad operas quisque suas domum rediisset, se aures præbiturum.
Adduxerat interim e Burgundia Charnius mille ducentos equites, quamobrem Brugen-
ses multo magis territi, depositis armis forum (quod circiter sex hebdomadas tenuerant)
relinquunt, domumq; dilabentes, pacem enixè rogant: cumque difficiliorem spe Princi-
pem reperirent, Gandauum præfectos opificum, cum vniuerso vrbis Magistratu, ac iis qui
aliquo honore munereq; publico fungebantur, viros numero 150. mittunt, qui ad eius
genua prouoluti, pacem submississimis verbis orantes, tandem deprecantibus proceribus,
ac Duce Isabella eius vxore, dat absolutam, insuperque quod non postulabant tributum
annuũ à patre anno 1407. extortum, ac vitulino in tergore descriptũ, eaq; de causa ab eis
Vellus vitulinum appellatum, statim vt vel decerperent, vel exurerent tradit, datque eis
Scouthetum Bartholomæum Vochtium. Legati cum pace læti domum reuertũtur. Sed
decimoquarto vix elapso die ab inquietis concitati hominibus ad insaniam redeunt, die
Sluzanis dicto, quo de rebus controuersis, Brugas causam dicturi se sistant. Cùm nemo cõ-
pareret, publica sententia omnes ciues Sluzanos in quinquaginta annos vrbe Brugensi, ac
Flandria exulare iubent, addita in eum capitis pœna, qui non paruisset. Sluzani irridentes
Brugensium minas, fossam qua ex oppido Dammum naues mercatorum vehuntur, im-
pactis in alueum maioribus tignis claudunt. Brugenses Principis eos authoritate innixos
hæc facere arbitrati, viginti quatuor Senatores, quos ei maximè gratos existimabant, in
carcerem coniiciunt, missisq; Dammum quadringentis armatis ciuibus, totidemque Ar-
denburgum, excursiones nobilium, iis in partibus res suas populantium impedire iubẽt.
Sed mense Nouembri eosdem domum reuocant. Bonus enim prohibitis populationibus,
septuaginta tantum stipatus equitibus ballistariis Gandauum proficiscitur, quod eò Flan-
driæ Ordines conuenirent, cognituri quid iuris Sluzano in oppido Brugenses haberent,
controuersiamq; sine bello finirent. Magna cum pompa reuerentiaque, ab omni homi-
nũ ordine suscipitur. De pace cùm ageretur, hæc ante omnia volebat: Audenarda (cuius „
se Gandenses conditores auctoresque ferebant) Sluza ac Neuportum, neminem præter „
Flandriæ Comitem, dominum agnoscent. Sententia à Brugensibus contra Sluzanos lata „
rescinderetur: Franconates à Brugensibus (vti fuerant) separati, quartum Flandriæ mem- „
brum censebuntur. Cùm sæpè ac diu hisce de rebus consultassent, nec conuenire possent,
negotio ad diuturniorem consultationem reiecto, Bonus Insulas proficiscitur. Huc ad eũ
venit Reinerus Angium Dux, acturus de redemptione filiorũ, quos ante quinquennium,
captus à Vaudemontij Comite pro se obsides dederat, donans Burgundo pro sua ac libe-
rorum liberatione, ditionem Casletanam, sui tum temporis (iure Ducatus Barrensis) im-
petij, insuper magnam promittens pecuniæ summam, pro qua spondebát quatuor muni-
ta Barrensis ditionis castella pignori, ad solutionis vsque diem Bono tradita. Initio anni
1437. aperitur Brugensibus portus Sluzanus, iure suo vnicuique seruato, quod de dictis 1437.
controuersiis nondum constitisset, nec sententiâ Ordinum Flandriæ quicquam foret de-
cretum. In honorem tamen Principis Brugenses sententiam contra Sluzanos latam mo-
derantes, eis Flandriam reddunt, vrbem suam nondum. Quare animaduertens non faci-
le Ordines per omnia sibi obtemperaturos, nõ expectata eorum sententia, Franconates à
Brugensibus (veteri insistens mori) separat, quartumq; Flandriæ membrũ, in perpetuum
nominari iubet. Brugenses ægerrimè hoc decretum ferebant, quiescentes ac iram deuo-
rantes, donec nũtiatum esset, Gandenses summum opificum interfeciſſe Præfectum (ipsi
Decanum vocant) ei imputantes Caletanam defectionem. Vociferantes igitur eandem
sese infamiam vlcisci velle, primum fabri ferrarij arreptis armis in forum descẽdunt. Hos
subsequuntur ex omnibus statim opificum ordinibus, proletarij sellulariique, conuoca-
tisque omnibus, qui ante triginta annos Magistratum gesserant, cùm pars coacta, pars spe
sedandæ seditionis venisset, in carcerem circiter septem hebdomadas claudunt: nec hac
iniuria contenti, interficiunt Iacobum ac Mauritium Vassenarium, primæ nobilitatis vi-
ros, ementientes sine populi eos consensu eiam cum Principe, contra quàm è re populi
foret, consilia agitasse, fugiuntq; hanc ob causam vrbe, nobiles fermè ac ditiores merca-
tores omnes. Bonus tertio Brugensibus Reiæ vsum eripit, fixis in alueo maximarum ar-
borum truncis, decernitque iam serio seditiosos punire, ac proinde quæ necessaria vide-
bantur, diligenter comparabat. Illi decretum coniectura assecuti, Insulas legatos mittũt,
tertiamq; pacem orant. Respondet sese in Hollandiam cum milite per Flandriam profi-
ciſci, quod Iacoba Bauara sine liberis, superiore anno, mense Octobri, è vita decesserit, sibi
hæreditario iure Hannoniam, Holandiam, Zelandiam, ac Frisiam reliquisset. Coëgerat
è Picardis, ac Artesiis tria peditum millia, perq; speciem adeundæ Hollandiæ in finibus
Brugensium considit. Ibant vna Estampius, Liladamus, Rolandus Vtkerkius, Colardus
Comenius, Lodouicus Haueskerkius, Iacobus Creuecœurius, Philippus Tetnantius, Io-
docus Lihterveldius, cum plerisque aliis nobilibus præfectis. Brugenses cum corporis tã-
tum cum custodibus, ac domestico cum famulitio vrbem pacis confirmandæ causa intra-
turum existimantes, portam Buueriam aperuerant, ingrediebaturque Bonus dictis cum
Proceribus ac aliquot peditum signis: sed qui portis custodiæ præerant, videntes tria ho-
minum millia cum armis subsequi, rogãt, Malam iis ire iussis, cum ordinario tantum co-
mitatu ingrediatur, reperturos Malæ milites commeatum, quem Magistratus abundè eo
misisset. Sed existimans à suis portam teneri, responso non dato, in vrbem, non expecta-
tis cæteris, imprudenter equitans, forum petit. Brugenses malè sibi conscij, portam iussu
seditiosi Magistratus, magno agmine per diuersas vias ad eam delati claudũt, Principem-
que à tergo immenso agmine subsequentes, exclusis tribus peditum millibus, inuitum
vlterius protrudũt. Cùm ad Veneris forum peruenisset, exclusos pedites suos, tristi doce-
tur spectaculo: cùm enim duo ciues honesto nati loco, ei fœlicem aduentũ magna cum
reuerentia gratularentur, à seditiosis ante equi sui pedes, nulla alia de causa cõfodiuntur.

Milites

Universidad de Deusto
Biblioteca

Milites Principē ab his peti exiſtimátes,magna voce vrbē captā conclamát, ſtrictiſq; gladiis, ac tēſis baliſtis ſine diſcrimine populū inuadūt, occiſiſq; duodecim,ac multis vulneratis,tota vrbe ad arma cōcurritur,ac ab omnibus partibus,in Bonū eiuſq; comitatū fit impetus. Cū ſe multitudini imparē videret,portam Bouueriā pugnādo ſenſim repetit,clauſamq; reperiēs,dū pauci obices ſeraſq; moliuntur,eodē in loco,ac prope Sacellum. D. Iuliani,acerrima, deteriore Burgundionum conditione,oritur pugna, in qua non dubiam accepiſſet cladem, niſi fauens ei ſemper numen, fabrum ferrarium nomine Iacobum Hardoum, præfectum Scadebeletterorum, in ipſo extremæ neceſſitatis momento, ſubmiſiſſet,qui fabrilibus inſtrumentis,ſeris,repagulis,peſſuliſq; effractis, Bono ac qui cum eo erant,effugium præbuit, quem ſtatim ſunt ſecuti milites qui vrbem non intrauerant. Deſiderauit pluſquam centum milites,ac inter hos magno cum dolore, Liladami regulum,nobilem veteremq; præfectum, qui ſolus auctor ſemper fuerat, ne cum quatuor militum millibus, ampliſſimæ vrbi in ſeditionem verſæ, ſe cōmitteret. Iacobus Hardous captus,quod portam effregiſſet,capite punitur,corpuſque in quatuor partes diſſectum diuerſis locis, inſtar proditoris ſuſpenditur. Verūm domitis Brugēſibus, liberi eius à Bono ſunt nobilitati, ac ditati. Inter captiuos fuere Principis Symphaniaci numero 40. quos ſtatim dimittunt,ſed non item 160. Picardos milites, e quibus in vindictam ciuium qui ceciderant,viginti duos ſtatim gladio percutiunt,cæterorum eadem fuiſſet conditio, niſi continuis Eccleſiaſticorum exterorumque mercatorum precibus (paucis in carcere detentis) forent dimiſſi. Qui ante ſequentem diem in latebris ſunt reperti,nocte iugulabātur,non reperti,cum per vrbis muros fugam tentaſſent, pars maior in foſſis ſubmerſa periit. Rati Brugenſes Boni vires hac pugna ſe planè eneruaſſe, egreſſi magna manu, maioribus cum tormentis Sluzam obſident. Præerat oppido Simon Lalatus,ac Rolandus Vtkerkius præſidio quadringentorum Balliſtariorum, oppugnatiq; ter ſtrenuè, ſeditioſos multis interfectis repulerant. Sed cum maiori apparatu oppugnationem inſtituerent, nuntiatur Bonum cum iuſta militum manu Sluzas properare, quare poſt tertiam obſidionis hebdomadam Brugas reuertuntur,bellumque in agricolas conuertentes,ditiores magno libertatem redimere cogunt, prædamq; non mediocrem ad vrbem agunt. Gandenſes futuri huius belli honorarij pacificatores, ſublatis ſeptuaginta militaribus ſignis, tacito boni conſenſu ductu Eraſmi Onredeni,viri moderati,vrbe proficiſcuntur,ac Ekeloni caſtra ponunt. Veniunt huc vtriuſque partis legati, ac poſt aliquot dierum diſceptationes pacem faciunt, conſentientibus Brugenſibus, vt Franconates quartum Flandriæ membrum cenſerentur, nec populus dum pax promulgatur,cōtradicit,donec paulò pòſt à Iacobo quodam Meſſemakero,ac aliquot aliis opificum præfectis irritatus,ſeſe ea cōditione pacem admittere negat. Interea Bono è Zelandia auxilio venit,iuſta militum cum manu, Veræ regulus, ſæpiuſq; è Sluza in Brugenſium fines erumpens paruis præliis vario euentu certabant. Gandenſes pacem non ſuccedere videntes,relictis Brugenſibus domū redeunt. At ij ſe vndique premi ſentientes, cùm ſenſim omnia ſolito cariora fierent, patriam,ducem Iſabellam, vrbem ſemper ſuam teneriùs dilexiſſe. Quatuor igitur ad eam viros probos, principiq; fideles mittunt, ac vt vrbi à duce marito pacem impetret,orant. Scripſerat variis temporibus Brugas Dux Iſabella, vt cum Gandenſibus belli ſocietatem non inirent (id enim ſummopere Burgundus verebatur) niſi omni calamitatis genere diuexari mallent: cuius cùm conſilio in hunc vſque diem obtemperaſſent, ſuſcepta eorum cauſa, honeſtas pacis conditiones à marito impetrare conabatur. Adiuuabant eam exteri mercatores, ac præcipuè Hiſpani. Vt verò Brugenſes teſtarentur, ſeſe ſeriò præteritorum pœnitere, capite puniunt (quos paulò antè publicis acclamationibus exceperant, ac coronis è floribus plexis honorarant) Iacobum Meſſemakerum, Præfectum Fabrorum ferrariorum, Tinctorum, ac Lanificorum, quod pacem quam Ekeloni arbitris Gandenſibus fecerant, in vrbem reuerſi primi diſſuaſiſſent, auctoreſque violandæ fuiſſent. Adhęc ſexto
1438. Idus Ianuarij anno 1438. Ioannem illegitimo Boni thoro procreatū, ac electum pro Collegio D. Donationi (vt vocant) Præpoſitum, ſummo cum honore ac reuerentia in vrbem recipiunt, miſſiſq; Atrebatum quatuordecim legatis, pacem ſubmiſſe orant, Principis arbitrio vrbem ſuam committentes, quod Ducis Iſabellæ opera æquiſſimas ſe pacis conditiones

tiones obtenturos crederent. Legati hi fuere: Iacobus Zutvagerus, Iacobus Baſſeuellius, Iacobus Blanderelus, Iacobus Vuildærus, Michael Teimſekius, Egidius Remārdus, Egidius Laurinus, Ioannes Volkardus, Ioannes Barvotius, Ioſephus Reiſinus, Richardus Heinſius, Ioānes Stenbergius, Anthonius Kainus, Balduinus Leuinus, liberātq; ſtatim viginti ac ſeptem captiuos Picardos, nouis ornatos veſtibus, ac pecunia in viaticum ſingulis prębita. Legati Principem Atrebati adeuntes,pacem impetrare non poterant,donec ſubſecuti Eccleſiaſtici ac nobiles qui ab initio tumultus fugerant, exterique mercatores, hiſque iuncta Dux Iſabella cum filio Carolo, ſimul cum legatis ad genua eius procumbentes eam extorſiſſent. Conditiones hæ fuere: ducenta aureorum equitum millia, Brugenſes Principi pro damno dato ſoluunto. Sluza nullius præter Comitis Flandriæ imperium ac auctoritatem agnoſcito. Franconates in ſempiternum, à Brugenſibus ſeparati, quartum Flandriæ membrum cenſentor,in cuius rei perpetuam memoriam, eis nouum ſigillum, ac militare ſignum donabat. Liladami filio decem millia aureorum liliorum ſoluunto,ac effoſſum cadauer,apud D. Donatianum,iuſtis prout decet rite perſolutis,ſepelitore, inſuperque quotannis, quarto Idus Maij,exequiarum ſolemnes cæremonias,viginti quatuor accenſis cæreis funalibus (quod eo tempore multum erat) publico ſumptu repetunto. Iacobi Hardoij ab eis interfecti, ac poſtea recollectis membris, honeſtiſſimè terræ mandati viduæ ac liberis è publico, prout eſt meritus,ſatisfacito. Quadraginta ac duo ſeditionis auctores,qui nominabuntur,pacis beneficio excluduntor,perque omnem vitam maieſtatis rei corpora ſupplicio, bona fiſco traduntor. Si quis Brugenſi iuriſdictione,illegitimo natus thoro, legitimis non relictis liberis,è vita deceſſerit, Flandriæ Comes hæres eſto. Pace his conditionibus Atrebati Cal. Martij confirmata, Iacobum Scakium vrbis Schoutetum renuntiat,Reiæ nauigationem reſtituit,militem è finibus Brugenſium educit, qui variis ſpectaculorum lætitiæque generibus pacem ſibi gratiſſimam ſunt teſtati. Nondum Bonus Caletanæ expeditionis infamiam obliuiſci poterat,quęrens mille occupandi oppidi modos, pace inter tres ſummæ nobilitatis viros conciliata, quorum inimicitiæ non vulgare Reipublicę periculum minari videbantur. Erāt autem ij: Chamius, Hiræus,ac Ioannes Lutzenburgius. Interea Eſtampij Comes, ac Anthonius Crouiacus, coactis quinque peditum millibus Ghuineranos inuadunt,expugnant Zantgatam, pontem Caletanum euertunt,multiſque in locis perfoſſa mole mari obiecta, Caletum marina inundatione obruere,aut Anglos ad deſerendum oppidum cogere nituntur. Sed nunquam in eam altitudinem maris creuit æſtus,vt de fuga oppidanis foret cogitandū. Quare Burgundi deſperata expugnatione ad prædam conuerſi infeſtiſſima populatione Caletorum Ghuinetorumq; agris peruaſtatis, nec incendiis abſtinentes, in Picardiam redita Anglis talione reuertuntur. Interea Brugenſes evulgatis pacis conditionibus, portis omnibus occluſis,è duobus ac quadraginta ſeditionis auctoribus,vndecim repertos, medio ante hallas foro,gladio interficiunt,corpora rotę,capita pilis infixa in campo puniendis facinoroſis deputato ſtatuunt,ac inter hos Arnoldum Betſium, ſigniferum Orſcampiorum,capiti corona roſea impoſito,quo modo eum ſeditioſi coronarant, quod primus Franconatium explicato vexillo cum popularibus in vrbem veniſſet, deſertoque antiquo Magiſtratu ſe ſuoſq; in Brugenſium clientelam dediſſet. Cæteri Franconatium pagi,qui ſtulta leuitate Brugenſium admiſerant imperium, pacem centum millibus aureorum equitum redimere coguntur,quod tributum complures ditiſſimos ruſticos ad pauperratem redegit, vindicante eo hac ratione Caletanam ab hac parte ſeceſſionem. Erant enim inter 42. proſcriptos nominati præcipui eius ſeceſſionis auctores. Poſthæc bonus Oſterlingos Brugenſibus conciliat. Deferere enim vrbem volebant,quod multi ſuæ nationis à factione Brugenſi, Sluzæ eſſent impunè interfecti. Menſe Iunio Cameracum venit, Catharina Caroli ſeptimi Francorum Regis filia,decem annorum virgo,deſponſata Carolo Charloo Boni filio,ſed quæ poſt paucos menſes obiit. Initio anni 1439. Burgundus inter- 1439.
poſita auctoritate ſua, Louanienſes, Bruxellenſes ac Mechliniēſes inuicem conciliat, qui ciuile bellum ob friuolas rei frumentariæ cauſas (cuius tum temporis magna vbique erat inopia) inter ſe geſſerant, ſimilibuſq; fermè negotiis fuit occupatus diuerſis in locis anno 1440. 1441. 1442. prudentia ac auctoritate innumerabilia ſopiens ciuitatum diſſidia, è quibus aliquot funeſta erupiſſent bella. Menſe Martio eius opera, legati Francorum,

Anglo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anglorumq; in finibus Greuelingorum, frustra de pace agentes conuenerant. Mense Aprili disceptatio primum, deinde inimicitiæ inter Bonum ac Ioannem Lutzenburgium oriuntur, quod nunquam paci Atrebatensi subscribere voluisset, sed Anglorum semper partes (quemadmodum ad vltimum vsque fecit spiritum) secutus, enixè adhuc foueret. Rogatus tamen ab omnibus aurei Velleris Proceribus, excusationes Lutzenburgij quaslescunque admittit. Mense Iulio denuò Francorum Anglorumq; legati, pacis causa conuenium, & quanquam Bonus ad rem componendam nullum non moueret lapidem, nil tamen est effectum. Hollandi ac Zelandi hoc anno cum Osterlingis parua de causa belsabant, sæpeque inter se mari acriter conflixerant, nauesq; mercatorum diripuerant, Osterlingorum tamen præcipuo cum detrimento. Dominus enim Veranus, piratis omnibus qui mereri volebant, Hollandis Zelandisq; coniunctis, non soltim Osterlingos, sed Francos, Anglos, Scotos, Hispanos, Flandros, sine discrimine inuadebat. Nacti enim pi-
1440. ratæ tutos portus nemini parcebant; Hollandi verò ac Zelandi per causam belli, cum his piraticam exercebant. Anno 1440. coniurarant plerique Francorum Proceres cum Delphino Lodouico cõtra Regem Carolum, quem in ordinem redigere, ac filio regni administrationem tradere cupiebant, petierantq; per literas à Bono, vt se Delphino iungeret. Sed is facinus detestatus, eos ab impio proposito, rationibus interposita auctoritate absterruit, admonens iurisiurandi, Regi Carolo præstiti, ac ne temere adolescentem filium contra patrem, magna cum calamitate miseræ plebis, ac incomparabili Anglorum gaudio irritarent. Pudore igitur rationi locum dante, proposito destitere, & quanquam sperassent, non emanaturam coniurationem, resciuit tamen Rex Carolus, iustamque de rebellibus pœnam sumpturus erat, nisi per legatos à Burgundo exoratus, admisso in conspectum Delphino, cæteris q; conspiratoribus, veniam in genua prouolutis dedisset. Mense Nouembri liberat Bonus Carolum Aurelianorum Ducem Anglica captiuitate, persolutis propria è pecunia pro eius redemptione, ducentis aureorum liliorum millibus, fratre tamen Aureliani Ioanne Engelumensium Comite, in carcere manente. Fuerat Carolus Aurelianus cum fratre Ioanne ab Anglis prælio Azincurtiano captus, cuius eo tempore annus vigesimus quintus agebatur, quo tempore semper in Anglia fuerat detentus, sperabantque omnium ordinum homines, veteres Burgundionum, Aurelianorumque inimicitias hac Burgundi beneficentia desituras, quemadmodum euenit, ad vitam tamen tantum horum duorum Principum. Cùm Carolus Aurelianus Caleto Grauelingam, indeq; ad Fanum Odomari peruenisset, vxorem ducit Mariam filiam Adolphi, primi Cliuiæ Ducis, ac Mariæ Burgundæ sororis Boni. Nuptiis sumptu Burgundi magnificè finitis, iurat Aurelianus in conditiones pacis Atrebatensis, ac deinde nouum singulareque fœdus, clam inter se fanciunt, supplenteq; Bono ad Fanũ Odomari, Equitum Aurei Velleris numerum, Carolus quoque Aurelianus in ordinem est ascitus, quam ob causam in Franciam reuersus, non eo vultu à Rege Regnique proceribus quam sperauerat est receptus. A Fano Odomari Duces Brugas contendunt, vbique appropinquantes, ordines omnium hominum, allatis portarum clauibus, inermes obuiam procedunt, vtque in conspectum est peruentum, prouoluti in genua, magnis vocibus pacem veniamq; præteritorum orant. Bonus ab Aurelian o rogatus clara voce dare se pacem veniamq; nuntiat, surgereq; omnes iubet. Parent, lætisq; acclamationibus felicem ducibus aduentum gratulantur, nudisq; capitibus præcedentes in vrbem deducunt, ac magnis muneribus obeuntes prosequuntur. Brugis Duces Gandauum petunt, indeque post festos aliquot dies, Aurelianus valedicens Bono, circiter Idus Decembres Tornacum, deinde Valencenas, indeq; in Franciam peruenit, veteri ira odioq; vigintiquinque annorum captiuitate concocto, recentiq; humanitate Boni, ac incomparabili liberalitate pulso, planè ex animo victus, non equitum Burgundionum peditumque instructa acie, sed armis quibus pauci Principes Regesq;, quantumuis cæteris exercitatissimi, rebus prosperis vti dicerunt, aut valuerunt, nimirum magnanimitate planè heroïca, ac liberalitate diuina, erga hostem vsus capitalem, quem parno sumptu ac labore, è medio tollere potuisset, vnde sibi ex infestissimo hoste, firmissimum fecit amicum, vereq; regis, ac magno Principe dignis artibus, ex animo sæuissimi hostis sublato odio, vindictæ cupiditate, ac transuersis affectibus, amori, mansuetudini, rationique locum fecit, veritatemque Apostolicę,

suo

suo exẽplo cõprobauit sentẽtię dicẽtis: Benefacite his qui vos inimico animo prosequuntur, ac odio habent, & coaceruabitis carbones igneos in capita eorum. O terque, quaterque fœlicissime Princeps Philippe, hoc tantum facto Boni cognomen meritus, ac præstantissimorum scriptorum calamis, æternitati aureis literis consectandus, adeptus quod multi diuinæ originis indolisq; Principes ad cumulum honorum triumphorumq; suorum iungere optarunt, nec datum est. Qui petuere, insulsi fatuiq; palati homines, quàm suauis hic fructus foret, gustare noluerunt. Verùm quod ipsum fœlicitatis tuæ fastigium superat, fœlix qui generosi animi tui magnificẽtiam, in hominem gratum effudisti. Hæc enim sola virtus, immensa, ac incredibilia Iulij Cæsaris vitia obscurauit, decantaturque in hunc vsque diem præclara eius vox, excepta cum Catonem Vticensem, propria manu cecidisse intellexisset: O Cato (inquit) hanc solam mihi gloriam, vt tibi parcerem inuidisti? Reperta est hoc anno in Germania ars qua plumbeis literis descripti libri, prælo deinde breui tempore multa exemplaria excuduntur, Græca voce artem Typographicam vocantes. Sed quo auctore, aut quo in loco, primi sint excusi (Moguntiacis sibi laudem vẽdicantibus) non satis inter scriptores liquet. Anno 1441. animaduertens Bonus Franciæ 1441.
proceres à se indies magis magisq; alienari, ac nisi metus ne se denuò Anglis coniungeret obstaret, Atrebatensem pacem violaturos, insto stipatus præsidio in Burgundiam, indeq; Neuersium proficiscitur, ac cum Carolo Aureliano aliquandiu secrete communicans, legatos ad Regem Carolum mittit, petitum vt conditionibus pace Atrebatensi conceptis satisfaciat. Rex præteriti temporis difficultatem causatus, satisfacturum se pollicetur. Durabat adhuc inter Osterlingos, Hollandosque bellum, interceperantq; Hollandi hoc anno plærasq; eorum naues, sale ac aliis mercibus onustas, captos verò homines sine pretio dumiserant, qua de causa paulò pòst duodecim annorum induciæ, ac deinde firma stabilisque est subsecuta pax. Sed ne ea Hollandi læta fruerẽtur, veteres Cabbeliauorum, Hucciorumque factiones denuò repullulascentes efficere. Cabbeliau piscem Asellum maiorem Hollandi vocant, eaque voce Burgundicam factionem significabant, quod vt ille minores Asellos deuorat, ita hi aduersarios essent profligaturi: Houc iidem Hamum quo Asellus, similesq; capiuntur pisces, sua lingua appellant, quod sibi nomen Bauarica factio sumpserat, significans sese Asellum quamuis voracem, hamo tamen capturos. Sumpserant hæ factiones apud Hollandos initium circiter annum 1350. quo tempore moriente Guilielmo quarto Hollandorum Comite sine liberis, soror eius Margareta, nupta Imperatori Lodouico Bauaro successit. Sed cum nobiles aliquot ac ciuitates mulierem imperium pertæsæ filium eius natu maximum Guilielmum quintum Comitem legissent, orto inter eum ac matrem Margaretam dissidio, vniuersa Hollandia in duas partes est scissa. Qui cum matre faciebant, Houe appellari gaudebant, qui cum filio, Cabbeliaus, sæuiebantque inter se crudelissimè, ad tempora vsque Alberti Bauari Hollandiæ Comitis, cuius virtutem, ac potentiam veriti virus occultarunt, donec rerum potita Iacoba, eius ex filio nepte, ad insaniam redirẽt, rursumque repressi à Philippo Bono, quieuere vsq; ad mortẽ Caroli Pugnacis, tũ enim acerrimè resurgẽtes, ægrè tandẽ à Maximiliano sunt repressi, ac tandẽ aliquando, à filio eius Philippo Belgarum Principe omnino sublati. Et quanquam post mortem Iacobæ, nemo è familia Bauarica, Hollandiam sibi iure deberi allegare posset, factio tamen Hucciorum destituta duce, quiescere odio aduersariorum non potuit, sed Hollandos Zelandosq; iis assuouit calamitatibus, vt de similibus eorum Annales vix mentionem faciant. Nullum enim oppidum, nullus pagus, villa, insulaq; nulla erat, in qua non quotidie insanientium inter se, diuersæ seuirent manus, tanta sanguinis auiditate, in mutuam ruentes perniciem, vt nec vicinus vicino, nec socer genero, nec consanguinei affinibus, nec amicus familiari parceret, secederentque liberi à parentibus, aut hi à liberis, vir ab vxore, aut illa à marito, communes liberos in suam vterq; partem bonis malisq; artibus trahere conantes, donec domesticis fessi dissidiis pugnisque, in publicum cum armis ruerent, inuicemq; iugularent, pellerent, deprædarentur, incendiis, omniq; calamitatis genere in corpora vtrinque bonaque sæuirent, cogerenturque multis in oppidis Sacerdotes sacris induti vestibus, ac religionis Christianæ Sacramentis ex aditis in publicum prolatis, sese medios inter infestas obiicere cuspides, quo eiusdem oppidi ciues, cognatos ac affines à mutua cæde, reuerentia Sacramentalis numinis auer-

terent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

terent,quod aliquot locis non ſine vitæ periculo,ac fermè religionis violatione, poſt inconditos reiterantium ſæpè clamores (abite,abite) diuina proculdubio ope, ægrè eſt impetratum. Guilielmus Lalanus Hollandiæ Zelandiæque Gubernator 1442. tollere aliquoties eſt conatus. Bonus in Burgundia præſidiis diſponendis initio anni 1442. erat intentus. A pace enim Atrebatenſi Petrus quidam Reginaldus, inſtinctu hoſtium Burgundicæ familiæ,coactis veteranis qui pacem oderant, imprimis Burgundi ditiones, nonnunquam & Francos occupato apud Bauuaſios caſtello Milliaco, erat depopulatus, vocabanturq; à vulgo ab infami militia hi veterani (vt ita dicam) Excoriatores. Verùm à Rege hoſtes nominati, Bonus Eſtampij Comitem mille ducentis equitibus, ac tribus peditum millibus inſtructum, Milliacum mittit,qui Petro Reginaldo eiuſque militibus vita boniſque conceſſis, arce potitur, magnaque Burgundionum Picardorumq; lætitia, ſolo æquari iubet. Menſe Nouembri Fredericus Auſtriacus, electus Romanorum Rex, poſteaquam Aquiſgrani corona argentea eſſet redimitus, per Burgundiam in Auſtriam reuertens à Bono magno cum honore decem diebus Beſontij vario lætitiæ genere eſt excultus,magniſque muneribus ornatus,cedens omni iure quod Imperij nomine in Hollã- 1443. diam, Zelandiam, Friſiam,ac Brabãtiam habebat. Menſe Aprili anni 1443. Digeonum venit Eliſabetha,patrui ſui Antonij Brabantiæ Ducis vidua. Filia erat Ioannis Maregrauij Brandeburgẽſis, Ducis Gorlitzij ac Lutitzij apud Bohemos, qui frater erat Imperatorũ, Vuenceſlai ac Sigiſmundi, Bohemiæ Regum Lutzenburgiq; Ducum, qui Imperator Vuenceſlaus huic Eliſabethæ in dotem dederat Ducatum Lutzenburgenſem cum Comitatu Chiniaco,ceſſeratq; Duci Antonio actione,quam in Brabantiam Vuenceſlai Ducis Brabantiæ cauſa allegabat. Et cùm dictæ Elizabethæ fecunditatis annos tranſgreſſæ, liberi non eſſent,Bono Lutzenburgum,ac quæ apud Belgas poſſidebat, ſeruato ad vitam vſufructu vendiderat. Lutzenburgenſes verò à Brunſvuicano Saxonicæ familiæ perſuaſi Duce, quanquam venditionem ratam habuiſſent, Eliſabetham quod reuocare ſententiam,pactumq; reſcindere nollet, ditione pepulerant, eaque auxilij cauſa Digeonum venerat. Guilielmus verò Brunſvuici tum temporis Dux,hac de cauſa ius in ditionem Lutzenburgenſem ſibi eſſe dicebat. Ioannes Lutzenburgenſium Comes,cognomine Cæcus nuptijs vxoris Iſabellæ Bohemiæ Rex, ex ea procreauit Bonam vxorem Ioannis Valeſij Francorum Regis primi huius nominis,ac Carolum Bohemorum Regem,Lutzenburgij Comitem,ac Rom. Imperatorem huius nominis quartum,qui vita defunctus,reliquit ex vxore Vuenceſlaum Bohemorum Regem Lutzenburgij Ducem, ac Rom. quoque Imp. hominem nihili malæque frugis, qui liberis non genitis, obiit. Ioannem Maregrauium Brandeburgenſem,Ducem Gorlitzij ac Lutitzij, cuius vnicam filam Eliſabetham,de qua agimus, Vuenceſlaus Imperator ac patruus matrimonio collocauit Anthonio Burgundo Brabantorum Duci, Ioanna priore eius vxore mortua,dotis nomine pollicitus centum viginti aureorum florenorum millia,ac donec ea perſoluiſſet, Ducatum Lutzenburgenſem pignori relinquens. Sigiſmundus Imperatoris Caroli quarti quoq; filius ex vxore vnicam etiam reliquit filiam nomine Eliſabetham, Alberto Auſtriæ Duci nuptam,qui per has nuptias Rex Bohemiæ eſt factus,ac paulo poſt Imperator,moriens anno 1439. relinquens filias duas,ac filium qui cœlebs anno 1457. obiit. Anna filiarum natu maior nupſit Guilielmo Brunſvuicenſium Duci, qui vxoris cauſa poſſeſſionem ditionis Lutzenburgenſis (vt paulo ante dixi) petebat. Sed quoniam neque Imp. Vuenceſlaus, neque Dux ac poſt Imp. Sigiſmundus, nec ipſe Duci Antonio prædicta centum viginti millia aureorum florenorum, ab Imp. Vuenceſlao Eliſabethæ dotis nomine promiſſorum, vnquam perſoluiſſet, vendidiſſetq; inſuper Imp. Sigiſmondus Duci Anthonio ius Lutzẽburgium, Brunſvuici actio interierat, quod cum is poſtea (infœliciter arma expertus) eiuſq; filius didiciſſent, mediocri pecuniæ contenti ſumma, Bono actionem iterum vendiderant. Altera Imp. Alberti Auſtriaci filia, nomine quoque Elizabetha, nupſit Caſimiro Polonorum Regi, qui ad onem quam in ditionem Lutzenburgenſem allegare poterat, vendidit Carolo Pugnaci Burgundiæ Duci. Patent hæc clarius in Lutzenburgica Genealog. Atqui hac ratione Lutzenburgum, cæteris Belgarum Prouinciis, Burgundiæ Ducum induſtria, virtuteq; fuit iunctum. Lutzenburgij igitur qui contra Elizabetham coniurarant, acceptis à Guilielmo Brunſvuici Duce octingentis equitibus, aduerſæ factionis prouinciales vexabant.

bant. Miſerat Elizabetha petitũ auxiliũ ad Imp. ac pleroſq; Imperij Principes. Sed cum maior pars Brũſvuicano affinitatis aut cõſanguinitatis cauſa faueret, nil præter vana obtinuerat promiſſa. At Bonus nõ tam in Amitam Elizabethã,quã ſe eius legitimũ hæredẽ, coniurari iudicans,armis ius defendere ſtatuit,eo magis quod Imp. Vuenceſlaus pecuniæ ſemper indigus,cùm (quod ad Elizabethæ dotem attinet) ſoluendo non fuiſſet,cum patruo Anthonio pepigerat, ſi nulli ex ſe ac Elizabetha creati forent liberi, ducatus tum Lutzenburgenſis hæreditatem adirent proximi ſui,non Eliſabethæ hæredes, renunciaratq; hanc ob cauſam Antonius Burgundus,non ſolùm ſummæ centum viginti millium aureorum florenorum, dotis ſibi cauſa promiſſorum, ſed inſuper Vuenceſlao numerarat centum millia Bremenſium florenorum, excepta pecunia quam dicta Eliſabetha à Bono hac quoque de cauſa acceperat. Legatos igitur Burgundus, Lutzenburgum, ac ad oppidum Villa Theodonis (Dietenhouam appellant) mittit, iuſſum Principi ſuæ Eliſabethæ pareant,niſi ſe eius legitimum hæredem,iuſtis viribus auxilio ei venire malint. Cum verbis peruicaces animos nil moueri intellexiſſet,Comiti Eſtampio perſcribit quàm poſſit maximas Arteſiorum Picardorumque equitum manus cogat. Præmittit in agrum Lutzenburgenſem Simonem Lalanum cum quadringentis equitibus,qui Comiti Vuarneburgio, Saluccio, Torrio ac pleriſque alijs qui Eliſabethæ parebant coniunctus, hoſtes fatigat,paulo; poſt Bonus iuſto cum exercitu ſubſecutus, Iuoiam, Lalanus verò Harlonium obſidet,cæteri Villacium expugnant,vnde Iacobus Bellemontius immani animo prædas agebat. Dũ Bonus Iuoiã premit, Cornelius nothorũ eius filiorũ natu maximus iũctus Comiti Eſtampio Lutzenburgum Ducatus vrbem primariam, obſcura nocte occupat,tanto cum ſilentio ſcalis milites in vrbem tranſcendentes, vt paucis interfectis, ciues ferme omnes per aduerſam portam Villam Theodonis fugerent, Saxonicumq; præſidiũ tumultus cauſam non intelligeret,quam circa forum Gallica lingua vrbem captam clamari audiuiſſet,quare nullo accepto detrimento,facilè cum Præfecto Comite Cliccano in arcem fugit. Bonus Lutzenburgum veniens,ac ciues omnes relictis fortunis,fugiſſe cõſpiciens, militi pro re bene geſta,vrbem in prædam concedit, deinde arcem circumuallat. Cliccius quod auxilium Brunſvuico non ſubmitteretur, obſcura nocte duobus tantùm comitantibus inſciis præſidiaris Villam Theodonis contendit, poſteaquam tribus hebdomadibus expectato fruſtra auxilio,fortiter obſidionem pertuliſſet, ac quotidianis eruptionibus non paucos interfeciſſet. Octauo die poſt Cliccij diſceſſum præſidiarij vitam pacti arce exeunt, virgulam albam in gratiæ ſignificationem ſinguli manu prætẽdentes,ac Villam Theodonis ex pacto deducti. Cornelius Burgundus Villam Theodonis cũ equitatu profectus,oppidum arcte obſidet. Cliccius in Saxoniam de auxilio mittẽdo ſcribit. Sed quod Dux Guilielmus hiſce diebus relicto filio puero nomine Guilielmo diem obiiſſet,tutores ex Ordinum conſilio,cum Bono pacem (potentiam,fortunamq; eius veriti) faciunt, vendita Ducis pupilli actione ducentis quinquaginta millibus daleris, ex quo tempore Burgundiæ Duces,eorumq; ſucceſſores abſolutam Lutzenburgicæ ditionis poſſeſſionem ſunt nacti. Præficit regioni Bonus filium Cornelium iuſto cum præſidio, Eliſabethæ redituum vſufructu,collationeq; honorum ac publicorum munerum relicta, vt tamen pro huius belli ſumptu, ſingulis ſibi annis ſex aureorum millia ſolueret pactus, indeq; per Namurcenſes Bruxellam ad vxorem filiumq; Carolum contendit. Circa Idus Aprilis anni 1444. fermè bellum inter Bonum ac Lodouicum Delphinum oritur. Profi- 1444.
ciſcente enim Delphino ad patrem Carolum cum non contemnenda equitum manu ex Aquitania in Turonenſes,aliquot eius equitum turmæ eo cõniuente in Burgundiam excurſionem fecere,vexatiſque agreſtibus prædam reuertentes præ ſe agebant. Sed in itinere à Baumontij Regulo Burgundiæ Marſcalco prœlio victi præda exuuntur, cadentibus ſupra ſeptingentis Delphinatibus,ac pluſquam centum captis,de quibus latronum more publicas vias infeſtantium,ſupplicium eſt ſumptum. Qua de cauſa Delphinus ira percitus,iurat indignam ſuorũ ſe necem vlturum: Bonus ſe ſuis non defuturum,bellumq; veteri reſuſcitato odio ſuperiori calamitoſius,homines metuebãt. Sed Delphinus à ſenioribus admonitus,ne denuò potentiſſimum feliciſſimumque Principem Anglis cõiunctum contra Francos irritaret,quos tanta cum moleſtia ſeparaſſent,ira deuorata cõſilio eorum coactus, paret. Poſthęc denuò Turonũ cõueniunt legati Francorũ, Anglorum ac Burgun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dionum, cumq; pacem facere non possent, inducias in viginti menses pangunt, quo tempore sæpius à Burgundo pax frustra est tentata. Mense Nouembri Isabella Boni vxor in Hollandiam proficiscitur, tollendis Cabbeliauorum ac Hucciorum factionibus, qui omnibus iusti belli calamitatibus, prouinciam vexabant. Sed quod imbelli comitatu aduenisset, à factiosis est contempta. Præfecto igitur Hollādis in locum nō ita pridem defuncti
1445. Guilielmi Lalani, Gossino Vuildæo, ad maritum reuertitur. Mense Ianuario anni 1445.
1446. variorum Regum, Ducum, Principumque legati, in Angliam de pace acturi apellunt. Sed cum partes componere non possent, inducias ad mensem vsque Aprilem anni
1447. 1447. prolongant. Huius anni æstate Turcarum Rex Insulam Rhodum oppugnat, quibus Bonus truemes tres egregie armatas ductu nobilis Lusitani auxilio mittit, accedenteq; cæterorum Principum Christianorum auxilio, Turca re infecta decedere Insula est coactus. Paulò post Prouinciale Flandrorum Consilium Gandauo Teneramundam, indeque Iperas transtulit, Hollandis interea ob factiones crudeliter inter se ineuntibus. Amsterodami enim inter se congressi Cabbeliani oppido pelluntur. Leidis via larga ad pugnam instructi, missilibus, ballist sq; Huccij ad cœmeterium vsq; D. Pancratij aguntur, ibique incursu Sacerdotum, Christiana sacra manutenentium, ac ne concurrerent enixe supplicantium, tandem reuerentia numinis pulsa animis ira, domum dilabuntur, cædemq; furiæ per omnia Hollandorum oppida, nulla de causa hominum mentes agirabant, quod Iacoba sine liberis extincta, Bonus ab ea hæres foret institutus, qui paulò post in Hollandiam veniens, ac capita aliquot seditionis e medio tollēs, aut pecunia multatos in ordinem redigens, calamitati inducias dedit. Vuildæus Hollandiæ Gubernator, ac Præfectus Medenblikius (Drossardum vocant) se metuo de non contemnendis criminibus accusarant. Quare Louesteni in carcerem missi, post sextum captiuitatis mensem Vuildæo ceruix absciditur, Medenblikio antiquus restituitur locus, manstitque Burgundus per biennium in Hollandia, nec tamen omnino factiones tollere potuit. Luerant Brugenses, Caletanam discessionem, quærebatque Bonus occasionem vlciscendi Gandenses, certus Brugenses quàm infirmi bello forent expertos, amplius non rebellaturos. Excogitat igitur nouum perpetuumque vectigal, quod vniuersæ Flandriæ pro discessio-
1448. nis satisfactione mense Martio anni 1448. imperat, bello qui recusarent, coacturus. Petebat autem nouem stuferos in singulos salis saccos (mensuræ Flandricæ genus est) expectabantque minora oppida, quid vrbes essent responsuræ. Brugenses recentis vulneris sui cicatricem vix obductam conspicientes silebant, idem faciebant Iperenses. Gandenses vero ægrè ferentes se inconsulto Flandriæ Comitem vectigalia imperare noua, primi pla-
1449. nè collationem abnuunt. Bonus ad Cal. vsque Sept. anni 1449. silet, tū occupata Audenarda, Teneramunda, Gavera, ac Ripelmonda, iustisque præsidiis munita, vltra vectigal sali impositum, aliud siligini, ac tritico indicit: cumq; Gandenses nil se collaturos affirmassent, qui publico fungebantur munere, potestate priuat, proposito per vniuersam Flandriam edicto, ne quis vlla in re Gandensis populi iussis pareat. Flandrorum ordines ciuile bellum veriti Gandauum proficiscuntur, consensuque vtriusque partis, immunitatum Gandensium vetera diplomata, vt secundum ea rem componant, inspiciunt. Quinque
1450. fermè mensibus elapsis mense Martio anno 1450. pronuntiant, Flandriæ Comitem pro arbitrio Gandaui magistratu mouere, ac in eum quem veller, legere posse. Stant ordinum sententiæ Gandenses ad mensem vsque Augustum, tum concitati à Petro Tinctio, Lodouico Hamero, Ægidio Colblatto, ac Leuino Vuinccio hominibus infimæ sortis, vrbe pellunt omnes quos Principi fauere opinabantur, exteriſque in vrbem admissis, ius ciuitatis donant. At ille quo æquiore causa bellum auspicaretur cōmuebat, conquerēs tantum apud Flandriæ Ordines, sine suo consensu Gandenses vrbis immunitates exteris, pulsis amicis suis communicasse, ac proinde in vincula sibi tradi postulabat Danielem Serstandrum summum opificum Præfectum, Leuinum Potterum, ac Liuinum Sneuotium. Renuunt primo Gandenses, donec à nobilibus, Ducem eis gratiam sua deprecatione facturum pollicentibus, persuasi consentiunt. Proficiscuntur igitur mense Maio
1451. anni 1451. dicti tres Teneramundam, Bonoq; ad genua prouoluti, veniam submisse orārt. Sed is contempta nobilium promissione, Flandria eos exulare iubet, quæ res adeo populum contra nobiles (quos malo animo promisisse existimabat) irritauit, vt captos eodem momento

momento octodecim viros nobiles capite puniissent, nisi vnanimi bonorum virorum intercessione moti, factum distulissent. Fugiunt exinde vrbe, nobiles, ignobileſque omnes Principi fauentes, quibus ad certum diem iudicio se sistere iussis, cum non paruissent, duodecim annis Gandauo exulare iubent, ditioribus omnibus pecunia insuper multatis, paulòque post factorum pœnitentia ducti, in gratiam principis capite plectunt Petrum Tinctium, ac Lodouicum Hamerum seditionis auctores, cumque tribus hebdomadibus iustitium in vrbe fuisset, lectis nouis Senatoribus domum reuertuntur, mensēque Nouembri legatos ad Bonum mittentes, rogant vt electionem sua authoritate confirmet, pacemq; populo Gandensi donet. Sed cum nil pacati retulissent, cum armis iterum ad forum Veneris prouolantes, belli Tribunos creant, Ioannem Heuerslagium, Præfectum Albatorum denuò resuscitatorum, Ioannem Villasium, Leuinum Bonæū, ac Euerardum Botelarum, qui belli fundamentum, exacerbato Principis animo iacturi, octo nobilibus viris ex octodecim prædictis, in publico ceruices abscindi iubent, nono (cui nomen erat Balduinus Vossius vir ordinis Equestris) tormentis subiecto omnia fermè membra loco mouēt, adeò vt mensæ impositus ad carcerem reportaretur. Scripsēre literas Gandauum de innocentis viri liberatione Comes Estampius ac Antistes Leodiensis, ipseque sex aureorum liliorum millia, frustra offerebat. Adhæc alios quinquaginta nobiles in exilium agunt, emittuntq; ad Leodienses fœderis faciendi causa legatos, sed qui retulere, eos fœdus cum Bono ictum violare nolle, Gandenseſq;, si saperēt, recordari debere, bellis omnibus auxilium sibi fuisse denegatum, quæ Leodienses cum Burgundis gessissent, testantes non meliore eos fortuna cum Burgundo certaturos, quàm ipsi fecissent: proinde se suadere petita venia cum Principe in gratiam redeāt, seque ea de causa ad eos Antistitem suum, cum vtriusque ordinis viris nobilibus legatos mittere. Præfecti Gandensium pacem se cupere simulātes, indicta prius per vniuersam vrbem ad Deum precatione (processionem generalem vocant) legatos cum cæteris Flandriæ Ordinibus, ac Leodiēsium legatis Bruxellam ad Bonum mittāt, eoq; pij vereque boni Principis animum precibus adduxerāt, vt negotio ad Consiliarios reiecto, eorum sese sententiæ staturum promitteret. Sed Gandensium duces pacem potentiæ suæ finem adferre censentes; dum Consiliarij de ea tractant, emissis Albaris Gaueram (Præfecto nil hostile timente, sed die Veneris qui in Iesu Christi, à Iudæis cruce affixi memoriam, à Christianis sacer habetur, sacris intento) paulòque post arcem Pucceanam, ac Estandebergam occupant. Bonus dimissis legatis, pacis cogitationes abiicit, ac vt petulantis populi contumacem insolentiam refrenet, se parat. Gandenses veterem bellicæ virtutis opinionem tutaturi, hominibus turbulentis ac inquietis, rapto viuere quærentibus, vrbis administratione tradita, pulchrè Democratię siq; consultum arbitrabantur. Deinde suis, ac confœderatorum coactis copiis mense Aprili anno 1452. Audenardam frustra dolo occupare conati, obsidione cingunt. Præerat oppi- 1452.
do Simon Lalanus, præsidio quadringentorum ac quinquaginta equitum, qui rusticos à Gandensibus ita instructos, cum armis admittere noluerat, nec bigas in oppidum onustas agi, sed ante portam exoneratas, quæ volebant intro vænum inermes portare permittebat. Dolo igitur non succedente, Gandaui, petito auxilio, ciuitatem obsidebant, crumpētemque aliquoties strenuè Lalanum intro egerant, ac exustis suburbiis, munire oppidum coēgerant. Interea Vualterus Leenknehtius non contemnenda Gandēsium stipatus manu, ex arce Sottegemia, cui præerat, Gersbergam occupat, fugientibus ditioribus ad oppidum Anghianum, vbi rum Bonus exercitum cogebat. Sed cum parte præsidij, Gādauum quo copias augerer, ac tormenta bellica adduceret profectus, eodem post meridiem die Ioannes Crouiacus quingentis cinctus peditibus, in conspectum oppidi venit. Erumpunt statim Gandenses, fit pugna acris, tandem victi, desideratis centum quinquaginta viris, fugam capiunt, potiturq; Crouiacus oppido, militique dat diripiendum, ditioribus ciuibus in captiuitatem abductis. Postero die reuertitur cum Gandensibus Lenknehtius speransque Crouiacum prædæ intentum, opprimi posse. Sed discessisse reperiens, direptis reliquiis oppido discedens, ignem iniicit. Atque ita intra biduum miserum oppidum ter capeam, direptumq; postremo conflagrauit. Audenarda interim tam arctè obsidebatur, vt nec ingredi, nec egredi quisquam posset, quod Gandēsium castra à plebe Flandrica (quæ eis fauebat) indies augerentur. Apud lateritium pontem Audenardani agrestes quo Scal-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dis transitum (qui oppidum præterlabitur) Burgundis eriperent, cõsederant. Sed Estampius octingentis cinctus equitibus, quingentos infra pontem passus amnem transmittit, ac agrestes à tergo inopinantes aggressus, multis cadentibus, in fugam agit. Ducenti in templum proximi pagi fuga perlati, cum fano cremantur. Hinc Lanoi conuerso itinere, paucos qui obsidionis situm speculentur, mittit. Abunde edoctus, auctisque ad octo hominum millia copiis, in oppidum perrumpere, aut cum Gandensibus confligere, tribus instructis aciebus statuit. Primam ducebat Antonius secundo natu Boni filius nothus, quem maxima nobilium pars sequebatur: secundæ præerat ipse Estampius: tertiæ Iacobus Lalanus, ac Miramontij Regulus, ducebátque pedites ballistarios, quorum dimidiam partem Saueusio attributam ad cornua primæ aciei collocat. Gandensium Præfecti viso hoste non sibi desunt, sed instructa acie obuiam proficiscentes mittunt, qui è castris vltra Scaldim ciuitatem obsidentibus auxilia perterent, quos Lalanus aduentare conspiciens, trecentis tantùm equitibus è sua acie sequi iussis, tanta vi eos inuadit, vt perrumpenti aperta acie locum facere, non paucis desideratis ac vulneratis cogerentur: quod cum è disciplina reflexis equis iterum facere conaretur, clausa acie ea constantia excipitur, vt nisi eodem momento ducenti Atrebatensium ballistarij auxilio missi aduenissent, insignem accepturus fuerit cladem. A tergo igitur ac fronte Gandenses pugnare coacti, cadentibus promptissimis, cæteri in fugam aguntur. Pugnabat adhuc dubio Marte Estampius, quod equites sin hostium ordines ferro rigentes perrumpere primo impetu non potuissent. Quare adductis in fronte omnibus ballistariis, interfectisque aut vulneratis strenuissimis, equitibus vt in hostem equos libero cursu admittant hortatur. Nec mora, vim horum vltra non ferentes, dissipatis ordinibus in fugam conuertuntur, caduntque aut in Scalde demerguntur circiter tria Gandensium millia: quod conspicati qui ab altera fluminis ripa in obsidione erant relicti, desertis tormentis impedimentisque, Gandauum iter arripiunt. Pons quem trans Scaldim Gandenses fecerant, è leui erat factus materia, quo auxilij causa, hinc inde miles tuto commeare posset. Quod si equitatum Burgũdicum ferre potuisset, plures occubuissent. Bonus de victoria Estampij, ac fuga Gandẽsium certior, tribus equitum assumptis millibus, hostibus instructa acie tardè proficiscentibus instat, sequebatur eum filius Carolus Lodouicus Lutzenburgius Fani D. Pauli Comes, fraterque eius Iacobus, Ioannes Crouiacus, Adolfus Rauastainus Cliuiæ Ducis frater, Ioannes Cimbrius Lusitanus, Cornelius nothorum filiorum natu maximus, expectabatq; plures è Burgundia, Lutzenburgo ac Namurco equites. Ioannes Rubenpræus leui cum armatura prope Morbecam hostes assecutus, per ballistarios equites iter moratur, seruant tamen proficiscentes ordinem, donec Boni acies procul cõspecta, excitato timore arma eos abiicere, ac incitatissimo cursu vrbem nullo ordine petere cogit. Insequũtur Burgundi ad vrbis vsque pomeria, caduntque plurimi prope Xenodochium D. Lazaro sacrum, occultatiq; vicinis in ædibus, ac conquisiti sine commiseratione ad vnum omnes interficiuntur, orturq; in vrbe tumultus ingẽs, sonũ edente Rolando (nomẽ est ingentis æneiq; semiuasis in pyramidem desinentis, quod quoniam ex ære Campano, primum Nolani apud Italos fudisse dicũtur, attaui tritauiq;, Nolas, cæteri Campanas, quod Nola Campaniæ oppidum sit, vocauêre) qui agitari non solet, præterquam cùm populus magnæ rei aut necessitatis causa, est conuocandus. Omnes qui per ætatem arma ferre poterant, ad mœnia portasq; concurrunt: Bonus aliquádiu in acie stans nemine cõtra exeunte, exercitũ Gaueram ducit, cumq; ad deditionem præsidiarios inducere nõ posset, caq; sine tormẽtis capi nequiret, Gersbergam, indeque Audenardam reuertitur, nobiles verò quotidie ad portas vsque Gandenses excurrunt, minora aliquot castella expugnant, ac inter cætera domum Balduini Rimij, in cuius oppugnatione Miramontij regulus occubuit. Sed Gandensibus magna cum multitudine erumpentibus, Audenardam nobiles ad Bonum reuertuntur, qui circa Cal. Iunij Teneramundam profectus, exercitum proximis in oppidis, longo obsidionis genere vrbem fatigaturus, distribuit. Comes Fani D. Pauli, ac Chimaij regulus Alostum concedunt, Estampius Audenardam, Marscalcus Burgundiæ (qui paulò antè sex equitum millia adduxerat) Corttacum. Teneramundæ põtem è vasis assedensi munitum castellum, præsidij causa addiderant, custodia eius Teruantij, ac Huverij regulis

rij regulis commissa, Aurei velleris equitibus, qui nocte dieq; Gandensem agrum, infesta populatione vexabant. Arbitrati Gandenses Audenardensem eladem, proditione ducum acceptam, ceruices abscindi iubent Ioanni Villao, Leuino Bonæo, ac Euerardo Botelaro, in eorum locum subrogantes Iacobum Meussonium, Ioannem Noëllum, Adrianum Cappeum, Petrum Siluium, ac Guilielmum Varuicium, qui acceptam vlturi eladem, Albatos densam mittunt. Sed ab incolis non admissi, Itegemium vicinosq; pagos spoliatos incendunt, domumque tandem reuocantur, quod Burgundi Regionem Vuazensem populi Gandensis horreum depopularentur, occupataque apud Locrenses Gandensium munitione, noctes inde dieśq; vrbem vexarent. Rustici campanarum sonitu ad arma concurrentes, Gandenseśq; cum tribus peditum millibus his iuncti, Burgundos præda exuũt, cadentibus omnibus qui fugere ad Locrẽsem munitionem non poterãt: cumq; nec huic loco satis fiderent, ad Bonum relicta munitione reuertuntur. Gandenses in duo agmina diuisi pars Locrum (vbi Estampius cum valida manu redierat) contendunt, pars flumen Durmam trancientes, inuadunt aliquot Estampij cohortes prædas agentes, occisisq; trecentis, omnes in fugam agunt. Ceciderunt hic quadraginta Gandenses, Principi militantes, aliquotque viri nobiles: ac nisi virtute Iacobi Lalani, Gandenses forent repressi (qui quinque amissis equis sæpius fugientes Burgundos tranato fluuio recenti iuuarat milite) multo maior accepta clades fuisset: quam ob causam ei soli Bonus in cœna dexterum latus communicauit, cæteris pro more in sinistro sedentibus, testatus se id facere more antiquorum principum, qui belli tempore hunc seruare soliti erant locum, viro qui eo die cum hoste fortissime pugnasset. Exinde Gandẽses captiuis omnibus (quod hac ratione in suos milites sæuissent Burgundi priores) ceruices abscindunt, ac paulò pòst aliquot Præfectis suis ac Senatoribus, certa nulla de causa, vt plærumque populari in imperio, furor pro ratione imperat. Bonus ex Artesiis, Hannoniis, Duaco, Insulis, aliisque locis recentem militem menstruo vnicuique persoluto stipendio euocat. Deinde Corttaco mediocri educta manu, Burgundi Neuelam contendunt. Sed concursu agrestium, qui à Gandensibus iuuabantur, Harlebecum vsque fugati, in oppidum repelluntur. Gandenses domum proficiscentes, in itinere pagum Finam, pontemque in flumine Lisæ constructum, odio Estampij, cuius hæ possessiones erant, incendunt, qui cum præsidio Corttracensi, Gandenses Larmæ assecutus, cùm aliquandiu æquata clade pugnassent, æquo tãdem Marte discedunt. Deinde Estampius auxiliis Iacobi Lutzenburgij auctis copiis, ad Overmeraue munitionis expugnationem se parat. Sed præsidiarij concepto terrore, intempesta nocte relicta munitione, Gandauum proficiscuntur, obuiamque facti tribus Gandensium millibus, qui Locro sibi in auxilium properabãt, Overmeram reuertuntur, sperantes Estampium insperato reditu opprimi posse. Sed Lutzenburgius de aduentu eorum à speculatoribus edoctus, instructa oportuno loco acie, hostem expectabat. Illi intrepido animo Burgundos aggrediuntur, ac posteaquam per horam strenuissimè pugnassent, obruti ballistariorum iaculis fugere coguntur, desideratis tantùm circiter centum quinquaginta viris, pauciśq; captis. Dumque pertinaci fuga vrbem repetunt, obuiam facti tribus aliis Gandensium millibus in auxilium suum festinantibus, tanta vi in temerè insequentes feruntur, vt reddita cladis talione, Burgundos Teneramundam fugere cogerent, per varias fortunæ vicissitudines, eius diei obtenta victoria. Captiui omnes Gandaui gladio feriuntur. Pagi Overmera, ac Kalkemum incenduntur. Nobiles Burgundi equorum beneficio salui e prima victoria triginta captiuos Teneramundam adduxerant, è quibus eo die viginti & quatuor capite puniuntur. Circa Cal. Iulij Estampius iusto peditum equitumq; Balistariorum instructus manu, Audenarda Neuelam contendit, quod oppidani auxilio Gandensium insigniter munierant. Sed eruptione infœliciter pugnantes, oppidumque munitionemque Burgundis in prædam relinquunt. Interea agrestes vndique conuenientes, Neuelanis auxilio festinant, iungunt se eis qui paulo ante ab Estampio in fugam acti fuerant, eumque ad pontem arcis Pucceanæ inuadunt. Resistit strenuè paucis cum equitibus Estampius, quòd pedites sui vltra flumen, proximos agros prædarentur. Sed non diu equites pauci firmo peditatui resistere valentes, relinquere pontem, ac in apertum campum recedere coguntur, vbi ab hostium multitudine vndiq; septi, ac in orbem acti repugnãt, cadentibus non paucis viris nobilibus, dum extremo conatu Estampium, quem Gandẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ses capere aut interficere annitebantur, defendunt. Tandem pedites Estampij è tumultu ac clamore de pugna ac Estampij periculo certiores facti in auxilium conuolant, eumque in extremam necessitatem perductum liberant, hostibus ballistariorum opera in fugam actis. Desiderauit hac pugna Estampius circiter sexcentos equites, ac inter hos nobiles non paucos, grauiterq; vulnerati discessere ducenti Gandenses, ceciderè ab vtraque parte, mille ducenti, triginta Gandenses capti gladio feriuntur. Discedens Neuela Estampius, equites qui ceciderant in vnum coacernatos, cum oppido cremat, Regiamq; viam fossis factis, magnisq; insuper deiectis arboribus, ac ferreis disseminatis muricibus reppe-rit impeditam, agrestesq; à lateribus ballistis, ac scorpionibus aciem suam infestare. Superatis tamen omnibus difficultatibus, paucis desideratis, Cortracum, indeq; Audenardam signis explicatis peruenit. Eodem mense sex millia Gandensium, maioribus attractis tormentis, Brugas peruenerunt, non vrbem tantula manu obsessuri, aut oppugnaturi, sed an hominum turbulentorum pacemque exosorum opera intromitti possent tentaturi, quod plorique eis sæpius operam promisissent, ipsique per literas ad Præfectum opificum scriptas, non semel petissent. Præerat Boni iussu vrbi, Lodouicus Gruthusius ac Petrus Baudelinus. Hi cum præsidia necessariis locis posuissent, Gandensibus portas aperiri inbentibus respondêt, sine Principis consensu tot se armatos intromittere non posse, sed si commeatu iuuari cupiant, lubenter facturos. Irati Gandenses spoliatis exustisque proximis agris, villisque, cum præda domum reuertuntur. Exinde dicti Regulũ, conuocato populo, præfectisq; Franconatium, docent postremo contra Principem bello Brugenses à Gandensibus fuisse desertos. Deberi igitur lus vices rependi, quod vterque populus Bono non pauum lætante, vniuerso hoc bello fideliter præstitit. Facilè enim prospiciebat, non sine magno labore ac sumptu, potentissimas vrbes ad officium cogi posse, si semel consternati animis contra se arma sumpsissent. Gandenses hac spe pulsi, in Angliam missis legatis, amiciriam, fœdusque petunt, ac impetrant, promittentibus Anglis sex se peditũ millia in auxilium missuros. Sed cùm vix sexcẽtos tyrones nudos misissent, infelicem belli huius exitum ominantes, legatos (deprecatoribus vsi Brugẽsibus) pro pace ad Bonum frustra mittunt. Ad bellum igitur vno animo iterum conuersi, Gersbergam magno numero proficiscuntur, ac Christophorum quendam Forestium Hannonium trecentis cum peditibus, agros Gandensium vastantem cum maxima militum parte, ad pagum Estingam recuperata præda interficiunt, captinosque omnes, partim gladio, partim laqueo necant. Pauci enim abibant dies, quin eo mortis genere Gandaui aliquot captiui perirent. Albati enim, ac Viride tentorium (factiosorum erant nomina, è fece plebis collecta, qui creatis suæ fabrinæ ducibus, intra ac extra vrbem insigniter sęuiebant) quotidie excurrentes, hominũq; bonorumq; prædas agebant. Burgundus considerans se nunquam vrbem subacturum nisi domitis Vuazianis, ac quatuor Præfecturis (nomina sunt regionum quæ Gandauo antiquitus sunt attributa) quòd hæ regiones Gandauum non solùm commeatu, sed & milite iuuabant, Teneramundæ militem cogit, conscribit & nouas è Picardis, Atrebatensibusq; copias, adducente filio Carolo quadringentos, Ioanne Cliuensium Duce mille quingentos equites. Cumq; decem hominum millia in vnum conuenissent, Fani D. Paulli Comitem in Vuazenses mittit. Gandenses se tandem seriò oppugnari considerantes, molem mari obiectam perfodere nituntur, quo marina inundatione, iis è partibus Burgundos pellant. Sed Estampius eò cum ballistariis profectus, quingentis interfectis fossoribus aggeris effossionem, eorum cadaueribus obstruxit. Subsequitur cæteros paulo post, reliquis eum copiis Bonus, munitionemque quam Gandenses, Ripelmondam inter ac Bazelam extruxerãt, octingentisque viris cum tormentis custodiendam tradiderant, obsidere instituit, paucis missis præcursoribus, qui Gandenses ad pugnam elicerent, ipse tripertita acie instructa sequebatur. Primã quę equitum duo millia pedites mille habebat, ducebat Iacobus Lutzenburgius, ciusque fratres duo, Cornelius Burgundus, Lalani ac Saueusiæ Reguli Secundam quæ è duobus equitum, ac totidem peditum millibus constabat, regebat Bonus, eiusque filius Carolus. Tertiæ aciei, in qua tria hominum millia visebantur, præerat Dux Cliuiæ, Estampius ac Antonius Burgundus. Gandenses cùm ad pugnam è munitione elici non possent, acri oppugnatione coacti locum deserunt, fugientes in proximam viri nobilis domum, ac pagi templum, perq; tres horas se strenuè defendentes

tes signum tandem deditionis expromunt. De conditionibus agentes, vident Temseco ac circumiacentibus e pagis tria virorum millia, bellicis cum tormentis, ac commeatu affatim instructa auxilio feliciare: sed qui inita contra primam aciem pugna victi, desertis tormentis, commeatu, ac obsessis desideratąq; suorum maiori parte, fuga salutem querũt, Gandenses vero deditionem faciunt. Exinde Bonus sua cum acie Scaldim traiecit, subsequente tertia. Intellexerat enim (quod & verum erat) Gandenses extra muri pomeria ad pugnam se instruere. Armatis enim octo hominum millibus postero die Ripelmondam inter ac Bazelam se dant in conspectum. Burgundus instructis animatisque suis, postremam aciem via Temsecana constistere iubet, quod inde alia Gandensium acies, aduentare diceretur. Inuadentes se Gandenses Burgundi magno animo excipiunt, pugnatur ab vtraque parte fortiter, confoditur Lutzenburgio prima in acie pugnam cienti equus, ac circa iacentem obstinatissime certatur, Gandensibus vt capiant, aut interficiant; Burgundis, vt primæ nobilitatis virum defendant, acerrime extremo conatu annitẽtibus, ac rem obtinentibus: cumque dubio adhuc euentu certaretur, superuentu secundæ aciei, Gandenses funduntur, desideratis tribus suorum millibus, ac octoginta captis, qui cum Vualtero Lenknechtio exercitus Præfecto omnes laqueo sunt strãgulati. Ceciderè è Burgundis centum circiter quinquaginta viri, ac inter hos magno Principis cum dolore filius Cornelius, qui aperta propter æstum galea fugiẽtes insecutus hostes, pedestri lancea per os cerebrumque traiectus, occubuit. Vir fuerat animi magni, robusti corporis, ac magnæ expectationis, à patre omniq; nobilitate dilectus. Sepultus est Bruxellæ in D. Gudeliuæ Fano, ad gradus summi altaris. Auxilio postheæ Bono veniunt, Lanoius Hollandiæ Præfectus, Veræ Regulus maris Præfectus, ac Brederodæ Regulus adducentes tria Hollandorũ vetera iorũ peditũ millia. Gandẽses acceptæ cladis famã nouo facinore præuẽturi, emisso viridi tẽtorio, occupãt, spoliãt ac exurũt Gersbergã, Lessenũ, Ackerã, cõpluresq; alios nobiles pagos, excurruntq; Athũ vsq; in Hãoniã, indeq; immẽsa ditati præda ante se agẽtes centum quinquaginta bigas in vrbem reuertuntur. Exacerbatus morte filij Burgundus mense Iulio coadunatis suis Hollandorumq; copiis, Vuazenses iterum inuadit, diripit, incendit, ac interficit obuia quæque, donec ab inermibus tusticis, magno numero gratiam postulantibus, aliquantulum placatus, sæuitię modum faceret, deuastatis tamen, ac incendio consumptis, plusquam quatuor insignium villarum millibus. Gandenses eadem vltuti tria ciuium millia educunt, quæ ab Anthonio Burgundo prope Eursulam prælio superantur. Supra mille cæsi, captiui cum duce (qui faber cultrorum erat) strangulati, cæteri qui fugiebant, casu in Hollandos incidentes, ad vnum fermè omnes sunt trucidati. Sole ad occasum vergente, Princeps semper Ripelmondam reuertebatur, militibus eius nocte dieq; ab agrorum vastatione non cessantibus, exceptis his qui gratiam impetrarant. Carolus Francorum Rex, quo opera Comitis Fani D. Pauli, aliorumque nobilium præfectorum, contra Anglos vteretur, missis ad Bonum legatis, petit vt se arbitrio cum Gandensibus pacem faciat. Cùm enim Flandria beneficiarius Regni Francici esset Comitatus, extremis belli calamitatibus vastari nolle præseferebat, ne Gandenses necessitate coacti, se aliaque munita loca, magno Francorum cum detrimento, Anglis traderent. Respondet se neque Anglos neque rebelles Flandros timere, in honorem tamen Regiæ maiestatis se passurum, vt de pace ageretur. Gandenses veriti ne Francorum legati pro Principe pacis conditiones darent, cùm multis inanibusque verbis causam belli in eum reiecissent, ne quid fieret, impedièrc. Posthæc Estampius, ac Carolus Burgundus munitionem Morbecanam frustra tentant, ac post insignem agrorum populationem ad Bonum reuertuntur, qui cõtumacia Gandensium irritatus, denuò in vnum coactis omnibus copiis, agrum eorum omni calamitatis genere peruastat, vique expugnato Axello, ac Morbeca, præsidiisque omnibus interfectis, incolæ fermè omnes quatuor Præfecturarum gratiam petentes eius se fidei committunt, considerantes res Pop. Gandensis quotidie deteriores fieri, animumque eis ac vires deficere, neque iam amplius bellare, sed latrocinari. Bonus enim castra prope Langebruggam, secundo ab vrbe milliari collocans oppidanos frustra ad pugnã prouocarat, impetrarantque viri probi à populo, vt legatos ad eum Teneramundæ cum legatis Francicis de pace mitterent. Concedit is sex hebdomadibus ea conditione inducias, vt se eius temporis belli sumptus persoluturos, si de pace non

Universidad de Deusto
Biblioteca

" non fuisset conuentum promitterent. Commeatum sese interea nullum admissuros, ne-
" que in vllum Flandriæ oppidum sine suo consensu profecturos, daturosque pro obser-
" tione harum conditionum, triginta quos petebat obsides, ipseq; econtrario pollicebā-
" tur statturum se conditionibus, quas Francorum legati Insulis cum cæteris congregati
" essent laturi, permittebatque vt Gandenses eo quinquaginta legatos mitterent. Has in-
duciarum leges, cùm Franciæ Regis caduceator Gandauum pertulisset, famulus qui eum
sequebatur, à seditiosis aliquot nebulonibus abreptus, inscijs Magistratibus iugulatur,
testati se id feciſſe in vindictam fabri cultellorum præfecti sui, à Burgundis strangulati.
Nihilominus legati ab vtraque parte mense Augusto Insulis pacem faciunt, si in condi-
tiones populus cõsensisset, eamq; ob causam Gandauum profecti, ad Veneris forum con-
uenire populum, ac qui pacem petebant in vnum, qui bellum in alterum latus concedere
inbent. Qui pacem petebant septem, qui bellum duodecim millia implebant. Iubent po-
stero die redeant, verùm præter eos qui pacem petebant, nemo comparuit, ij rationibus
obsecrationibusque tantùm effecere, vt legati Insulas redirent, vnde post aliquot dierum
" communicationem, has à Francicis legatis scriptas pacis conditiones retulere, promit-
" tente Bono se eis statturum, si idem Gandenses polliciti forent. Vrbis portam è qua ad ob-
" sidionem Audenardensem primum Gandenses sunt profecti, singulis diebus Iouis occlu-
" dunto. Alteram è qua Ripelmondæ conflicturi exiere, obstruunto: Albos galeros, viride
" tentorium, ac similia conspirationis nomina ac insignia posthac ne nominantes quidem
" amplius deponunto. Nemo posthac Gandauo nisi ciues ac pagi iam olim consueti ius pe-
" tito. Neminem posthac sine consensu Præfecti Comitis Flandriæ, ac euulgata prius causa
" in exilium mittunto. Magistratum vrbis nemo præterquam quatuor Comitis consiliarij,
" ac quatuor primarij vrbis ciues ad hoc nominati legito. Textores posthac in Senatu non
" sedentote, nec opificum Collegia cum vexillis in forum conueniunto, sed ea arcæ quin-
" que seris obsignatæ committito, cuius vnam clauem custodiet Comitis præfectus, alte-
" ram Princeps Senatus (primum Scabinum vocant) tertiam summus opificum Præfectus
" (Decanum appellant.) Reliquæ duæ duobus tradentur honestis ciuibus, quos populus
" nominabit. Magistratus nunquam posthac Domini titulo publicis in tabulis, nec priuatis
" in literis vtitor, sed Senatorio contenti cognomine (Scabinos dicunt) prænomen cogno-
" menq; suum addito. Qui olim Magistratum, munera publica, ac honores gesserunt, cum
" omnibus belli Præfectis, ad duo vsque virorum millia, linea tantùm suprà nudum cor-
" pus veste induta, ad secundum vsque extra vrbem milliare Principi ad genua procumbi-
" to, fatentorq; sese iniustè, ac inique arma sumpsisse, ac proinde submisse pro se, vrbeque
" veniam rogare. Nullius posthac causæ cognitionem spectantis ad eos qui à Principe acce-
" pta obeunt munera, quodcunque etiam is commiserit crimen, Gandenses habento, sed
" captum ei, ciusque legato tradunto. Quod verò attinet ad iurisdictionem quam Gãden-
" ses allegant in causis, litibusque regionis Vuazensis, Teneramundanæ, Alostensis, ac Au-
" denardanæ, an eæ Gandauum ius petitum venire debeant, nec ne, Rex intra proximum
" annum, plene de re tota edoctus, sententiam pronuntiabit. Gandenses Principi pro huius
" belli expensis ducenta quinquaginta aureorum equitum millia soluunto. Conditionibus
Gandaui publicè lectis populus tumultuatur, sonitu Rolādi ad arma concitatur, conue-
nitque magnus eorum numerus in forum Veneris, vociferaturq; sese pacem quæ veteres
vrbis immunitates euerteret nolle, sed pro iis ad extremum vsque spiritum dimicaturos.
Cum Francorum legati decem diebus Gandauo responsum frustra expectassent, cadu-
ceatorem Regium ad vrbem mittunt, qui Magistratui, Præfectiliq; opificum literas pa-
cem persuadentes deferebat. Sed parum abfuit quin à plebe violaretur, quæ nil cærulea
veste aureis disseminata luteis liliis mouebatur. Quare literis non redditis Insulas est re-
uersus. Posthæc Gandenses tribunos militares legunt: Ioannem Vossium, Ioãnem Vuin-
tium, Ioannem Grauæum, Albatisq; præficiunt filium Nothum, Domini Blankesteinij,
qui his statim eductis, dum Bonus spe pacis Insulis hæret, opprimit Hulstanos, Axellen-
ses, omneisq; eius tractus pagos, quos paulò antè in gratiam Princeps receperat, spoliatis-
que ignem ædificiis iniicit, indeq; Aloſtum cõuerso agmine, cùm nemo ad pugnam exi-
ret, acriter oppugnat. Sed cum detrimento à Vivilla, Sanſio, ac Visoci regulis reiectus, ad
proximam Burgundionum munitionem irrito quoque conatu conuertitur. Quare Gan-
dauum

dauum proficiscens aduersæ factionis pagos depopulatur. Duo alij interea Gandensium Præfecti, eductis tribus virorum millibus, Cortracum contendunt, vastant, exurunt que Harlebecum, omniaque nobilium eo in tractu Castella, eademq; ratione sæuiebat Ioannes Vossius mille quingentis stipatus Gandentibus circa Gersbergam, prædamq; immensam tribus dictis è locis ad vrbem agunt. Exinde conuertunt sese in aliam partem, diripiuntque Zaftingam, Hulstum, Maldegemum, Vingam, Riseledam, ac proximos pagos. Bonus finem bello semel facturus militem summa cum diligentia cogebat, præficitque exercitui (quod non satis prospera vteretur valetudine) Baumontij Regulum Burgũdiæ Marscalcum, qui educto Audenarda præsidio, adiunctoque Iacobo Lalano Ekelonium, vicinosq; pagos spoliat, campanalq; sacris turribus aufert, quod earum sonitu Gandenses de hostium aduentu certiores semper fierent, auctusq; nouo milite quem adduxerant, Aimerius Mitamontius ac Quiretius ad vrbis vsque portas excurrit, neminẽque prodeũte, Audenardam reuertitur. Duodecim Baumontij equites ballistarij clam ad prædam dilapsi, à quinquaginta Gandensium equitibus circumueniuntur, desiliunt ex equis, ac in orbem conglobati acriter repugnant, dumque res fermè desperata foret, vnus eorum venatoriam fistulam, quàm forte collo gerebat, inflat. Gandenses insidias veriti impetum remittunt. Burgundi repetitis equis facto globo, ab vna parte erumpunt, omnesque salui Cortracum magna cum laude reuertuntur. Hisce expeditionibus insigniter est sæuitum. Nam in agro Gandensi supra octo villarum millia, trecenti pagi, ac ædes hominum nobilium opulentorumque complures sunt exustæ, ac quicunque in Gandensium aut Burgũdionum potestatem veniebant, sine gratia interficiebantur. Circa Cal. Nouembres Antonius Burgundus educto Teneramunda Aloſtoque præsidio, in Gandensem agrum cõtendit. Sed de aduentu eius certiores facti maiori manu Teneramundana egrediuntur porta: alia verò Angli mercenariique exteri equites omnes proficiscuntur, ac cum his alia duo Gandensium millia, vt Antonium à fronte ac tergo circumuenirẽt. Sed is tempestiuè de aduentu eorum admonitus, desideratis tantùm triginta equitibus, Teneramundam est reuersus. Eadẽ Philippi Lalani cõtra Gandẽses fuit fortuna, qui educto Audenardensi præsidio Marlebecũ exurit. Flamma Gandauu conspecta magnum oppidanorũ numerũ exciuit, circũueniissentq; Lalanum, nisi puerum Amanuensem dominũ quærentẽ, in itinere à Gandẽsibus interfectũ reperissent, suspitioque de insidijs animum eius subiisset. Militem igitur eodem in loco continet, expectans vnde insidiatores essent prodituri. Illi moræ impatientes ad eum contendunt. Multitudine Lalanus conspecta, seruato ordine sensim pedem refert, citatumque equitem Audenardæ ad fratrem Iacobum mittit, qui doceat de periculo, nisi maturè opem ferat. Nulla interposita mora adest Iacobus sexcentis cum equitibus, concurritur pertinacissimè, nox prœlium dirimit, cuius beneficio certam Lalani cladem effugere, nunc paucis desideratis, compluribus verò vulneratis, Audenardam sunt reuersi. Manserunt ea nocte Gandenses in Abbatia Ehemia, quam mane domum reuertentes, spoliatam exurunt. Eodem die Gandauum reuertuntur prædatores qui in ditione Sluzana nil intactum reliquerant, prædatique agrum Ardeburgensem, ac Ostburgensem, duo bigarum millia frumento saleque onusta, excepto varij generis pecore, Gandauum abegerant. Idem fecerant Burgundi pagis Haltera, Rusleda, Meréda, Slidingo, Drongenæo, Munta, ac vicinis. Instantibus Cal. Decembribus nuntiatur Gandensibus, Antonium Visocum Aloſtensium Præfectum, Atrebatum paruo Aloſti relicto præsidio profectum. Proficiscuntur statim eo cum decem virorum millibus. Sed Antonius Burgundus tale quid veritus, Fracisco Arragonium, virum belli peritum Aloſtum misérat, qui sæpius erumpens, paruisque prœliis hostem lacessens, domum reuerti coëgit. Bonus quicquid suis in castris gereretur hostibus prodi audiens, per præcones euulgari iubet, vt omnes qui in ditione Gandensi habitabant agrestes, proximis in oppidis cum vxoribus, liberis, omnibusque fortunis migrarent. Verùm quod ibi Burgundi aut Franci in præsidiis essent, quos morte pessimos oderant, Gandauum omnes se conferunt, hinc in villis ædificiisque eorum igne est sæuitum. Proponit præterea per vniuersam Flandriam ac Hannoniam edictum, quo iubebatur vtriusque sexus hominibus, vt superiori in veste purpuream D. Andreæ crucem quæ quartam vlnæ partem in latitudine haberet, ferrent, vnde non sine maximo hominũ risu, in oppidis pagisq; dictarũ regionũ, viri feminæq; ea cruce

insigniti

Universidad de Deusto
Biblioteca

insigniti cõspiciebantur. Mẽse Decẽbri Viride tẽtorium Gandauo profectũ, Zellę cũ Picardis præsidiariis pugnat, obtentaque victoria quindecim interficit, captos sex Gandaui iugulant, Zellam, Fanumque D. Annæ, Hammum, Isegemum, Rosbecam, Meulenbecam spoliatos exurunt. Ingelmunsteri idem conati à præsidiariis repelluntur. Circa no-
1453. nas Ianuarij anno 1453. equites Burgundi spoliato exustoque Levuergemo, Mera, vicinisque pagis, dum Teneramundam reuertuntur, in itinere à Gandensibus in fugam acti Izegemi præda exuuntur, pagus exuritur, captiui Gandaui iugulantur, eodemq; euentu in pago Holtemio pugnant, perdita præda pelluntur, quinque Gandaui in cruce suffigũtur, paruisq; victoriis Gandenses aucti animis tria virorum millia Temsecam mittũt, qui frustra aliquoties munitione oppugnata, rumpente maximo æneo torméto re infecta Gandauum reuertuntur, ac quod cõtra suam voluntatem cæteri ciues captiuum dimisissent, in seditionem versi arreptis armis concurrunt, cadunt ac vulnerantur non pauci, capiuntur præfecti omnes, ac duobus statim ceruices abscinduntur, creantque in eorum locum Ingelmannum Poleoneum, ac Ioannem Strimerschium, qui educto viridi tentorio, ex Herdoia, vicinisq; locis magnam prædam in vrbem abducunt. Anthonius Burgundus cum didicisset Gandenses ducu ac auxilio mercenariorum suis sæpe cladem inferre, aptum nactus hominem è Prefectis Anglorum Ioannem Fallottum ad transitionem pellicit. Accepta enim à Gandensibus potestate prædandi in fines Teneramundanos cum quinquaginta ballistariis equitibus traiecto Scaldi Teneramundam ad Anthonium profugit, summoque verborum cum honore susceptus, muneribus oneratur, sperateque eum ea fere semper Præfectos morte aut exilio remunerare sit solita. Exinde cum Anglis in Vuazenses Anthonius contendit, obuiamque factus Gandensibus, qui ex alia parte cum præda domum reuertebantur, in fugam actos, recepta præda, nouaque coacta, Teneramundam reuersus captiuos patibulo affigit. Mittit iterum hoc tempore Rex Carolus Gandauum pro compositione legatos. Conueniendi dies Teneramundæ præfinitur, sed Gandauo nullus venit, quod decem millia Gersbergam profecta, expugnassent, diruissent, captos præsidiarios Sceldelrodi in carcere claudunt. Ioannes Crouiacus Athi in præsentq; turrim Dircostanam, è qua Hannonij fines Gandensium sæpius impunè populassidio positus, cum de aduentu Gandensium certior esset factus, quatuor Hannoniorum millia cum octingentis Picardis contra mittit. At ij temerè cum tanta multitudine, inter pagos Plancum ac Sarlingam congressi post acrem pugnam, cadentibus septingentis Hanperantur, pauci sunt capti, quod equitem Gandenses non haberent. Exinde in fines Hanoniorum transgressi septemdecim pagos, ac ducentas villas exurunt, cumque immensa præda, paucis desideratis, domum reuertuntur. Legati Regis Caroli, Dammum, indeque Brugas de pace acturi vtriusque partis legatos expectabant. Veniunt aliquot Gandauo: A Bono Estampius. Sed quod insolenter Gandenses Principem belli causam facerent, infecta re ad arma recurritur. Balduinus Vossius, Priorq; Cartusianorum Gandensium duo eius vrbis legati, cæteris Gandauum reuertentibus, ad finem vsque belli Brugis remanserum eo mittunt, qui populatione, ac incendiis Anghianum vsque sæuientes magna cum præda domum reuersuri in itinere quindecim Hannonios Dircosti captos Sceldelroda Gandauum abducunt, ac ad paribulum ingulant, certioresque Baumontium Præfectum Cortracensium minoribus cum Præfectis ad Bonum Insulas profectum, tribus instructis aciebus, diuersis itineribus eo contendunt, nec prius de aductu eorum est rescitum quam oriens puluis peritiores admonuisset, moxque conspecti pedites equitesq; erumpunt, sed desideratis septem equitibus ad suburbia repulsi è munitionibus repugnant. Gandenses cum dolus non successisset, vi se nil profecturos iudicantes, direptis, exustisque villis cum magna præda domum reuertuntur. Hac hyeme in Flandria Orientali, eique vicina Hannonia populationibus ac incendiis insigniter est sæuitum. Mense Februario Gandenses in agrum Teneramundanum profecti Otburgum ac molas aliquot aquarias exurunt, præsidiariosque erumpentes in oppidum repellunt, cæsis captisque nonnullis, qui pro more Gandaui sunt iugulari, ac inter hos Zelandi quinque. Circa nonas Martij Isabellæ vxori Principis Insulis Brugas profecturæ, pago Rollegemo Cortracum inter ac Audenardam

nardam insidias Gandenses collocant, & quamquam eius loci agtestes Gandensibus fauerent, rescuit tamen Isabella, conuersoque itinere, per Occidentalem Flandriam, nullo accepto incommodo Brugas peruenit. Erant hoc tempore Simon Lalanus, ac Maldegemi Regulus, Sluzæ ducentis cum equitibus in præsidio, insidiarumque Gandẽsium ignari, Duci Isabellæ obuiam proficiscuntur, cumque pluuius aër longiorem conspectum eriperet, inscij prope Svuevegemum in insidias cadunt, statimque in fugam acti cum paucis beneficio tempestatis effugiunt, desideratis cum signis militaribus, plusquam sexaginta equitibus, multisque captis iugulatisque. Gandẽse præsidium quod in arce Pucceana excubabat, hoc tempore excepta arce, Ingelmunsterum, vbi Estampij erat præsidium, expugnat, rebusque omnibus auectis, ignem oppido iniciunt, paulòque post magna manu denuò Teneramundam re infecta tentãt. Quare ad prædam conuersi, nil circum oppidum relinquunt intactum, domumq; reuertentes in itinere obuiam fiunt quinquaginta Burgundis prædatum profectis, quos erepta præda, omnes præter sex, aut interficiunt, aut captos strangulant. Post hæc denuò legati de pace acturi Sesselinum, haud procul Insulis oppidulo frustra conueniunt. Gandensium enim Præfecti pacem horrentes, semper conditiones calumniabantur, ac sinistre apud populum interpretabantur, quod bello opes crescere, ac honorari se conspicerent. Templum pagi Heschæ à Gandensibus munitum firmatumque præsidio, Burgundi aliquot obsidebant, pulsi à Gandensibus, derelictis impedimentis fuga salutem quærere coguntur, dumq; auidius eos insequuntur, Lesdingæ in alios incidunt Burgundos prædatum profectos, quos post acrem quoque pugnam in fugam quadraginta interfectis conuersos, recuperata omni præda, paucisq; desideratis, læti domum reuertuntur, statimq; octodecim captiuos, vtroque prælio captos ex arboribus suspensos iugulant. Venit hoc tempore Gandauum Petrus quidam Morelius Frãcus stipendia meriturus, adductis quinquaginta veteranis equitibus Francis, menseque Aprili magno ciuium stipatus numero, toties frustra tentatam Teneramundam repetit, ac ante solis ortum variis locis inuadit. Sed à muris reiectus, desideratis decem viris, dum Gãdauum agmen conuertit, ab Antonio Burgundo oppido erumpente extremum inuaditur agmen, circiter centum cadunt, septem capti Teneramundæ strangulantur. Gandenses damnum sarturi, magno numero Anghianum proficiscuntur, agrumq; omnem depopulati, in Tornacenses feruntur, intactosq; in hunc vsque diem agros, omni bellica clade peruastant, prædam adeò grandem coaceruantes, vt plaustrorum inopia, viliorem partem igne corrumperent. Burgundi qui Audenardæ, Cortraci, Teneramundæ ac Alosti in præsidiis erant, non minus infesta populatione, Gandensem agrum vastabant, quamquam ij præsidio tenerent Gaueram, Puckeum, Scandelbergam, Ninouam, Heschem, Heschegemium, Landam, Perbonum, Bramum, Velzecam, ædes Balduini Rimij, Galeoti, Lessæi, ac pleraque alia munita loca, quæ sæpius frustra Burgundi tentarant. Morelius ægrè ferens primo conatui fortunam non respondisse, maiori educta Gandauo manu, iterum Teneramundam petit, eo confidentius, quod Antonium Burgundum, Insulas ad patrem profectum intellexisset. Sed Fillanij Regulus Antonij legatus, de Morelli aductu certior factus, trans Scaldim trecentos quinquaginta pedites, aliquotq; tormenta, præsidio munitioni recens erectæ mittit, quòd ad oppidum, nisi eo obtento, Morellius peruenire nequiret, quam tanta vi Gandenses aggrediuntur, vt nisi bis recẽtem militem Teneramundam summisissent, expugnati omnes periissent. Durauit oppugnatio tribus continuis horis, postea cessatum, cadentibus sexaginta Gandensibus, multisq; ab vtraque parte vulneratis. Quatuor Gandenses in itinere templum spoliant, capti, ac inter tormenta sacrilegium confessi, laqueo vitam finiunt, profitentibus Gandensibus, contra durum sæumq; Principem, non in mitem placabilemq; Deum se bellum gerere. Exinde variis in locis prædatum proficiscuntur. Prope Ategemum à Burgundis in fugam versi, armatis agrestibus forte obuiam, multis ex his cæsis, cæteris fugatis cladem vindicant, captiuis Gandauum abductis, Burgundos domum Balduini Rimij obsidentes, multis interfectis in fugam agunt, captiuos cum captiuis rusticis Gandaui iugulant, conuersoque Brugas agmine, Thiletum, Malam, Lichterveldum, Colcampum exurũt, ac cum magna præda domũ reuertuntur. Circa Nonas Maij magna manu Alostum, cui Lodouicus Viuillus præerat, contẽdunt, ac posteaquam cõtinuis tribus horis oppidũ oppugnassent, cum clade repulsi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gandauũ proficiſcẽtur. Viſoci Regulus ſexcẽtis coactis peditibus, Aloſtanis auxilio feſtinabat, circa noctẽ Gandẽſibus obuiã factus beneficio tenebrarũ ſaluus Aloſtũ reuertitur. Prima luce Gandẽſes in Adrianũ Verholtiũ Zaftingę prę fectũ, quadringẽtis cũ peditibus Hulſtanis præſidio proficiſcentẽ incidũt, tamq; inſigni clade afficiũt, vt ſex tantũ comitatus peditibus, ægrẽ eorũ manus effugeret, viginti & ſeptem captiui iugularentur, cæteri omnes interficerentur. Brugenſes ciuile bellum, agris, vrbi, ac mercaturæ non parum detrimenti adferre ſentientes, opera externorum mercatorum impetrant, vt denuò de pace Inſulis conueniant. Sed omnes bonorum virorum conatus, improbitas Præfectorum Gandenſium, quibus pax erat inuiſa, euertit. Credo Gandenſes, Orientaleſq; Flandros, ſummo tum numini pœnarum ſatis pro commiſſis delictis nondum dediſſe. Occupat hoc tempore Guilielmus Brũſvuicenſium Dux Theodonis Villam, Lutzenburgicæ ditionis oppidum, firmoq; peditum equitumq́ præſidio munit, exiſtimans Bono (quod is Crouiacum octingentis balliſtariis ac trecentis lanceariis inſtructum veteranis equitibus contra Brunſvuicenſes mittit, qui variis eos præliis ita exercuere, vt de ſecundo belli euentu deſperantes, pace facta omni iure Bono iam iterum cederent, ac Brunſvuicum in Saxoniam relictis Lutzenburgiis reuerterentur. Circa Cal. Iunij Gandenſes Ninouæ intercipiunt aliquot bigas Rhenenſi vino, ac diuerſo commeatus genere onuſtas, aliaſq́ ex Hannonia venientes, ac ſalem, tergora bubula, halecaq; ſalita (piſcis id genus eſt ſardæ non abſimile) deferentes. Ex agro Audenardenſi, Brugenſi, ac Franconatium pagis, ducentos boues, oues, vaccas, ac equos complures abigunt, delatiq́ue inde in Hannoniam, omnia circum Florbergam, ac Aloſtum depopulati incendunt. Ioannes Crouiacus Chiniaci regulus Hannoniorum prę fectus, euocatis nobilibus, ac coactis pro temporis exiguitate aliquot peditibus, inexpectatus Viride tentorium aggreditur, ac poſt diuturnam cruentamq́ue pugnam in fugam agit, interfectis quadringentis, cæteris ferme omnibus vulneratis, adeò vt poſt hac nunquam vires reſumere potuerit, vltimoq́ue virtutis edito opere, hoſtes ferme omnes conſeruarunt, ſexaginta Hannonios interfecerunt, ac inter hos ſexdecim notæ virtutis viros nobiles. Bonus videns bello finem imponi non poſſe, niſi inſtis viribus peruicacem aggrederetur populum, vndiq́ue militem conſcribi iubet, proficiſciturq́; Inſulis (vbi hybernarat) Corracum, indeq; cum filio Carolo Gersbergam, vbi exercitus belliq; apparatus cogebatur. Rebus omnibus paratis, cum exercitu Scadelbecam, quam ducenti Gandenſes præſidio obtinebant, proficiſcitur, ac dum Burgundiæ Marſcalcus, neceſſaria ad oppugnationem parat, mittit quadringentos balliſtarios equites cum paucis lanceariis ad oppugnationem turris, quam viginti Gandenſes magis obſtinatè quam prudenter defendebant: expectantes enim dum tormenta produci vident, ſe omnia Scendelbecæ ad oppugnationem erant. Sed præſidiarij animis fracti, deditionem ſuaq; Principis poteſtati committunt, ſtatimq; ad arborem iugulantur. Parata interim ſtro) ad arbores. Proficiſcitur hinc exercitus ad Arcem Puceanam, productaq́ue tormẽ fine conditione faciunt, ſtrangulanturq; omnes quadringenti (excepto ſacrorum minita magnum in mœnibus hiatum fecerant, cùm territi præſidiarij, nono obſidionis die ad modum Scandelbecanorum portas aperiunt. Egreſſis ceruix frangitur, exceptis quatuor pueris, factatis hominibus, ac elephantiaco. Perit in huius arcis oppugnatione Iacobus ille Lalanus, aurei velleris eques, vir ſummo loco natus, qui ſuo tempore parem, quo cum congrederetur (quanquam multi diuerſarum nationum viri nobiles eſſent experti) non repperit. Cùm enim tormentis murum quatientibus aſtaret, lapis à proxima muri parte tormento decuſſus, frontem ei cum cerebro excuſſit. Decimoquinto Cal. Auguſti Gaueræ Bonus caſtra locat, cumq́ue magna muri diſiecta parte ad impetum faciendum omnia parata forent, ſubitò nuntiatur Gandenſes omnibus viribus ad pugnam vrbe exiuiſſe. Mouentur ſtatim loco tormenta, inſtruitur animaturq́ue ad prælium exercitus. Verùm antequam concurreretur, Gauerani hac occaſione deditionem facientes, prælio occaſionẽm dedere. Arnoldus Speckius Cementarius Gandenſis arci Gaverę Præfectus, ac Ioannes Siluius eius legatus, ante aliquot menſes ab Anthonio Burgundo tentati fuerant, vt dedita arce ad Bonum tranſirent, præteritorum veniam, ac mercedem non vulgatem eis pollicitus, idemque tentarat apud Prefectos munitionum, paulò ante expugnatarum,

tarum, ac apud Anglorum præfectos Gandenſibus merentes, nimirum apud Ioannem Fallotum, Ioannem Oſtum, Ioannem Voſſium, Ioannem Bontum, nemoq; adhuc trãſierat præter Fallotum, multoq; minus arciũ præfectos ciues Gandẽſes mouere potuerat. Non tamen à propoſito Antonius, cùm vel minima expugnandorum animorum ſpes ſeſe offeret, deſtiterat, donec promiſſis doniſque, Præfectoſque Gaveræ ac Anglos expugnaſſet, qui promiſerant, cùm primum Bonus iuſto inſtructus exercitu, expugnatiſque circum vrbem munitionibus in aciem deſcendiſſet, populo ſeſe perſuaſuros, vt arreptis armis in pugnam, quod variis artibus fruſtra hucuſque Burgundus quæſierat, prodiret, obtenturos tum ſe facilè vt in prima acie collocarentur, quo facto cum manipularibus ſigna ſe tranſlaturos pollicebantur, daturoſque equitibus Burgundis perturbandæ aciei opportunitatem. Addebat Gaveræ Præfectus, ſe arcem, ſine pugna, cùm foret neceſſarium, traditurum. Hiſce rebus, ſignis, tabulis, ac iureiurando vtrinque confirmato, promiſſiſque immenſis onerati, Bonus ſexdecim peditum equitumq; millia in acie habens, Gandenſemque agrum vaſtans, munitiones, vti ſcripſimus, expugnabat. Gaveræ præfectus promiſſi memor, deq; rebus deſperans Gandenſibus, conuocatis præſidiariis, docet pauciores eos eſſe quam qui vim tanti exercitus ſuſtinere poſſint, proinde ſeſe ad eum, quo honeſtis conditionibus deditio fiat, legatum iturum, aut ſi id obtinere non poſſit, Gandauum de auxilio impetrando profecturum. Cum omnibus conſilium placuiſſet impetratis aliquot horarum induciis, comitatus Ioanne Siluio in caſtra venit, renouatq́ue promiſſi fidem. Vt verò rem dextrè exequatur, à Bono petit, proxima nocte, vbi Aquilo Orientẽ ſpectat, vigilias quas viris comitatus decem perrumpere poſſit conſtituat, ſeſe ſtudio tribus diebus à recto itinere aberraturum, quo interea præſidiarij ad deditionem ab eo compelli poſſint, Prę fectum auxilij cauſa ad vrbem profectum, ad conductum redire non videntes, ſeſe cum Anglicis Præfectis effecturum, vt populus ſumptis armis in aciem Gaveranis auxilio deſcendat, quem congreſſus tempore eſſent deſerturi. Fide data acceptaq́ue ad arcem pergit, dicit ſe cum Burgundo conuenire non poſſe, proinde proxima nocte ſtatuiſſe Gãdauum pro auxilio proficiſci. Erumpit nocte quinquaginta cum militibus, qui proditionis erant conſcij, in deſtinatam morti cuſtodiam, interfectoq; promptiſſimo quoque, dum cæteri ad tormenta rapiendum, aut inutilia reddendum fortiter pugnant, octo tantum comitatus Scaldim tranat, tertioq́ue die circa Solis occaſum Gandauum intrãs magno cum tumultu coronis hominum circundatus, exponit Gaveram ſummo in diſcrimine cum ciuibus præſidiariis verſari, ac niſi opem ferant, expugnatum iri, indeq́ue Burgundum infeſto cum exercitu ad vrbis portas prouolaturum, eamq́ue obſidione aut alio incommodi genere aucto exercitu preſſuram. Non dubitarent in pugnam contra exire, vix eum ſex militum millia habere, eoſq́ue homines modo conſcriptos, veteranos enim variis prœliis interiſſe, aut proxima oppida præſidiis obtinere. Approbabant viri verba Anglici Præfecti, docẽtes perditis tot munitionibus, Gaueram non eſſe deſerendam, niſi ſingulis horis ante vrbis portas pro aris & focis, famelici pugnare malint. Populus proditionis ignarus, ac quod è Republica erat, conſuli ſibi exiſtimans, in aciem educi inconditis vocibus petebat. Conuocatur Senatus, magiſtratuſque omnes, ac è ſententia Anglorum, Præfecti Gauerę, præconis voce evulgatur, qui per ætatem arma ferre poſſent, orto ſole cum iis parati adeſſent: qua de re eadem nocte proditores per fidum famulum Bonum certiorem faciunt, qui continuò tormentorum reboatu effractis Gaueræ muris, prę ſidiarios de auxilio deſperantes ad venditionem nulla intercedente conditione compellit, exeũteſq́ue paulò plus quam centum Gandenſes ad arbores iugulantur. Gauera vetus nobileq́ue caſtellum eſt, conditum ante aliquot ſecula ab eiuſdem familiæ viro nobili, medio ferme inter Gandauum ac Audenardam itinere, inter duo nobiliſſima Flandrię Flumina, Gandam coëuntia, Liſa nimirum (qui Vuerchini paulò ſuprà Aram Arteſiorum oppido oritur, quod ſecans perlabitur Haveſkerkam, Merevillam, Stenvuerkum, Armẽteriam, Vuaſtam, Comeneam, Menam, Corracum, Vinam, indeq́ue Gandaui in Schaldim influit) ac Scalde (qui haud procul oppido Guiſa in Picardis ortus perluit Cameracum, Bochainũ, Valencenas, Fanũ Amanti, Tornacũ, Elſegemũ, Petegemũ, Audenardãq; ſecãs, media Gãdenſi in vrbe Liſam ac Liuã abſorbet) adeo vt Gauerenſe præſidiũ, prope pagũ Aſperã ac Auvuegemium ad Scaldim ſitos, ſupra modũ Audenardenſes ac Corracenſes

Universidad de Deusto
Biblioteca

cēles vexaret, suosque fines ac pagos intra dicta flumina oppidaq; sitos, facilè defenderet. Cingitur castellum profunda lataq; fossa aqua abundans, lateritioque ingenti muro, qui præter turres idoneis locis excitatas, scatebat fenestellis, è quibus ballistarij cæterique iaculatores ante bombardarum vsum rem gerere solebant iusta certè munitio, contra sirmi etiam exercitus vim ante tormētorum bombardicorum ineuitabilia fulmina. Situm visitur loco plano, campestri, ac idoneo pecori pascendo, haud procul via Regia, qua Gādensis populus decimo Cal. Augusti in duo agmina diuisus, ac cum Principe suo iustis viribus de summa rerum, Flandriaque imperio decertaturus, iter faciebat. Prima acies cui varij præerant, habebat viginti quinque virorum millia, floremque militum Gandensium. Quadrata erat in longum exporrecta propter viam Regiam. Præcedebant proditores Angli, qui hunc honoris causa locum perierant, subsequebaturque Morellius cū Francis, hos Viride tentorium, Albatique. Arma erant lorica, galea, lancea pedestris, hallebarda, securis, gladius anceps quo vtraque manu res geritur, aliusque quo vnica tantum manu, malleusq; ferreus, prout his, aut illis quisque gaudebat, aut valebat armis, non cōtemnenda certè acies, nec quæ facilem, incruentamque Bono victoriam reliquisset, si fraus abfuisset. In altera acie, quæ passibus mille primam subsequebatur, nec numero, sed virtute cedebat, incōdita erat plebs bello parum experta, opifices, sellulari; ac proletarij homines, ad seditionem mouendam, quam pugnam constanter ineundam doctiores. His se iunxerant qui è Vuazensi ditione, ac quatuor Præfecturis, imò vniuersa Flandria bello viuentes, Gandensibus fauebant, accesserant exules, hominesque nequam cæteris è regionibus, quibus ciuilis belli tempore duces nunquam desunt, plusque hæc acies de præda, quàm pugna cogitabat, nil de primæ aciei victoria dubitantes. Inter vtramque aciem tormenta ænea ferreaq; admodum rudia impolitaq; equi attrahebant, quibus Matheus quidam Kerchovius cladis altera causa præerat. Gauera conspecta, Gandenses è via Regia in campum declinant, aciemque quadratam fróte statuunt angustiore, ac è densatis lanceariis contra equitum impressionem nonnihil coactam, latera custodiebant ballistarij pedites, ac duo equitum Gandensium millia, quibus Ioannes quidam Neuelanus Anglis cum equitibus imperabat. Tergum vbi debiliores maleque armati stabant, plaustra impedimenta portantia claudebant, quæ à trecētis veteranis ballistariis peditibus defendebantur. Acie instructa existimabant hac pugna Flandriæ imperium se adepturos, Comiteq; regioni è populo Gandensi, quos vellent daturos. Proficiscebantur ad tympanorum pulsum lento passu, expansis opificum vexillis, ac in medio volitante, supra cætera omnia supremo vrbis militari signo, contra Principem cui dicto semel sacramento, secūdum diuini humanique iuris leges obedientiam debebant. Is verò de aciei forma, hominum numero, cæterisque omnibus rebus plenè instructus, neque satis proditoribus fidēs quod naturalis eos leuitas paruo momento huc illuc impellat, Simonem Lalanum cum leui armatura centum viginti ballistariorum equitum præmiserat, quo hostes proficiscentes moraretur, vexaret, perturbaret, vulneraretque, suis interea veteri Francorum more tres in acies distributis. Primam ducebat Baumontij Regulus Burgundiæ Marscalcus, ac Chimaij dominus, habebantque sex bellatorum millia, distribuerantque hanc aciem in tres minores, quo quadratum hostilis phalangis corpus diuersis in locis per ballistarios, iaculatoresque aggressi, vulneribus fatigarent, equitibusque Burgundis aliquo in loco ad irrumpendum occasionem darent, quod non sine euidenti periculo tentaturi fuissent, si pleno cursu lancearios pedites fronte angusta coactos inuasissent. Primum agmen ducebat Comes Petiperrius germanus, Bono centum cum equitibus merens, cui iunxerāt octingentos pedites ballistarios. Secundo præerant Bauchampij ac Esprij Reguli, habebantq; ducentos equites, ac octingentos pedites ballistarios. Cæteros omnes regebat Iacobus Lutzēburgius, Baumontio ac Chimao cum ducētis equitibus extra ordinē necessaria procurantibus. Atqui hæc erat primę aciei tripartita figura. In secūda acie Bonus cū filio Carolo ac Antonio cōspiciebatur, comitabaturq; ab Estāpio Adolpho Cliuię Duce, Ioāne Coimbrio, Ducis Coimbrię apud Lusitanos filio, cognato Ducis Isabellę, multisq; aliis viris nobilibus, ac tribus equitū, sex peditū millibus. Postremę aciei præerat Gruthusę regulus, quē Flādrica nobilitas, ac qui è populo Principi māserat obsequētes, sequebātur. Posteaquam nobiles aliquot Bonus equestri dignitate ornasset, ac hi sese leuis armaturæ equitatui

equitatui Simonis Lalani iunxissent, vt cùm necessitas postulasset, laborantibus succurrerent, mererenturq; deaurata calcaria, tubis tympanisque sonum edentibus acies pleno passu ad pugnam contendunt, ac dum Gandenses ænea tormenta à lateribus cōtra Burgundicas acies exonerant, viros equosq; non paucos interficientes, casu, an (vt quidam volunt) dolo Anglico, non satis constat, vas puluere tormentario plenum igne corripitur, hominum equorumque Gandensium stragem facit. Præfectus tormentorum Matthæus Kerchouius remedium allaturus, alta voce ad proximos clamabat, Cauete ciues, cauete. Maior pars causam ignorans proditionem verebatur. Quare territa acies primùm vacillare, deinde paulum retrocedere cœpit, quo Anglorum Præfecti conspecto, cum omnibus commilitonibus transeunt, compellansque Ioannes Ostius Simonem Lalanum, inquit: Trado vt sum pollicitus aperto in campo populum Gandensem, iube nos incolumes ad Principem deduci, cùm fideles eius milites simus. Lalanus per duos nobiles ad Boni aciem eos perduci curat. Ioannes Neuelanus conspecta Anglorum transitione, suis cum equitibus Lalanum longiùs à prima acie prouectum inuadit, qui impar multitudini, pugnando pedem sensim referebat, donec sese primæ aciei agminibus circumfudisset. Gandenses receptis ex ira animis, non obstante Anglorum transitione, tanto impetu primam hostium aciem inuadunt, vt aliquot passibus retrocedere cogerent. Marscalcus veritus ne oppressa acies fugiendo, secundam terrore in fugam quoque traheret, per equitem Bauchampio nuntiari iubet, sese pugnando mediæ aciei fine tumultu iungat, quo coniuncti hostium sistant impetum. Bauchampius pugnæ ardore parùm sui iuris respondet, se pugnando peruenisse, vnde sine summo dedecore pedem referre non posset, ob cuius responsi insolentiam (quāquam ad se reuersus Marscalco paruerit) paulo pòst à Bono veniam petiit, fassus se Principis legato præter militaris ordinis disciplinam irreuerenter respondisse, quod præsertim tempore pugnæ capitale esse solet. Prima acies secundæ coniuncta manus cum Gandensibus acriter conferebat, necdum quisquam de pede referendo cogitabat, donec in tergo Gandensis aciei clamor, vlulatusque ingens eorum qui à puluere tormentario assabantur, oriretur, quem qui in fronte pugnabant audientes, tēq; perditam accepta ibi clade existimantes, armati inermesq; Scaldim versus fugam arripiunt, tranareque conantes magna ex parte merguntur, aut à ballistariis primæ aciei, sine discrimine interficiuntur, qui in natantes destinatis ictibus collimantes nemini parcebant. Ioannes Neuelanus cum equitibus tranans, primus Gandaui cladis nuntium attulit. Dum fugientes in Scalde, aut ad ripam cæduntur, Viride tentorium, Albatique, non consueti, vix consertis manibus, inulti cadere, duo fermè virorum millia, armis, ordineq; seruato in proximam se conferunt Peninsulam, quas agrestes ductis è Scalde à fronte ac lateribus fossis, angustaque à continenti relicto ingressu fecerant, pecoraq; in ea pascentia concludebant. Veterani nil quo traiicerent reperientes, hostemque ferocem à fronte instare videntes, dant vltro citroque fidem hostis potestati nil se commissuros, sed ad extremum vsque spiritum pro veteri belli gloria se dimicaturos. Nobiles aliquot rem parui negotij iudicātes, in eos impetum faciunt, excepti infestis hastis occiduntur quidam, maior verò pars vulneratur, cecidissentq; omnes, nisi oportunè auxilium Princeps ipse cum filio Carolo, non tamen sine euidenti periculo, attulissent. Posteaquam enim hos veterani cognouissent, vim rabiemq; omnem (odio peruicaciam obstinationemque augente) in eos conuertunt, Bonique equum quatuor locis, Carolum in planta dexteri pedis vulnerant, multique nobiles ignobilesq; cæsi, dubio adhuc Marte, Principes cum veteranis decertassent, nisi ballistarij mediæ aciei in latera deducti, ac recentes equites à fronte vrgentes, veteranos omnes pertinacibus animis repugnantes confecissent, nemine vitam deprecante, nec arma ponēte, maioremque cladem Bono, à duobus hisce millibus, quàm ab vniuerso Gandensium exercitu accipiente. Altera Gandensium acies prima fugiente, prœlio non tentato eam est imitata, sed equitatus omnes insecutus, cladem occisis Gandensium decem millibus auxit. Capti sunt mille sexcenti, ac ex his eodem die trecenti strangulati, cæteri subsequente mox pace liberati. Desiderauit Burgūdus circiter septingentos viros, quorum maior pars in peninsula pugnans cecidit, ac inter hos Ioānem Guiselium Hannonium, Ioannem Polignium Burgundum, Oliuerium Lanoum, viros antiquæ nobilitatis. Gandaui clade intellecta, luctusq; mærorq; eorum ingens, qui parentes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fratres,cognatos,affines,aut maritos perdiderant,oritur,singulis horis iratum Principem cum exercitu recenti victoria ferocientem expectantes,satis gnari quid cõtumaci rebellione meriti forent. Non tamen sibi deest Senatus,occludunt portas,vigilias,præsidiaque disponunt,ad arma senes puerosque vocant,veriti ne insequentes Burgundi, mixti ciuibus fugientibus in vrbem irrumperent,quod fortasse contigisset, nisi Bonus in Peninsula fuisset detentus. Appropinquabant vrbi præcursores Burgundi, stabantque ante portas quatuor inermium millia,intromitti suppliciter orantes,nec quicquam impetrantes. Verùm quod in mandatis præcursores haberent, ne inermibus nocerent, varias in partes dilapsi latuerunt. Bonus enim Scaldim cadauera vix trahere,infectis sanguine aquis,videns, campumque circa se omnem interfectorum cadaueribus disseminatum, tabido cruore squalere,posteaquam à varus vt sæuiret in rebelles, suppliciumq; ad aliorum exemplum sumeret,esset irritatus,aliquandiu cogitabundus,tandem Deo magno animum ad misericordiam mouente in hæc verba cæsos intuitus prorupit: Sùntne hæ oues quæ me, meosque nutrire ac vestire sunt solitæ? proinde quisquis ex hac victoria compẽdium facit,detrimentum ego certè summum patior. Gratias tibi summe Deus habeo immortales,parens ac protector Principum,quod me opprimi à malesanis non permiseris, nec lupis in prædam concesseris,quos sibi homines excæcata mente insanientes, dominos ac principes legerant. Exinde accersito Scriba omissis aliis rebus, statim literas Gandauum suo nomine exarari iubet,quibus se præteritorum veniam,ac pacẽ iisdem conditionibus dare testabatur,quibus ante annum Insulis à regiis legatis fuerat oblata. Pauca tantum « parui momenti se additurum,quæ veteres vrbis immunitates nõ essent diminitura: Gan- « denses pro huius belli expensis,trecenta aureorum equitum millia, ac alia quinquaginta « millia,quibus restituetur templum Ripelmondanum,aliæq; ædes sacræ ab iis exustæ,sol- « uunto. Cõditiones olim cum Tornacensi Episcopo factas seruanto. Renunciabunt in per- « petuum actioni quam allegant in ditionem Audenardanam,Corracensem,Alostẽsem, « Teneramundanã,quatuor Præfecturas, Vuazanã,Birvletanã,ac Gersbergẽsem, nec post- « hac necesse fore, vt eæ aliunde ius quam à domestico magistratu petant, aut alibi quàm « ad Comitis Flandriæ Curiam appellent. Reliquas pacis conditiones, paulo ante sub anno 1452. descripsimus. Summo hæc cum gaudio Gandaui lecta, approbataq; testatur, quod Principis insuper potestati commiserint,corpora bonaq; omnium. Cum exercitu deinde Burgundus postridie Cal. Augusti Ledebergæ prope portam D. Leuini venit. Media acies regia stabat via,in fronte ipse Princeps,insidens armatus equo, ab eis in peninsula vulnerato. Astabat filius Carolus,cæteriq; viri illustres. Prima acies dextrum: postrema sinistrum eius latus claudebat, egrediunturque ad eum, viri è Senatu lecti viginti quinque linea tantum veste, suprà nudum corpus induti,capite,pedibusq; nudi. Post hos omnium opificum Præfecti,à Burgundiæ Marscalco adducti. Præcedebat Abbas D. Bauonis, Priorq; Cartusianorum,hos omnes denique duo virorum millia è populo lecta,capibantur,simulque omnes ad Principis equi pedes in genua prouoluti,dictus Abbas pro vrbe vniuersoque populo verba faciens,ter intentissima voce,lachrymabundus,suppliciter veniam ac gratiam petit. Approbat populus rogantis vocem edito gemitu, singultu, ac murmure miserando. Post tertiam rogationem, Bonus ad hunc modum eos alloquitur: Quoniam supplices veniam commissorum rogatis, eam vobis animo liberali concedo, neque per me stabit,quin clementem ac tractabilem habeatis posthac Principem, si modo debitum præstantes obsequium à fidelitatis officio amplius non defeceritis. Polliceor enim vobis me ea ratione vim ac iniuriam omnem quam existimationi meæ, tum dimentũ quod fidelibus meis subditis intulistis,animo planè depositurum. Exinde ad equi pedes opificum omnium militaria signa deponuntur, quæ Rex Armorum ordinis aurei velleris inspicientibus singulis sacco imposita auferri iussit, explicataq; sunt paulò pòst ad actæ rei memoriam, partim in templo D. Virginis Bolonię, partim eiusdem in templo Hallæ. Posthæc Gandenses corporum inclinatione, ac Abbatis oratione gratias Principi agentes in vrbem reuertuntur, omniq; lætitiæ genere, pacem sibi obuenisse gratissimam aliquot diebus testantur. Burgundus Gandauum ingredi nondum volens, cum exercitu Gaueram,indeque Audenardam,postremò Insulas proficiscitur, persolutisque stipendiis, donisq;

donisq; tributis omnes dimittit. Sex mensibus Insulis mansit, variis se ac amicos conuiuiis,ludis,ac spectaculis, quibus otiosi tenentur animi,reficiens,quem Flandri liberatos se ciuili bello gaudentes sunt imitati. Atqui hac ratione virago illa Gandensis, affectus animique ferociam moderare, fastum deponere,mulierque ex virgine facta virum ferre didicit,tanto sua minori cum infamia, quod eius Principis iugo submittere ceruicem sit coacta,cuius ante se leges admittere,Reges,Principes,Duces,ac Comites non sunt dedignati. Floruerat Gandauum ab anno 1330. ad hoc vsque tempus centum viginti tribus annis bellicæ virtutis opinione omnes Flandriæ vrbes superans,potentia verò, auctoritate,ac opibus, aliquot Regionis Comites vincens, ita vt externi principes non semel amicitiam eorum ambierint. Verùm quod Reipublicæ constituendæ imperiti, infimæ sortis turbulentis ac inquietis hominibus rerum gubernacula, neglectis aut pulsis viris politicis bonisq; committerent,Democratiamq; amplexi, homines nobiles pellere, aut in ordinem vulgarem redigere nulla de causa semper studuissent, nõ mirum si vt cæteræ eius gubernationis Respublicæ,caducum,ac breuis æui imperium adepti, potius inter publicę quietis perturbatores,quam bene cõstitutarum Rerũpublicarum exempla sint numerati,cùm ea omnium ferè populorum sit conditio, vt aut abiectè seruiat, aut superbè imperet,medium prorsus ignoret. Tertiò Idus Nouembres Papæ Nicolai huius nominis quinti tristes legati Bono nuntiant,Mahumetem Turcarum Regem vrbem Constantinopolim toties frustrà à prædecessoribus tentatam 54. obsidionis die expugnasse, nullo; non crudelitatis genere, in omne hominum genus sæuiisse,Imperatori Constantino,cæterisq; Principibus ceruices amputasse, vxores,filias,nobilesque matronas constupratas in partes secuisse, sacra Christiana omni spurcitię genere contaminasse,imagini Christi crucifixi illusisse,perque vrbem circumlitam stercore,lutoq; conspurcatam demum confregisse,addidisseque: Hic est Christianorum Deus. Templum Sophiæ in honorẽ Dei Opt. Max. à Constantino magno mirificis operibus extructum, impostori Mahumeto consecrasse,ac proinde petere,vires fortunamque contra Christiani nominis hostes exerat,defendatque Christianorum Ecclesiam,vrbemq; Constantinopolim cum terra sancta recuperet. Bonus natura pius, ac religionis Christianæ cultor sincerus Middelburgi apud Zelandos instrui ac armari iubet triremes quatuor, nobilique Lusitano committit, qui è Zelandia in Hispaniam vectus, superatis freti Gaditani angustiis, delatusq; in mare Mediterraneum, recta Ostiam portum Romanum inuehitur,indeque ad vrbem profectus, Pontificemque veneratus, ei literas Burgundi tradit,promittentis, si pacem vicini Principes constanter coluissent,ac cæteri Principes Christiani arma pro religione sumpsissent, iustis cum viribus se comitem iturum, quos dum frustra aliquot menses Lusitanus expectat,operam suam Pontifici contra Mauros piraticam exercentes non semel probauit. Interea ad expeditionem Orientalem Belgicam nobilitatem animaturus duodecimo Cal. Martij anno 1454. Insulis conuocat primarios suæ ditionis nobiles fermè omnes, variisq; 1454.
conuiuiis per quatuordecim dies eos excipit, ac ab iis transmisso sæpius conuiuali ferto, cæremoniarum iucunda varietate imprimis grato exceptus fuerat, inter quas si Comitis Estampij describero,facilè lector cæterarum epularum magnificas nugas, splendidasque coniiciet manitates,cùm eius temporis historici,hisce describendis diligentiores fuerint, quàm obseruandis historiæ debitis legibus. Absoluta vario ciborum gulam irritantium genere instructissima cœna, pro more Estampius adferri iubet fertum conuiuale: cui enim hoc imponebatur,is proximum se conuiuatorẽ agnoscebat. Adferebat hoc Estampij nomine virgo quatuordecim annorum,induta cærulea holocerica toga,cuius fimbriæ, manus latitudine è puro auro acu erant depictæ, defluebant in tergum longæ angustæq; manicæ, variis aureis Græcis conspersæ literis. Flaua virginis coma aureo filo artificiose plexa, ac circum caput decore in orbem posita visebatur. Frons ampla instar crystalli resplendens lucebat. Capiti impositum ferebat ornamentum pyramidale, è cuius fastigio in dorsum viridè tenuissimum dependebat sericum varij generis coloriq; lapidibus pretiosis conspersum. Insidebat virgo asturconi albo, cui cæruleum tenue sericum erat instratum, adducebantque per frenum tres viri nobiles togis fericis oblongis,purpurei coloris vestiti, capitibus tegumenta ferentes incurua, ad instar cornu venatorij, cuius vitta è viridi erat serico. Fœcialis virginem præcedebat veste ornatus militari, in cuius dorso,

Universidad de Deusto
Biblioteca

pectoreq; Estampij auita visebantur insignia, hunc nobiles bini accensa præferentes funalia. Item bini ordinis equestris, nigris talaribus holosericis, induti palliis, quæ pretiosis martium pellibus suffulta erant, capitibus nudis, Sertum conuiuale manibus tenentes, quos dicta virgo Asturconi insidens sequebatur, cognominata Gaudij Princeps, tribus viris nobilibus equum adducentibus, ac cantilenam Sertum commendantem suauiter decantantibus, donec Burgundo propinqui ex aduerso stantes silerēt, honoreq; summa cum reuerentia exhibito, Estampij fœcialis Gallicis rhithmis (vt eos ludens amicus quidam noster transtulit) in hunc cum modum alloquitur:

Nos tibi deferimus Princeps clarissime sertum,
Qualia Principibus Galli de more vetusto
Flore nouo texunt, atque in conuiuia mittunt.
Mittitur hoc animis ad te concordibus, & de
Consilio communi: ante hos Estampius omnes,
Te Comes hoc absens dignari iussit honore.
Flos nouus, intactusq;, & quæ fert corpore casto
Nullum passa iugum, atque integro corpore virgo est,
Vtq; videre licet, primæuo tempore floret.
Si nomen quæris? gerit Euphrosyneia nomen,
Tristitiam fugiens, cultum amplexatur honesti:
Tu quoque nostrum hilari donum, vir maxime, vultu
Accipe: eant læti circum pia tempora flores.

Exinde bini nobiles virgini sertum tradunt. Tres Asturconis ductores in terram eam sistunt, idemq; nobiles qui sertum tradiderant, medio receptam ad proximos mensæ gradus ducunt, vbi cùm Principi honorem ad terram vsque flexis genibus magna cum reuerentia feciſſet, in summum ascendit gradum, ac vtroque iterum genu flexo exosculatoque serto eius capiti imponit, qui virginem terra subleuatam osculoq; exceptam ac honorificis verbis laudatam, dimittit. Cùm descendisset reiterato curuatis genibus honore Asturconi imposita, probeque officio functa cum comitatu discessit. Posthæc Bonus sit conuiuator, cuius cœna quàm vario ciborum vinorumque genere scatuerit, quibus scenicis ludis, musicisque instrumentis abundarit, melius credet, qui Oliuerium Marcanum scriptorem Gallicum virum nobilem, harum nugarum administratorē, easq; ad nauseam vsque describentem legere voluerit. Inter alia Antocreas stabat quo aperto visebantur viginti & octo viri, variis musicis concinnos edentes sonos instrumentis, quoties noua inferrentur fercula. Absoluta fermè cœna, viuus apponitur Phasianus, aureum collo monile variis ornatum precios lapidibus ferens, quem à duobus allatum virginibus, soluta oratione hoc modo Bonum suus alloquitur fœcialis: Potētissime Princeps, veterum mos
" fuit extraordinariis conuiuiis, viris principibus, Auem nobilem viuam apponere, eaque
" presente res honestas ac generosas promittere, qua de causa hic Phasianus, à virginibus tibi appositus, enixè commendatur. Paulò antè alia virgo (nomen erat sancta Ecclesia) cō-
questa fuerat, se ab eo omnibusq; veteribus protectoribus deseri. Bonus è sinu acceptam ei dederat tabellam, in qua votum quo Ecclesiæ opem promittebat, descripserat, quo lecto, actis ei gratiis, lætior discessérat. Hāc subsecuta fuerat virgo alia, albo serico, nullo ornatu addito vestita, nomine DEI gratia, adducebatq; ad eum virgines duodecim, quarū consilio innixum contra hostes religionis Christianæ victoriam pollicebatur, singulis ei gratias agentibus ac paucis versibus quo modo vestigia sua sequi deberet docentibus. Virginum nomina hæc erant: Credulitas, charitas, spes, iustitia, ratio, prudentia, moderatio, fortitudo, veritas, liberalitas, diligētia, magnanimitas. Post paucos dies denuò Bonus, viris, fœminisque nobilibus Insulis dat cœnam, ac singulis audientibus, in hunc modum coram Phasiano vouit: Promitto Deo creatori meo, virgini Matiæ, nobilibus matronis, ac
" Phasiano, Si Dominus meus Francorum Rex ad sacram proficiscatur militiam, ac pro de-
" fensione religionis Christianæ, contraque vim Turcarum, cæterorumque incredulorum
" vitam periculo exposuerit, me (si cuidens necessitas aliud non coëgerit) ei pro fortuna-
" rum viribus, proprio corpore auxilio iturum. Quod si negotia, aut valetudo Regis non permiserint vt proficisci possit, sed suo loco Principem sui sanguinis, aut alium miserit,

promitto

promitto me huic non secus quàm si Rex præsens foret, pariturum. Denique si is regni
" sui status fuerit, vt nec proficisci, nec alium mittere possit, cæteri tamen Christiani Prin-
" cipes pro viribus instructi proficiscantur, iusta quoque manu pro opibus armata, Christia-
" nam defensurus religionem euntes comitabor, modò dominus meus Francorum Rex
" consenserit, ac Ordines mearum ditionum (quos mihi Deus gubernandos dedit) permi-
" serint, efficiamq; vt omnibus constet, per me non stetisse, quo minus pia expeditio effectum sortiatur. Postremo, si durante sacra expeditione, Turcarum Rex singulari certamine mecum congredi desideret, adiuuāte Deo opt. max. D. Virginis Marię precibus prodibo in arenā. Insulis duodecimo Cal. Augusti anno 1454. Subsignatum mea manu Philippus. Posthæc vouit Carolus Charolous vnicus Boni filius, legitimo thoro susceptus, hoc modo: Promitto Deo creatori meo, D. Virgini Mariæ eius matri, nobilibus matronis, ac Phasiano, si dominus paterque meus, sacram, vt proposuit, seque facturum sperat, susceperit expeditionem, eiusque sit voluntatis, me comitem proficisci, vouco me iturum, eique pro virili seruiturum. Eodem modo paucis mutatis verbis, vouerunt, Ioannes Chiuiæ Dux, Ioannes Burgundus Estampij Comes, Adolfus Cliuius Rauastani Regulus, Anthonius Burgundus, Pusius, Charnius, Crouiacus, Chimaus, Santonius, Crequius, Comminæus, Rochefortius, Syluius, Bossuus, Lalanus, Haubordinus, Bergius ad Zomam, Tholongoneus, Christianus ac Euerardus Digeonius, Nicolaus Rollinus Burgundiæ Cancellarius. Exinde epularum ludorumque finis est factus, posteaquam septem menses his nugis, magno ciuium cum emolumento, triuisset. Bonus verò voti nunquam non memor, omnes posthac cogitationes ei exoluendo intendit, eaque de causa in Germaniam ad Imperatorem Fredericum proficisci, ac cum eo, cæterisque imperij proceribus de sacra expeditione agere statuit, desponsata prius filio Carolo Isabella, Caroli Borboniæ Ducis, ac Agnetis Burgundiæ sororis suæ filia, Pontifice Nicolao potestatem faciente, quanquam Dux Isabella, filiusque Carolus sponsam Anglicam e Lancastrica familia maluissent, quod Isabella parte matris, ex ea originem (vt in vita Philippi Audacis scripsimus) traheret. Sed considerans vterque eum in Francia amicos ac affinitatem quærere, refragari non audentes, sponsalia inscio patre matreq; sponsæ (quod sponsa apud Bonum educata habitaret) peraguntur, nominatq; Bonus filium Carolum Belgarum Præfectum, adiungitque consiliarios Nicolaum Rollinum virum prudentem multæq; experientiæ, Antonium Crouiacum virum nobilem militiæ gnarum, ac Goxij Regulum. Belgis igitur iocunda pace, rerumque omnium abundantia hoc tempore florentibus, Bonus centum Belgarum nobilibus comitatus equitibus in Burgūdiam proficiscitur, vbi cum ducenti nobiles se Belgis iunxissent, in Germaniam ad Imper. Fredericum contendit. Exceptus est à Germaniæ proceribus, præcipue verò Bauariæ Duce sanguine sibi iuncto, tanto cum honore, vt Imperator æmulatione non obscura tactus, in Austriam eo non viso reuerteretur, missoque Cancellario nuntiari iubet, ne vlterius pergat, quod aduersa valetudine correptus, negotiis vacare non posset, Cancellario absoluta se tractandi potestatem dedisse, restituta verò sanitate, se Imperij Principes conuocaturum, ac de sacra expeditione acturum. Bonus considerans honoris æmulatione, non morbo, Imperatorem laborare, ac proinde timere ne in Oriente, non secus quàm in Occidente nominis Burgundici decus inclarescceret, adhæc Franciæ Regem Anglorum armis pressum, nobiles in Syriam non dimissurum, animi dolore in morbum incidit periculosissimum. Verūm Deus nolens Belgas ex imperio prudentis moderatique senis, in manus ferocis ac temerarij adolescentis præcipitare, pristinam ei valetudinem restituit, domumque reuersus non semel de Imperatoris pusillanimitate est cōquestus. Cùm enim vniuersam Germaniam, Bohemiam, Austriam, Poloniam, Hungariā armare posset, auxiliaque promitterent Belgæ, Burgundi, Franci, Itali, Hispani, Angli, Schori, Dani ac Suuedi, summoque cum honore, ac nominis diuulgatione, Europam Orienti committere posset, animo corporeque torpens, nil in tanta oportunitate auderet. Curata apud Burgundos valetudine, cùm cum Aurantij Princeps honorificè tractasset, in Belgas reuersus lætatur filium Carolum Insulis Isabellam Borboniam decimotertio Cal. Nouembres vxorem duxisse, eamq; ex eo grauidam à matronis nuntiari. Exinde anno 1455. magno Bel- 1455.
garum commodo, perpetuū instituit concilium, cui Præsidem ac Procuratorem Princi-

pis

Universidad de Deusto
Biblioteca

pis (generalem vocant) dedit, suamque semper Senatores aulam sequi voluit, hac ratione subditorum lites, appellatione cognituros, ac quæ alicuius forent momenti, suo iudicio finituros, cùm antea pugnis ac latrociniis, dissidentes inter se homines, ius suum tueri essent soliti, infirmiores verò à potentioribus semper opprimerentur. Senatus ac Curia Parisiensis (Parlamentum Franci vocant) ægerrimè institutionem noui concilij tulit, quod Flandri ac Atrebates magno Iurisperitorum Parisiensium quæstu in eius vrbis Curia ex appellatione litigare essent consueti. Verùm Bonus in proposito perstitit, nec tamen cuiquam appellare Parisiis prohibuit. Secretum hoc concilium vocari voluit. Crescentibus successu temporis litibus (quę pacis tempore supra modum augeri solent) anno 1505. Philippus Austriacus in Hispaniam proficiscens (vt eius in vita descripturum me spero) huius concilij Senatores diuisit, certumque vnicuique parti locum assignauit, vna Mechliniæ (sumpto supremi concilij nomine) Principis iussu sedem figente, vbi è Prouincialibus Curiis, Flandri, Artesij, Hollandi, Zelandi, Frisij ac Lutzenburgij appellant. Altera in vrbe Bruxellensi permanente; seruato Arcani concilij nomine, ac vnicuique Præside ac Principis procuratore attributo, possuntque & dictæ regiones hic appellare, quòd non minus causas ciuiles, quàm bellicas tractent, rebusq; ita exigentibus, è supremo nonnunquam, cuius est caput, aut prouinciali desumpta causa, sententiam ferunt, maximè cùm Principis interesse existiment. Circa Cal. Apriles moritur Adolfus Diepenhutius Antistes Traiecti ad Rhenum, tum temporis vtriusque Ordinis ac ditionis Transisulanæ dominus. Quamobrem Bonus summa diligentia apud Ordines laborabat filium Dauidem illegitimo thoro susceptum, eoque tempore Terouuanæ Episcopum, in Antistitem eligerent. Arnoldus Egmondanus Geldriæ Dux pro Stephano Bauaro rogabat. Sed Vltraiectenses, ne electione alterum offenderent, vtroque omisso, Gisbertum Brederodium in summo tum templo proximum ab Episcopo locum obtinentem (Domprostum vocant) Episcopum nominant, sed qui summi Pontificis Calixti consensum impetrare nō potuit, quòd Bonus filio Dauidi à Calixto Episcopatū impetrasset. Instigabat Burgundū ad dignitatem obtinendam, perpetuū Hollandorum Vltraiectēsiumq; dissidium, quod hac ratione, filium Dauidem nulla ratione admittere velle, mense Octobri cum non contemnenda armatorum manu in Hollandiam contendit, aduersus Vltraiectenses ac Transisulanos moturus. Sed ij copiarum magnitudine quos Hagacomitis (Aurei velleris di-
1456. gnitate, aliquot ibi nobilibus ornatis) coëgerat, territi, mense Aprili anno 1456. rem arbitrio Ducis Cliuiæ, ac Domini Brederodij committunt, qui in concilium adhibito Ioanne Renessio, proximum in summo templo à Domprostio dignitatis locum obtinente (Domdecanum vocant) Ioanne Preussio, Iacobo Montfortio, ac plærisq; aliis, tandem Leidæ congregati, his conditionibus controuersiam componunt: Gisbertus Brederodius Episcopali dignitate Dauidi Burgundo cedet, seruata Domprostia, ac Præpositura Audemunsterana, quibus ei dignitatibus Bonus iunget Præposituram D. Donatiani apud Brugenses, soluetque quamdiu vixerit Brederodio Dauid, singulis annis quatuor aureorum florenorum millia, ac pro expensis in hunc diem factis quinquaginta semel aureorum leonum millia. Ex Episcopatu verò Terouuanensi singulis annis Dauid Brederodio ad vitam soluet duo aureorum liliorum millia, nominabitque ad hæc Brederodium Bonus Hollandiæ Cōsiliarium, assignatis ei singulis annis mille florenis. Hisce conditionibus cedente Gisberto, Dauid Episcopali sede potitur, quo annis quadraginta, magno omnium ordinum cum amore, sed non semper culta cum vicinis pace præfuit. Daventrienses cæterique Transisulani, conditiones admittere nolebant. Quare aeriter à Bono per duos obsessi menses, tandem opera Cliuiæ Ducis, Ordinumque Vltraiectensium pax componitur. Multa Transisulanis concessa, quod Frisiorum rebellionem instigatione Ducis Saxoniæ timeret. In Hollandiam dimisso exercitu, reuersus intelligit Lodouicum Delphinum, patris Caroli iram fugientem in Brabantiam supplicem aduenisse. Conatus fuerat Delphinus ante duodecim annos cōiuratione cum aliquot Franciæ proceribus inita (vt suprà scripsimus) patrem tanquam inidoneum regno priuare, à quo tempore (quanquam opera Boni condonata coniuratione in gratiā foret receptus) nunquam sincerè à patre dilectus, tandem ex eius Aula in Delphinates se receperat, ac ad hoc vsq; tempus,

tempus, spacio nimirum decem annorum habitarat. Interea paruis primum de causis ira repullulauerat, existimans Rex non frustra res exiguas, quanquam in speciem negligendas, à filio tentari, maximeq; animum angebat mors concubinæ Agnetis, vltra modum adamatæ, quę à Delphino procurata ferebatur. Quare non diutius dissimulandum tatus, Comitem Dāmartinum insto instructum equitatu, in Delphinates properare iubet, filiumque vinctum adducere. Sed is de aduentu Dammartini præmonitus sex tantùm ad fugam horas nactus in Burgundiam paucis comitatus ad Aurantij Principem, ac Burgundiæ Marscalcum, infestissimos belli tempore hostes confugit, indeq; vt perebat iusto cum comitatu Bruxellam Brabātiæ vrbem ad Bonum peruenit, à quo non minori quàm si Rex venisset, cum honore est susceptus, attributo ei oppido quo secederet, Gennepio, singulisque donatus mensibus mille quingentis aureis liliis, quibus familiam aleret. Duxit in Brabantia vxorem Carolinam Sabaudiæ ducis filiam, quæ duos exilij tempore ei peperit in Brabantia liberos. Rex elapsum è manibus filium perfugisse ad Burgundum intelligens, repetere non desistebat. Is constanti animo tradere supplicem recusabat, addens, quando ac quo vellet abire eum posse. Sperabat Delphinum, immenso deuinctum beneficio, posteaquam Rex factus foret, coniunctissimum ac maximè beneuolum filio Carolo, ac Belgarum ordinibus futurum vicinum. Sed frustra ingratis, ac distortæ indolis hominibus beneficia conferuntur, quod Rex ipse Carolus hisce verbis est vaticinatus: Ignoras Dux Philippe feræ belluę naturam. Nutris enim lupum qui oues aliquando tuas „
est delaniaturus. Recordare Apologi, vbi rusticus anguem gelu propè enectum miseratus „
domum defert, ac geniali foco refouet, quomodo vigore recepto sibilis ab eo fuerit oppd- „
gnatus. Cùm non moueri Bonum videret, præsidia in oppidis eius ditionibus propinquis auget, idemque is suis facit in finibus, verebanturq; Belgæ, ne sopitæ resuscitarentur inimicitiæ, ac proinde Delphinum nunquam venisse optabant, aut patris arbitrio dedi debere persuadere nitebantur, excogitatasque esse inter Regem ac Delphinum inimicitias hac sola de causa asserentes, vt simulato exilio Delphinus Boni mentem, consilia secretiora, oppidorum situs, subditorum voluntates, ac filij sui Caroli conditiones perdisceret, arreptaque occasione, dissidium, inimicitias, rebellionem, coniurationemq; inter Principem, nobiles, populum, ac vnicum filium excitaret. Quicquid fuerit, patris certè Regis vaticinium euentu non caruisse, res ipsa comprobauit, eo magis omnibus fidem his adhibentibus, quòd mense Februario anni 1457. (cùm die duodecima eiusdem mentis, nascere- 1457.
retur Maria filia hæresque vnica Caroli Pugnacis) periculosissimum dissidium inter Burgundum filiumque eius vnicum Carolum nascereturr, cuius scriptores hanc adferunt causam: Inter omnes Aulæ Boni proceres, nulli Crouiacos dignitate, honore, nec opibus superabant, multumque eorum consilio, arduis in rebus Princeps propter expertam prudentiam, ac rei bellicæ scientiam vtebatur. Hi considerantes plurimum Delphino à Principe tribui, tanta cum diligentia ac fide omnibus in rebus ei operam præstabant, vt fermè neglectis Caroli Burgundi negotiis, soli Delphino, cōniuente Bono obsequerentur. Inde primum indignatio, deinde ira, postremò odium ex æmulatione erga Delphinum, Crouiacos, ac qui cum his faciebant, ortum, verente Carolo, vt erat natura suspitiosus, nequid sinistri contra nomen Burgundicum molirentur: mutataeq; sunt hæ Caroli affectiones, tum primum in capitales inimicitias, posteaquam Crouiacum supellectilem postremæ Bethunensis dominæ consensu patris inuasisse intelligit, quam prius sibi cum agris, ac omnibus redditibus donasse prædicabat. Iuuabat suspitionem sparsa fama, qua ferebatur pater Ioanni Crouiaco donasse Comitatum Namurcensem, Estampio Bononiensem, Ioanni Lanoio ditionem Arculeam, quæ cum rata habere Carolus nollet, sibi eos malè velle suspicabatur, ac ne plura senex pater intempestiua liberalitate donaret verebatur: cumque Crouiacis, patris sui amicitia fultis, apertè nondum nocere auderet, cum aliquot proceribus, clam in pernitiem eorum coniurat, tracto in partes suas Nicolao Rollino viro prouectæ ætatis, docto, ac multæ experientiæ, qui propter Burgundiæ Marscalcum Crouiacis intimum, iisdem inimicus erat factus. Causa inimicitiarum cum Marscalco erat, quod Pesmei regulum veterem inimicum, Marscalci verò ac Crouiacorum amicum, certis de criminibus, opera sua accusatum conuictumque, iudicialis sententia capite plexissent, nec tamen ei opem extremo in discrimine quisquam amicorum ferre potuisset,

Universidad de Deusto
Biblioteca

potuisset. Hæ ambitiosorum hominum stultissimæ nugæ, primæ fuerunt causæ exitialis fermè dissidij inter Bonum ac filium eius Carolum, nomenq; Burgundicum sine dubio pessundedissent, nisi diuinum numen necessario tempore, nebula ignorantiæ discussa, Francorum consilia seni Bono detexisset, iisque obuiam ire docuisset. Auxit patris filiiq; dissidium, cùm Caroli famulitium institueretur. Iubente enim patre, tertium filius acciperet cubicularium, Philippum Crouiacum Queueraini regulum, filium Ioannis Crouiaci, cui Carolus inter omnes pessimè volebat, ille Anthonium Rollimum Aimerij regulum filium dicti Nicolai petebat, adeoque obstinatè patri hac in re restitit, vt in cubiculo orationi destinato matre præsente à patre vocatus, petente accipienteq; eo chartulam in qua famulorum nomina quos petebat descripta continebantur, eo vxoreque inspiciente, in ignem coniiceret, addens: Ito, indiges enim, ac alias quærito tabulas, accensaque eodem momento adusta bile, adeò iracundia est elatus, vt silens tertiusque Carolus sequente matre cubiculo exiret. Tum verò multò magis efferuescente tetro humore, furibundus equum circa vesperam conscendit, ac antequam domesticorum quisquam paratus sequi posset, vrbe Bruxellensi exit, perque auia, inuiaque solus deerrans circa noctem in silua ad Carbonarij domum frigoris pellendi causa diuertitur, qui non de plebe hominem esse facilè perspiciens, familiari eum foco refocillans, ad proximam venatoris domum deduxit, qui agnitum Principem, lęteq; susceptum, nocte ea, vti potuit, tractauit. Secesserat Carolus Teneramundam, quo patris iracundia vergeret expectaturus. Sed de cerebri motione certior factus non parum doluit. Facta luce in silua repertus, ac ad se reuersus, à quibusdam obiurgatur, ab aliis adhibita consolatione lenitur. At ille nil adeò indigne ferebat, quàm quod vxor se relicto, inobedientem secuta filium contumax eius peccatum comprobasse videretur. Sed cùm per Burgundiæ Marscalcum iustam facti reddidisset causam, in gratiam est recepta. Interea Delphinus consilio Burgundi ac procerum, mittit Rauastaini regulum aurei velleris fœcialem (Haraldum Franci vocant) ad Carolum, rogatum an cum patre præstita obedientia in gratiam redire velit, an contumaci inobedientiæ proposito inherere? At is missо Bruxellam Oliuerio Marcano ad Nicolaum Rollinum, ex eius consilio respondet, sese patris in potestate futurum. Atqui mo Bicheo, ac Guidone Dusio, quod Bonus hos præcipuè dissidij causam dedisse existimaret, qui cum in Franciam secessissent, clam à Carolo pecunia sunt adiuti, ipse Bruxellā ad patrē reuertitur. Posthæc Bonus, inconsulto Francorū Rege, cum Anglis nouennalū redintegraret. Verùm expertus sese Anglis Burgundisq; fœdere iunctis imparē semper fuisse, timeretque ne Delphini causa Francorum aliquot proceres ad Burgundum transirent, veteris infortunij calamitatibus ante oculos versantibus, repressa ira bello abstinuit, manente inter Francos Burgundosq; Delphino pacis pignore, sed dissidij causa. Mense
1458. Aprili anno 1458. cùm sæpissimè Principem Gandenses rogassent confirmandę pacis causa vrbē inuiseret, comitatus filio Carolo, Delphino, ac quadraginta nobilibus equitibus, Crouiacis tamen domi relictis, Gandauum proficiscitur. Nunquam tanto cum honore Princeps in vrbe fuit exceptus: nil relictum erat, quod ad ornatum portarum, itinerum, locorumq; omnium qua iturus erat, excogitari posset: neque quicquam prætermissum, quo testarentur aduentum eius sibi esse gratissimum: plateæ, viæque omnes tot scenicorum ludorum spectaculis, aliisq; ornamentis scatebant, vt à porta Vualportæa (qua vrbem fuerat ingressus) ad ædes suas Vuallenses quatuor horas aspiciendis ludis consumpserit. Senatus, ordo Ecclesiasticus, quinquaginta opificum Præfecti, nobiles omnes, cum ditionibus ciuibus nigra vestiti veste, ac vecti equis, subsequente immensa populi multitudine, extra prædictam portam obuiam gratulabundi venerant, magnoq; cum applausu precedentes in vrbem Principes deducebant. Octo continuis diebus hinc inde conuiuiis publicè ac priuatim est certatum, festos nullus non agebat dies. Ludicro equitum peditūq; decursu Burgundi cum Gandensibus certabant. Portam intranti virgo decorè potius quā sumptuosè ornata occurrit, tabulamque offert, in qua hæc verba sacris è literis depromta, visebantur descripta: Inueni quem diligit anima mea. Bruxellam Gandauo reuersus, iterum per legatos Rex Delphinum dedi postulat. Negat se supplicem contra ius gētium

proditurum, potestatem eundi, quo & quando vellet fecisse. Exacerbatus Rex queritur, quod Burgundos, Atrebates ac Flandros, contempta Parisiensi Curia, contra regni Francici vetustissima iura, ad noui concilij sui Tribunal pertraxisset. Respondet, Regis id culpa factum, quod nemo Parisiis dictarum regionum priuilegia ac immunitates, contra quam Rex velit, regnoq; expedire putet, defendere audeat, quod sibi iustitiæ patrono tolerandum diutius non fuit, cùm eas regiones beneficiario iure non possideat. Adhæc constare, sibi consiliarios Parisienses, ac regni nobiles malo erga se esse animo, quod non ita dudum corrupto Ambianorum Præfecto (qui Vilvordæ in carcerem erat coniectus) vrbem violata pace, conati essent occupare. Rationibus Rex victus, cùm modum vlciscendi se de Burgundis, quemadmodum de Anglis fecerat, inire nullum posset, flagrans illa vindictæ cupiditas variis comitata perturbationibus, ex animo in corpus virus suū euomens, in morbum Regem grauissimum, sed non exitialem coniecit. Æstate anni 1459. conuo- 1459.
carat Papa Pius huius nominis secundus, Mantuam Christianos fermè Principes omnes, quò communi consilio ac viribus in Turcas bellum decerneretur, miseratque & suos Bonus legatos. Sed quod eius temporis Imperator, tanto exercitui ducendo parum se efficacem commonstraret, re infecta est discessum, quod cùm Christiani Principes, Turcarum finibus propinqui intellexissent, ad Bonum de ferendo auxilio, hi legatos misere: Papa Pius, Dauid Imperator Trapezuntiorum, Georgius Rex Persarum, vtriusque Mesopotamiæ Rex, Dux Georgianorum, quibus in speciem & suos iunxerant, Imperator Germanorum Fredericus Austriacus, Matthias Hungariæ, Alfonsus Lusitaniæ, Rex Veneti, ac plerique alij Principes. Cùm omnes auxilij spe præbita dimisisset, separatim Patriarchæ Antiocheno Papæ Pij legato disertis verbis est pollicitus, si è morbo, quo tum Bruxellæ decumbebat, conualuisset, sese Constantinopolim iustis cum viribus profecturum, etiamsi in ipso conatu aut itinere foret moriendum, instigantibus eum ad expeditionem suscipiendam non parum Thoma ac Demetrio Paleologis, à Turca Peloponneso, (Moream illi vocant) vbi latè imperarant pulsis, ac ad Bonum cum paucis Græcorum proceribus, auxilij causa profectis. Annum 1460. læta pace transegit, sed longo incognitoq; im- 1460.
plicatus morbo, quo pellendo inter varia remedia medicis est visum, comam (quam tum summa cum cura viri proceres nutriebant) poneret. Cùm familiares, exteriq; ad inuisendum decumbentem aduenissent, sensissetq; discedentes rasum caput vt rem insolitam, inter se mussitantes ridere, edictum proponit, quo aulicis ac nobilibus sui imperij omnibus quemadmodum fecisset, caput radere iubebat, parentibus Bruxellæ eodem die quingentis, cæteris vt idem facerent opera Petri Vacquenbaccij viri nobilis ad hanc rem delecti coactis, ita vt Bruxellæ, cęteris q; vrbibus ac oppidis, nobiles omnes rasi magno vulgi cum risu conspicerentur. Sed res tum temporis insolita, paucos post annos, non solùm apud Belgas, sed vniuersam fermè Europam inualuit: quanquam Carolus Burgundus, multiq; alij Belgarum Proceres, comam nunquam posuerint. Valetudine recuperata, nuntiatur Hendricum sextum è familia Lancastria Anglorum Regem, ab Eduardo Eboracensi prælio victum ac regno pulsum in Schotiam perfugisse, qui Hendricus, quod matre Franca esset natus, ac vxorem è Francis duxisset, secrete cum Carolo Francorum Rege, fœdus pellendo Bono fecerat, diuiserantque inter se eius ditiones, vt Francus Burgūdiam, Artesiam, Picardiam: Anglus Flandriam, Hollandiam, Zelandiam occuparet: qua nunc cura erat liberatus, quod pulso Lancastro, Eduardus Eboracensis sibi amicissimus, regnum occupasset, quanquam vxor Isabella ortum maternum familiæ Lancastriæ deberet. Mense Iulio anni 1461. moritur Carolus Francorum Rex, huius nominis septimus, 1461.
magno Delphini gaudio, quod non solùm liberalitas eius erga primum adferētem nuntium est testata, ac exequiæ parum pro dignitate patri factæ, sed imprimis subita vestium variis è coloribus consutarum in Franciam tendens mutatio, deducente eum Burgundo cum filio Carolo ac præcipuis Belgarum Proceribus in Rhemos, indeq; (postquam corona Regia fuisset redimitus) Parisios, vbi magno tubarum cum strepitu, Lodouicus huius nominis vndecimus Francorum Rex est proclamatus. Bonus Parisiis in ædibus suis Atrebatensibus diuersatus, Regiam magnificentiam familiari mensa superabat, ciuesq; nomini Burgundico studiosi frequentes ad domum eius ventitabant. Splendebant cœnacula aureis argenteisque vasis, parietes aulæis ac tapetis diuersi generis erant vestiti, nullus ali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuius nominis, non donatus ab eo discedebat. In publicum prodiens à quinquaginta bal-
listariis peditibus, ac ducentis nobilibus equitibus cingebatur. Cùm duos ferme menses
in vrbe hæsisset, Hesdinum Atrebatensium oppido proficiscitur, ac posteaquam nouo Re-
gi de Burgundia, Artesia ac Flandria clientare iusiurandum præstitisset, eumq; omni offi-
ciorum genere, vti putabat, sibi deuinxisset, ac vt pacem colat, populoque superioribus
bellis exhausto eius aliquando fructus gustare permittat, petit, id verò consecuturum, si
Carolo fratri Germano hæreditariam portionem tradidisset, ac quos pater honoribus
publicisq; muneribus ornasset, vti ac frui sineret. Rex magnificis verbis omnia se facturũ
pollicitus, temporis successu fidem, sublato è medio fratre, fefellit, quòd iamdudum sibi
persuasisset, à patre regni successorem fuisse institutum, eaq; de causa eum erga se iniquio-
rem ac duriorem extitisse, paternos verò amicos, honoribus ac dignitatibus spoliauit.
Nec his contentus, vt familiam Burgũdicam (cuius opera ad regnum peruenerat) pessun-
daret, omnibus rationibus, vt paulo pòst ostendemus, annittebatur: quod quanquam se-
rius, tamen ante obitum apertè Bonus perspexit. Regem Parisiis in Turones proficiscen-
tem, comitatus est Carolus Burgundus, simulato animo à Rege omni amicitiæ genere
excultus, ac ad vitam quindecim aureorum liliorum millibus, ac Præfectura Nottman-
niæ donatus. Rebus necessariis vbique procreatis, Carolus in Belgas est reuersus, patris
morbo, è quo is tamen Bruxellę conualuit, reuocatus. Doluit non parùm intellecta morte
Nicolai Rollini, quiè mediocri ordine ad summam peruenerat potentiam, primusq; Rol-
1462. linos procerum numero inseruit. Mense Februario anni 1462. summus Pontifex per lite-
ras à Bono petit Adolfo Nassauio, quem Moguntinorum Antistitem renunciarat, contra
Theodoricum Isenburgium à Canonicorum ordine creatum, ac ab aliquot Germaniæ
proceribus adiutum, opem ferret. Is statim Nassauio quingentos mittit equites, quorum
opera, pulso Isenburgio, dignitatem obtinuit. Petit insuper Pontifex, vt iustis cum viribus
contra Turcas proficiscatur, sese consensu Imperatoris Burgundiæ eum Regem nomina-
turum. Capiuntur exinde Ioannes Custenius, ac Ioannes Ingicus, instantibusque Au-
gusti Cal. Ripelmondæ capite plectuntur, conuicti quod Carolum Charloum vene-
no aut veneficiis è medio tollere conati essent. Mississe dicebatur Custenius Ingiëum
hac de causa in Sabaudiam, ad nobilem venefica̅, à qua cum cærea hominis, quem
lædere volebant, simulachra, admirandis verborum incantationumq; modis dementata
accepisset, pretiumq; immensum pro opera pollicitum petiisset, nec acciperet, Custenio
nisi satisfecisset, iurgio est minatus, sese Carolo scelus detecturum, auditumque forte for-
tuna, à Petro Haquenbachio viro nobili iurgium Carolo defertur. Capti igitur, torti ac
facinus fassi, instante etiam mortis momento, nunquam tamen Crouiacos, nec Proceres
Carolo suspectos, tanquam facinoris conscios nominarunt. Verùm prudentiores Regem
Lodouicum suspectum habebant, quorum tum maximè confirmata est opinio, cùm
Caroli germani fratris mortem, ne regni portiuncula cedere cogeretur, eum procurasse
didicissent. Quibus rebus Bonus cognitis, cum filio in gratiam iterum rediit, clarè per-
spiciens Regem Lodouicum pro remuneratione immensorum beneficiorum, familiæ
suæ exitium quærere, ac hac de causa non solùm veteres à se amicos, sanguineque iun-
ctos alienare, sed etiam filij, hæredisque vnici necem tentare. Quare cum Eduardo
quarto Anglorum Rege veterum induciarum leges, Rege Lodouico ægerrimè ferente
renouat, insuperque Burgundus interdicit, ne tributum quod Rex Salinis eorum impe-
rarat, soluerent. Statuerat enim Rex hac pecunia redimere oppida ad vtramque Somo-
næ ripam sita, ac pace Atrebatensi Bono pignori data. Sed is astu intellecto, ad Regem
Chimaij Regulum (qui solus è Crouiacis non defecerat) mittit, causam quare tributum
solui prohibuisset, redditum: quem cùm Rex interrogasset, solidiori è materia Boni ne
corpus coagmentatum foret, quàm cæterorum Principum? Respondit Chimaus: Imò:
nam nisi id ita foret, quomodo te patris iram fugientem recipere, contemptisque eius
minis defendere per quinquennium, ac pro dignitate necessaria subministrare ausus
fuisset? Rex cauilli veritate pudore confusus, subitò obticuit, relictoque Chimao, nec
amplius in conspectum admisso, in proximum se cubiculum, dimisso Burgundicarum
Salinarum tributo recepit. Crouiacorum qui ad Regem se contulerant (vt plærique scri-
ptorum putant, non sine secreto Burgundi consensu, cùm eis ad extremum vsque spiri-
tum

tum, contra filium faueret) persuasione, acceptis quadringentis aureorum liliorum mil-
libus Regi oppida ad vtramque Samonæ ripam sita æstate anni 1463. reddidit, quod adeò 1463.
ægrè filius Carolus tulit (cùm paci Atrebatensi per omnia nondum foret satisfactum)
vti tertiò à patre discedens cum vxore Gorinchemum Hollandorum oppido, quo sem-
per secedere erat solitus, proficisceretur, quo tempore eius vxor Isabella, oppidi templo
pretiosissimas quasque vestes ad diuini cultus ornatum fermè omnes donauit. Carolus
verò arcem à Guilielmo Bauaro postremo Hollandorum ex hac familia Comite ædifi-
tam, addita turri munitissima, quam cæruleam vocant, ampliauit, decreueratque duas
addere alias triangulari inter se spatio distantes, quas muro, ac vallo coniunctas, fossa per-
petua præmunire statuerat, ac expugnabilem contra ænea tormenta arcem relinquere.
Conceperat adhæc animo pontem lapideum è dicta cærulea turri in proximam conti-
nentem regionis Altenæ, regij plane animi opus, per flumen Meruam ædificare (hoc
nomine eo loco vocant Mosam, Vuahalim, ac Lingam simul coëuntes) sed pulchetri-
mum ob subsequentia mox bella propositum tenere non potuit. Traditio oppidorum
Somonæ, ac plareque aliæ causæ, quas in vita eius narrabo, Carolum planè ab amicitia
Regis Lodouici alienauit. Mense Maio anni 1464. Carolus Burgundus secretè fœdus 1464.
cum Carolo Biturigum Duce Regis Lodouici fratre, Francisco Britonum Duce, ac mul-
tis aliis Francorum Proceribus contra Regem, consentiente patre facit, quod senex aper-
te conspiceret, Regem paterni dedecoris, ac acceptorum detrimentorum vltionem à
Burgundis ardentissimè expetere, dolens proinde Turcicam expeditionem, tam magni-
fico apparatu à se votam, ac ardenti desiderio sæpius expetitam, hac de causa necessariò
omittendam. Ne tamen omninò Pontifici fidem toties datam fefelisse videretur, instru-
ctis apud Zelandos duodecim triremibus, multisque his onerariis additis, decem millia
lectorum peditum imponit, præficitque filios nothos Antonium ac Balduinum, quibus
in præsenti pecunia numerat ducenta aureorum liliorum millia, persoluto insuper vni-
cuique militi, trimestri stipendio. Iunxerant se tam piæ expeditioni voluntarij nobiles
multi, quibus præerat Simon Lalanus cum filio Philippo. Gandenses trecentos triginta
ciues publico sumptu miserant. Rebus omnibus paratis, Sluzis Brugensium portu classis
egreditur, magnoq; maris emenso spatio, cùm ad fretũ Herculeum peruenisset, nũtiatur
Mauros ac Pœnos Septam Africæ ciuitatem, Lusitaniæ Regis præsidio munitam magno
hominum numero obsidere. Quare proximum Africæ portum occupantes, expositio mi-
lite, ac in aciem collocato, Septam pergunt. Sed Mauri viribus diffisi relicta obsidione
domum dilabuntur. Cùm Septæ aliquandiu militem nauesque refecissent, paratique
Anconam ad Pontificem (vbi copiæ Christianorum conueniebant) profecturi forent, su-
bitò Pontificis mors, ac expeditionis omissio nuntiatur. Quare conuerso itinere mense
Februario anni 1465. Massiliam cum classe appellunt, indeque pedestri itinere in Bur- 1465.
gundiam ac Belgas perueniunt amissis nausea ac maris iactatione non paucis nobilibus,
ac inter hos Philippo Lalano. Bonus senio, ac dolore iritæ expeditionis in morbum in-
cidens, fugacis tandem aliquando vitæ finem optabat, ac proinde filium Carolum, vni-
uersarum ditionum Præfectum nominat, qui potentia vtendum ratus, durante patris
morbo, Crouiacos, Estampium, ac qui cum his faciebant, iudiciali sententia condemna-
tos è Belgis exulare iubet, bonaque eorum fisco addicit Sed Princeps sanitate recupera-
ta, in integrum omnes rescissa sententia restituit, filiumque potestate exutum aliquan-
diu in conspectum admittere noluit, variasque ei tendens insidias capere conabatur. Is
verò se Gorinchemi iusto munitus præsidio continebat. Tandem posteaquam hæc con-
trouersia, bis facta pace interrupta, duobus paulò plus annis stetisset, interpellatus non se-
mel Bonus à filio Antonio, cui multum tribuere erat solitus, ac à Proceribus exoratus,
instructusque ab Ordinibus de Francorum contra se ac filium coniuratione, eum denuò
in gratiam recipit, transfugiente ad Francorum Regem iam seriò Ioanne Estampij Co-
mite, Boni patruele, cum magna Crouiacorum Procerum parte, ac Ioãne Lannoio Hol-
landiæ Gubernatore. Ioannes Burgundus Estampij Comes, vt Audegestius vult, eo iu-
stiore deficiebat de causa, quod Brabantię Ducatu à Bono se iniquè fraudari existimaret,
vt infrà dicemus. Exinde Bonus filio quoque Carolo permittit, vt coniuratis Francorum
Regulis, contra Regem se iungat, quod bellum hoc anno ac sequenti est gestum. Post-

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc senio, curis, ac labore cõfectus nil ferè dignum memoria gessit, indies magis magisq; corpore ac animo deficiens, accelerauitq́ue ei mortem inexpectata Isabellæ Borbonię, Caroli filij sui vxoris mors, vnica tantùm relicta filia Maria. Obiit Antuerpiæ quinto Cal. Octobr. sepulta ibidem in Fano D. Michaëlis, ante gradus summi altaris. Ne verò in ipso vitæ fine de pace gloriaretur, Leodienses magnis promissis à Francorum Rege inducti bellum ei indicunt. Sperabat hac ratione Rex se à Carolo Burgundo, qui cum exercitu Franciam ingressus erat, liberari posse. Sed Bonus eo in Francia relicto, beneficiarios reuocat nobiles, ductuq́ue Cliuię, Geldriæq́ue Ducum sanguine sibi iunctorum Nassauuij, Marchionis Rottelugi, Reguli Hornani, Gruthusij, ac Gasbecani in Leodienses magnam peditum equitumq́ue manum mittit, qui copiarum multitudine territi, quod Rex contra quàm promiserat, nec aurum, nec militem in auxilium mitteret, è Namurcæis, ac Hannoniis (vbi prædando, vrendoq́ue agrestes vexarant) Leodium reuertuntur. Dinantum nobile tum temporis, ac opulentum Leodiorum oppidum, nec populationibus, nec incendiis abstinebat, è falsa credentes fama Carolum Burgundum in conflictu Monherriano cecidisse, contumelioseq́ue de eo loquentes, depictam Caroli figuram, erecto ante muros Bouinenses patibulo affixerant, vociferantes ad oppidanos. Hac ratione nobilis Francorum Rex Ducis vestri filium in crucem egit, quæ contumelia exitium oppido ac oppidanis, paulò pòst peperit. Leodienses Burgundos ad intima religionis peruadere, neminiq́ue parcere videntes, armatis quinque hominum millibus vrbe exeunt, castraq́ue bene munita, in pago Montenaco, quinto ab vrbe milliari ponunt, contra quos Nassaus, Gruthusius, ac Gaesbecus dimidia exercitus cum parte proficiscuntur, cæteris Dinantum tendentibus. Vt verò hostem è munitione in campum elicerent, leuis armatura castris eorum insultat. Egrediuntur contra aliquot, illi de industria pedem referunt. Leodienses fugam ex vero terrore proficisci existimantes, instructi circa Idus Octobres castris exeunt, ac Burgundos alacriter inuadunt, nec trepidè excepti, strenuè dimicatur, donec ab equitatu (quo Leodienses carebant) perruptis ordinibus in fugam pellerentur, defideratis circiter duobus millibus, cæteros propinquæ texerunt syluæ. Re igitur docti à Francis sibi verba dari, quod Leodiensibus neglectis, Rex cum Burgundo eiusq́ue filio pacem feciſſet, rogantibus viris probis, quindecim dierum inducias impe-
" trant. Interea à Carolo Burgundo cum victore exercitu è Francia contra eos tendente
" pacem promissis trecentis aureorum filiorum millibus emunt, intraq́ue sexennium pro
" belli huius sumptu, sese soluturos promittunt, agnoscentes ac admittentes Brabantiæ
" Ducem Leodiensis ditionis protectorem, ac defensorem, eaq́ue de causa ei alia singulis
" annis numeraturos se mille aurea lilia recipiunt, Antistiti quoque suo compensaturos
damnum belli huius tempore illatum pollicentur. Erat is è familia Borbonica, quare ei
Carolus defunctæ vxoris memoria enixius faucbat, oderantq́ue magis Leodienses. Hac
1466. acta transactaq́ue mense Ianuario anni 1466. à Leodiis Francorum Regis opera proximo Aprilis mense violantur, Dinantiis bello causam præbentibus. Opes enim eos quietem pati non finebant, recipientes oppido omnes, qui postremæ pacis conditionibus, in exilium fuerant acti, ac cum ciuibus suis in Namurcæos Hannonioq́ue prædatum mittentes. Princeps è Burgundia equitatu auctus cogebat exercitum, iusto q́ue Leodienses bello in ordinè cogere statuerat, ac proinde circa Cal. Iulij beneficiarios nobiles pro opibus instructos, certum in locum conuenire iusserat. Sed cùm paucos paruisse intelligeret, quod postremò bello stipendia à rei pecuniariæ Præfectis malignè essent soluta, ira percitus mensam in qua prandebat euertit, identidem clamitans: Qui sunt qui fiscum hac ratione meum gubernant, vt cùm bis decies centena aureorum liliorum millia pro exercitus stipendio numerati iusserim, nobilibus tamen non fit satisfactum? motaq́ue subitò senili in corpore atra bile, apoplexia corripitur, sed citò restitutus promisso stipendio, vt circa Cal. Augusti conueniant feudalium beneficiorum confiscationem minatus edicit, parentq́ue omnes. Cùm triginta hominum millia ad pugnam parata haberet, postrema induens arma cum filio in Leodios profectus, Dinantum obsidione cingit. Præterfluit oppidum flumen Mosa, à cuius altera ripa oppidum Bouinum Bono amicum conspiciebatur. Qua continenti iungitur, trinis obsidebatur castris: Primis Carolus Burgundus præerat: alteris Burgundiæ Marscalcus: tertiis Antonius Burgundus, ponteq́ue in Mosa

construc-

structo, quartam exercitus partem traducunt, præficiturq́; Fani D. Pauli Comes. Eruptionibus repressis, ac Dinantiis intra muros conclusis, suburbia quæ vallo fossaq́; munierant, Carolus Burgundus expugnat, præsidiariis cum incolis in oppidum confugientibus. Dum hic tormenta ænea attracta disponuntur, præfectus eorum Petrus Hacquẽbaccius, cum aliquot peditibus, subita præsidiariorum eruptione oppressus interficitur. Nil tamen remissius mœnia quatiuntur, donec idonea ad irrumpendum ruina sufficere videretur. Quare Bonus, vt cognomen ad extremum vsq; spiritum mereretur, populo rerum ignaro persuadere nititur, vt oppidum dedant, nec vim tanti exercitus stultè experiantur. Æqui nil, contumeliarum satis redditur. Bouinenses quoque vicinorum periculo moti, virum probum oppidi sui ciuem Dinantium mittunt, qui eadem persuadere multis verbis conatus, posteaquam dicendi finem feciſſet, cum pueto qui comes venerat, contra ius gentium in patibulum agitur, ac oppidi in muro, prope Mosam crucem collocant, quo non solùm eos Burgundicus exercitus, sed etiam Bouinenses conspicere possent. Barbarico facinore Princeps irritatus, ac muro variis locis per tormenta aperto, omnibus in castris oppugnationis signum proponit. Præsidiarij de defensione desperantes, obscura nocte omnes transfugiunt. Erat hoc tempore Leodiensium Antistes in oppido Huia, vnde per certum hominem Bonũ certiorem facit, Leodienses eductis triginta hominum millibus, in auxilium Dinantiorum properare. Pars Burgundi exercitus Leodios expectat ad pugnam instructus, cęteri Dinantios per murorum ruinas inuadunt. Sed hi in seditione feroces, pugna instante pusillanimes, desperata defensione, octo honestissimos probissimoq́ue ciues, qui vrbem vitam tantùm deprecantes dedant, ad Principem mittunt. Is nulla conditione vrbem dedi, sed suo omnia arbitrio permitti volebat, quod tandem humanitate eius frustrà confisi fecere, portarum claues Antonio Burgundo adferentes, ille fratri Carolo, hic patri, qui eas filio Carolo reddidit. Is redditione clauium ciuitatem suo arbitrio permissam iudicans, exercitui diripiendam dedit. Durauit opulentissimæ ciuitatis vastatio, octo continuis diebus, præda terra ac flumine, in Flandriam, Brabantiam, Namurcæos, Hannoniam deportata ac vendita, ditissimi quiq; ciuium abducti, libertatem magno redimere sunt coacti. Octingenti seditionis acerrimi concitatores, ac belli auctores, bini inuicem colligati in Mosa sunt submersi, ignis deinde oppido iniectus reliqua consumpsit, periereq́ue multi, qui se in secreta ac obscœna abdiderant loca. Ordo sacratus cum pueris ac feminis è templis eductus, ac à militari violentia defensus, ad aliquot milliaria Leodium versus deducitur, ac deinde quò velint rutò abire permissum. Strangulati iussu Boni quatuor Burgundi milites, quòd quatuor violassent feminas, qua pœna cæteri territi, à maleficio abstinuere. Cùm ignis fermè omnia consumpsisset, muri, vallum, turresq́ue disiectæ ac repletæ fossæ, diruti Dinantij veritatem docuere. Exinde Princeps Bouina Namurcum est profectus. Leodienses, qui Dinantiis in auxilium properabant, intellecto oppidi excidio, festinanti itinere vrbem repetunt, statimq́ue lectis probissimis ciuibus, Namurcum ad Bonum impetrandæ pacis causa oratum mittunt, qui supplicibus parcendum censens, iisdem eis conditionibus pacem, quibus filius Carolus ante annum fecerat, dedit, petitis tantùm quinquaginta obsidibus ad pacis confirmationem, è quibus Leodienses triginta duos, Tungri, Centrones, Hasselij, singuli sex misere. Rex Lodouicus clade intellecta ad Leodienses legatos mittit, causam addens quare Dinantiis opem ferre non potuisset, petens arma animosq́; in suum parent aduentum, quibus illi temerè fidem adhibentes, pari cum Dinantiis euentu pacem violauere, vt in Caroli vita narrabimus. Namureo Bonus Bruxellam, indeq́; mense Martio anni 1467. Brugas peruenit, vbi circiter Nonas Iulij ægrotare incipiens, 1467.
postridie Idus eiusdem mensis Deo spiritum reddidit, ætatis anno septuagesimo secundo, posteaquam à morte patris quadraginta & octo annos ditiones hæreditarias rexisset, idq; non è morbo continua intemperantia ascito, sed corpore iustæ ætatis pleno decursu confecto, hoc à Deo magno, inter multa alia, ornatus munere, vt non diu mortis vitæq́; conflictũ senserit, sed paucis diebus decumbẽs, extincto leui cõtinuaq́; febri calore naturali, quasi somno oppressus inuictus expirarit. Paucis ante obitum diebus sermonis, non tamen iudicij vsum perdidit. Cùm enim filius Carolus ante lectum in genua prouolutus, supplex veniam offensorum petiisset, quam poterat blandissimè cum intuitus, peti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam dextram arctissimè pressit. Conditus est Brugis apud D. Donatianum, primæque hic ei factæ exequiæ, donec mortua anno 1473. instantibus Ianuarij Cal. vxore Isabella, refossum cadauer, simul Digeoni, vt iusserat, apud prædecessores penes Cartusianos conderetur, vbi in hodiernum vsque diem, Philippi Audacis, Ioannis Intrepidi, ac Philippi Boni erecta mausolea iacere conspiciuntur. Luxerunt ac desiderarunt Philippum Bonum, tam ditiones non ita dudum in potestatem concessæ, quàm hæreditariæ, ac quod mirandum, vita eius expetita est non minus ab exteris quàm à subditis. Erat enim Princeps raris à Deo virtutibus ornatus, in quo moderationem sine auaritia, magnanimitatem sine temptu, animum excelsum sine superbia ac fastu admireris. Auro semper abundabat, cùm tamen subditis oneri non fuisset, nec noua hæreditaria tributa extorsisset. Dignitatem ac existimationem etiam in re minimi momenti sartam tectam volebat, læsam generosè vindicabat, nemo tamen erga supplices eo placabilior. In vlciscendis iniuriis adeò moderatus, vt etiam apud hostes ea de causa laudem sit meritus. Loco ac tempore liberalis, affabilis omnibus, qui opera ac præsentia sua indigebant. Natura pacis amantissimus, ingeniosissimus verò ea cõparanda, ac cũ infestissimis etiam hostibus cõseruanda. Ab omni hominũ ordine, summa cũ reuerentia ac honore per omnẽ vitã est cultus, quòd natura nõ esset austerus, sed ingenio liberali, ac amœno: quod cùm variis docere possem exẽplis, sufficiet vnicum Lodouici Viuis testimonium, qui in epistola ad Franciscum Baiaris Ducem scripta, ita ait. Nuper senex quidam ciuitatis narrauit mihi de vitæ somnio fabulam planè festiuam ac cognosci dignam: Aiebat ministrasse se puerum in comitatu Philippi Ducis Burgundionum ac Belgarum. Fuit is Philippus acuti homo ingenij, bellator strenuus ac felix, cuius est ingens apud Belgas nomẽ, de probitate, ac commoditate morum, dictus Bonus: hic vndique nactus pacem, Brugis lubenter habitabat genio deditus, & iis rebus quibus ocioſi animi teneri cõsueuerunt, ludis, fabulis, dictis acutis, iocis ac facetiis. Nocte quadam à cœna cum aliquot præcipuis amicorum per vrbem deambulans, iacentem conspicatus est medio foro hominem de plebe ebrium, altùm stertentem. In eo visum est experiri quale esset vitæ nostræ ludicrum, de quo illi interdum essent collocuti. Iussit hominem deferri ad Palatium, & lecto Ducali collocari, nocturnum Ducis pileum capiti eius impom, exutaque sordida veste linea, aliam è tenuissimo ei lino indui. De mane vbi euigilauit, præsto fuere pueri nobiles, & cubicularij Ducis, qui non aliter quàm ex Duce ipso quærerent an luberet surgere; & quemadmodum vellet eo die vestiri. Prolata sunt Ducis vestimenta. Mirari homo vbi se eo loci vidit. Indutus est, prodiit è cubiculo, adfuere procetes qui illum ad sacellum deducerẽt. Interfuit sacro, datus est illi osculandus liber, & reliqua penitus vt Duci. A sacro ad prandium instructissimum. A prandio cubicularius attulit chartas lusorias & pecuniæ aceruum. Lusit cum magnatibus, sub sena peracta est pari celebritate qua prandium. Accensis luminibus inducta sunt musica instrumenta, puellæ atque adolescentes nobiles saltarunt, exhibitæ sunt fabulæ, hinc commessatio, quæ hilaritate atque inuitationibus ad potandum producta est in multam noctem. Ille verò largiter se vino obruit præstantissimo, & collapsus in somnum altissimum, iussit eum Dux vestimentis prioribus indui, atque in eundem locum reportari, quo prius fuerat repertus, ibi transegit noctem totam dormiens. Postridie experrectus cœpit secum de vita illa Ducali cogitare, incertum habens fuisset ne res vera, an visum quod animo esset per quietem obuersatum. Tandem collatis coniecturis omnibus atque argumentis, statuit somnium fuisse, & vt tale vxori, liberis ac viris narrauit. Quid interest inter diem illius & nostros aliquot annos? nihil penitus, nisi quòd hæc est paulò diuturnius somniũ, ac siquis vnam duntaxat horam, alter verò decem somniasset. Hæc Viues. Bello sui temporis Princeps fuit felicissimus, à crudelitate tamen ac rapacitate adeò alienus, vt vel huius virtutis ergò inter Heroës, ac diuino semine natos proceres, meritò numerari debeat. Nobilitatis etiam apud hostes studiosissimus, non tamen ferens vt legum septa transilirẽt. Corpore erat salubri ac robusto, aspectu decoro, planeq; virili, colore lacteo, cui fuscedinis nonnihil erat immixtum, oculis glaucis ac mediocribus, naso aquilino, ore iusto, coma in humeros pendebat, barba rasa, supercilia quemadmodum & cæteri capitis pili è tempe-

temperata fuscedine blandiebantur. In armis pedes equesque superiorem non habebat, quod variis præliis vir viro sæpè congressus comprobauit. Ad iram tardus, præterquam senex, iratus verò timendus, ratione tamen, aut cùm se quis supplicem obtulisset cito placatus, adulatione nullo pacto. Qui fideliter res commissas administrabant, loco nunquam mouebat, plus ingenia ac probam eruditionem quàm natalia amans, vnde com plures exiguæ conditionis homines eo regnante ad summas opes dignitatesq; peruenere. Eius ætate nec Imperator, nec Rex, nec Princeps tanti nominis inter Christianos vixit. Nullius potentiam nec fortunam magis Mahumetus crudelissimus Turcarũ Rex formidabat, nec sub vllius Principis signis lubentiùs arma populus Christianus contra Turcam quàm Philippi Boni sumpsisset, statueratq; coactis suis solùm è ditionibus sexaginta virorum millibus contra Turcam proficisci, nisi Lodouicus vndecimus Francorum Rex turbulentissimus, eiq; contra omnem rationem inimicissimus, pium decretum impediuisset. Reliquit filio Carolo numeratæ pecuniæ quadringenta aureorum liliorum millia, excepto incredibili thesauro è Francica præda longo bello collecto, qui Insulis secreta in turri custodiebatur, quam Pugnax mortuo patre statim cò profectus sigillo proprio sua manu obsignauit. Adhæc argenti non signati marcas (semilibram hac voce Galli exprimunt) septingentas, septuaginta duas, exceptis vasis argenteis ac aureis, tapetisque auro rigentibus, ac supellectile planè regia, quæ à peritis fuit æstimata ad bis decies centena aureorum liliorum millia, cùm tamen à morte patris ad suum vsq; obitum quadraginta & octo annis, non multum à bello quieuisset, aulamque semper Regiam instituisset, vt taceam extraordinaria conuiuia, triumphos, ac subinde tractas in aliquot menses lautissimas epulas. His non obstantibus adeò semper fiscus pecunia abundabat, vt præfecti sæpè cogerent creditores pecuniam accipere, aut vltro quibus eum dono dedisse intellexerant, mitterent, cùm tamen neque aliquot ante eum secula, neque in annum vsq; cùm hæc scriberem 1583. minus Belgæ tributis ac exactionibus sunt vexati, externis tamen, aut ciuilibus bellis perrarò cessantibus, quo tempore nunquam nõ militi plenè stipendia persoluit. Adde quòd annuos principum census suarum ditionum non diminuerit, sed auxerit, nullos vsuris grauarit, sed complures eo onere liberarit, princeps tamen sui temporis liberalissimus, qui sorores ac cognatas aliquot proprio ære nuptum collocarit, Ducem Aurelianorum ex Anglica captiuitate suis nummis liberarit, Hierosolymis ac Rhodi pecuniam muniendis contra Turcam finibus ac reficiendis sacris ædibus miserit, Regi Albaniæ, vicinisque Christianis Principibus à Turca pressis, dona dederit, ac erga omnes Principum legatos munificus fuerit. Hæc cùm complures eius temporis scriptores abundè testentur, distertis imprimis verbis, Georgius Castellanus, ab Oliuerio Marcano in Annalibus non immeritò laudatus repetit, quorum vterque in Philippi Boni comitatu ministrauit. Castellani verò historia, nondum pœclo commissa in manus meas venit, qui diuersis locis, his fermè verbis, Gallicè de Bono scribit: Princeps nullus meo tempore extitit, qui tam sincero amoris affectu à subditis diligeretur, ac tanta cum reuerentia coleretur, quàm Philippus Bonus, idque ob raras diuinasque eius virtutes, quibus etiamsi non fuisset ornatus, malè tamen ei cedere nil poterat, propter ardentes subditorum omnium, ac continuas ad Deum pro eo preces, vota, ac obsecrationes. Contra hostes profecto victoriam Deus daret nullus non rogabat, multò verò magis vt principem conseruaret, tam priuatis interpellationibus, quàm publicis supplicationibus, omnes omnium ordinum homines lachrymas fundentes obsecrabant. E bello domum reuerso gratiarum actiones, non minori animorum affectu, cæremoniarumque pompa ad Deum fiebant. Et quanquam plus auri à subditis accepisset, quàm quadringentorum annorum exactiones, maioribus collatæ repræsentare possent, nihili tamen æstimabant, cùm non cogeret, nec verbis vteretur, Sic volo, Sic iubeo: sed modesta ac astuta quadam humanitate quiduis impetraret. accedebat quòd belli tempore hosti terribilis, subditis verò certissimum foret propugnaculum. Quam immensam pecuniarum vim, clausis ei oculis lætè oblatam, calamitosissima bella consumpsere, quæ coactus necessitate, aut ita exigente causæ suæ æquitate, aut existimationis salute gessit. Nec ob hæc minus Belgæ ac Burgundi florebant, nemo conquerebatur, nullus alia tempora, nec alium Principem expetebat, summam enim ab eo agi omnium

Universidad de Deusto
Biblioteca

curam, ac ſupra vicinos omnes proſperitate ſeſe excellere conſpicientes. Proinde cùm à Deo rationem accepiſſet protegendorum ſubditorum, gratum etiam illi, ac beneuolum nacti animum, bona ſanguinemque ſi neceſſitas exegiſſet, pro eo fudiſſent. Et certè tanta fuit erga Philippum fortunæ beneuolentia, vt non contenta grato eum ſemper aſpectu intueri, eadem etiam vultus ſerenitate amicos confœderatoſque eius proſequeretur, quod Carolus ſeptimus Francorum Rex, pace ab eo impetrata, egregiè eſt expertus. Tum enim primum ſuos milites, qui ſpreto militari ſacramento, ac proculcata omni diſciplina, ad rapinas ac ſcelera erant conuerſi, in ordinem redegit, pauloque pòſt Anglos, tribus prœliis ſuperatos vniuerſa Francia, excepto Calero, pellit. Prima pugna Patraij fuit. Altera Guermignij. Tertia haud procul vrbe Burdegalenſi, qua Talleborus ac cum eo Anglicæ militiæ decus, diſciplina ac fortuna occubuit. Dehinc Rex Carolus Burgundica confiſus fortuna filium Lodouicum iuſto cum exercitu Duci Auſtriæ cum Heluetiis bellum gerenti in auxilium miſit: Metenſes in ordinem redegit: bello Comitatum Armigniacum obtinuit: Duci Sabaudiæ ſua reſpicere perſuaſit: Britonum Ducem clientelare iuſiurandum facere coëgit: omneſque tandem Galliarum Reguli, metu aut ſpe coacti fracta ferocia Regi caput genuaque, excepto Philippo Bono, flexerant, ac quòd is eòdem rediri non poſſet, ægerrimè ferebant: ne tamen vim facerent, potentia eos ac fortuna Boni, qua ſuam fulciri animaduertebant, abſterrebat, incredibili interim dolore torti, quod eodem tempore, eadem in Gallia duos Soles, magnitudine, claritate, potentia, ſed non fortuna pares, pati cogerentur. Sed cùm potentiam Philippi frangere, multoque minus extinguere poſſent (nullo non officij genere eo Regem demerente) tam venenatum animis odium contra eum cumulabant, vt cùm fraterno affectu, vero amoris vinculo colligati vnum ſentire, ac in mutuam opem parati ſemper eſſe debuiſſent, promouere quoque hinc inde decus ac exiſtimationem, excæcati ira, ac odio, calumniatoribus delatoribuſque crederent, ac hoſtiles ſemper cogitationes animis circumferrent. Bonus verò innata magnanimitate, Francicos affectu contemnere ſolitus, omnibus notum cupiebat, vnde cum maioribus ad eam peruenisſet potentiam, ac proinde Francorum Regem ſalua exiſtimatione adeò ſincerè colebat, vt de ingratitudine etiam tum cùm de exiſtimatione conſeruanda periculum eſſet, nullus eum meritò accuſare poſſet. Nam irritatus docebat ſe Principem eſſe qui irrideri nollet, multò autem minus cogi, adeò vt admirando modo diuerſæ in animo eius virtutes, magna hominum cum admiratione ſimul concurrerent, animus nimirum altus, rurſumque demiſſus. demiſſus tempore pacis, ac cùm pro dignitate tractaretur: altus belli tempore, aut ſecus quàm decebat cultus. Quæ cùm in mentem mihi veniant, fateri cogor, Deum, cæleſtia corpora, vniuerſamque adeò rerum naturam, vim vireſque omnes conciraſſe excolendo ac felicitando Bono, voluiſſeque fortunam eius ſub manu in familiam Burgundicam, omneſque eius ſubditos ac amicos, cornucopiæ ſuæ diuitias omnes effundere. Nam cùm cæterorum Principum felicitatis rotam ſiſteret aut premeret, hanc ſolam in altum euehebat, prodibantque è Boni comitatu tanquam ex equo Troiano viri principes omnibus in rebus docti expertique, adeò vt hinc Francorum Rex miniſtros emere, ac omnibus artibus ad ſe pellicere non dubitaret. Denique vt hiſce meis ſæpius vidi oculis, Philippi domus certum erat aſylum miſerorum ac calamitoſorum hominum, ſiue hi nobiles ſiue ignobiles forent. Quare non ſolùm à vicinis omnibus diligebatur, ſed à longinquis etiam nationibus ac principibus colebatur, ipſeque Turcarum immanis tyrannus, ac Afrorum Reguli loquebantur de magno Occidentalium Duce: & merito ita eum appellabant, quòd ſupremum Chriſtiani orbis ſceptrum ter oblatum, ſemper repudiarit, non ex puſillanimitate, quod ſe ſuoſque eo gubernando inidoneos exiſtimaret, ſed ne ſeris belluis odio & inuidiæ excitando inter Chriſtianos bello occaſionem daret, cùm eum proprio ore mortem præoptaſſe audierim, quàm quòd iuſtè accuſari poſſet, honori exiſtimationique non conſuluiſſe. Huc vſque Georgius Caſtellanus. Quod dicit Philippum Bonum renuiſſe ſupremum ſceptrum, Imperatoriam dignitatem exiſtimare eum opinor, mortuo Imperatore Sigiſmundo, qui anno Chriſti 1439. ætatis Boni 43. obiit, ſucceſſitque ei Fredericus tertius, Imperatoris Maximiliani primi pater. Facilè crediderim Electores aliquot Philippo propter prudentiam, felicitatem ac potentiam in electione fauiſſe. Sed is ani-

is animo reptitans extincta Caroli Magni virili ſtirpe, Germanos nunquam Gallos Imperatores quaſiuiſſe, multorum inuidiam veritum, aut cùm contra Turcas foret proficiſcendum coniurationes, conſideraſſeque, nuper acquiſitas regiones, nondum poſita ferocia ſatis pacatas, nec Francis vnquam ſincere fidèdum, renuiſſe Imperatorium ſceptrum. Quicquid tamen fuerit, temerè iudicare nolim, cùm nulli alij (quos equidem legerim) ſcriptores hac de re mentionem faciant, præter Caſtellanum, tum temporis eius aulam frequentantem, diligentiſſimeque proinde ac veriſſimè omnia deſcribentem. Vxores duxit tres: Prima fuit Michaël filia Regis Francorum Caroli ſexti, quæ ſterilis obiit. Altera Bona, patrui ſui Philippi Burgundi vidua, quæ etiam liberis non ſuſceptis, deceſſit è viuis. Tertia Iſabella, filia Ioannis Luſitaniæ Regis, illegitimo thoro ſuſcepti, ac Philippæ filiæ Ioannis Lancaſtriæ Ducis, quæ tres peperit filios: Antonius ac Iodocus infantes obiere. Carolus vnicus patris hæres eo viuo Comes Charoloi fuit vocatus. Flore ætatis concubinarum mutatione gaudebat, ſecunda fortuna ac proſpera valetudine illectus, ſuſcepitque è variis liberos hos: Cornelius cœlebs Gandenſi bello occubuit: Antonius Comes Stenbergæ, ac Rupis apud ſiluam Arduennam, Beveræ dominus, qui ex Maria ſuſcepit liberos tres in Genealogia poſitos, è quibus Philippus natu maximus ducta Anna, filia natu maxima Vuolfardi poſtremi Veræ Reguli, dominus quoque Veræ ac Beveræ eſt factus: Balduinus Inſulenſis, quod in ea vrbe eſſet natus, ſic vocatus, Faleſij dominus, à quo Faleſij, Brigdamij, Someldikij ac Fromontij originem trahunt: Dauid Antiſtes Terouanę ac deinde Vltraiectenſis: Raphaël Abbas apud Contubernium-Gandaui D. Bauoni dedicatum: Ioannes Præpoſitus (vt vocant) Brugis in Collegio D. Donatiani: Philippus Antiſtes quoque Traiecti ad Rhenum, cedente Frederico Badenſi. Anna primo vxor Adriani Borſellij Brigdamæ domini, eoque mortuo Adolfi Cliuij, Rauaſtanæ Reguli, ſepulta eſt Bruxellæ apud Brabantos in Fano Dominicanorum. Maria vxor Petri Baufromontij Charnij apud Burgundos Reguli: tertia nupſit Aglæ apud Britones Regulo: Quarta Vindamo Ambianenſi: Iola quinta fuit: ſexta ac ſeptima ſacris ſunt initiatæ.

VITA

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA CAROLI PVGNACIS BVRGVNDIÆ BELGARVMQVE PRINCIPIS

E VALESIA FRANCORVM FAMILIA ORTI,

LIBER QVINTVS.

CAROLVS Burgundus à quibuſdam AVDAX, ab aliis PVGNAX cognominatus, filius hæreſque vnicus Philippi Boni ac Iſabellæ Luſitaniæ, natus eſt Digeoni, Metropoli Ducatus Burgundiæ quarto Idus Nouembres anno 1433. nomenq; ei datum à Carolo Comite Neuerſij, qui cum Antonio Crouiaco eum è ſacro ſuſcepit lauacro, equeſtriq; à patre eodem momento ornatus dignitate, Cõmes Charloi eſt nominatus, qui fines Burgundiæ, Borbomiæ ac Bauloſij attingit, vſuſq; uſq; ad patris vſque mortem hoc titulo. E Burgundia vix impleto biennio, Gandauum mittitur, curam eius gerentibus Auxij ac Formelli Regulis. Anno ætatis octauo linguam faſtidiens Latinam, veterum hiſtorias Gallicè tranſlatas, ſumma omnium cum admiratione auidiſſimè cœpit legere, feſſus operam muſicis dabat, donec adultis viribus arma tractans, equitando, ſaltando, luctando, iaciendo diſco, digladiandoq; ſe exerceret. Cal. Nouembribus anno 1451. Bruxellæ ante Principis ædes in ampliſſima arca, primum armatus ex equo contra Iacobum Lalanum decurrit; eius temporis nobilem robuſtumq; equitem, in cuius clypeo honeſte lanceam perfregit. Lalanus ſtudio altius prætenſa haſta, Pugnacem non tetigit, quod Bonus ægrè ferens Lalano nuntiari iubet alteri locum faciat, niſi alio congredi modo cum filio ſtatuiſſet. Is intellecta Principis voluntate, altero congreſſu magno cum impetu Pugnacis in clypeo lanceam frangit, ſumma Ducis Iſabellæ cum indignatione, Principe verò ridente, quòd non ſolùm videre cuperet quid filius facere, ſed etiam quid perferre poſſet. Poſt paucos dies Pugnax patris conſenſu, denuò equites ſuæ ætatis ad ludicrum prouocat decurſum. Conueniunt complures, concurrunt acriter, nullus tamẽ Pugnace fortius nobiliũ virorũ, matronarumque iudicio rem geſſit. Fractis enim viginti lãceis, ac multo pluribus gladiis, palma ei ſũmo cũ gaudio eſt tradita, Belgarum Proceribus effuſè gaudentibus, quod futurus Princeps virilẽ animi ac corporis vigorem præ ſe ferret. Anno 1452. prima in bello contra Gandenſes arma induit, ſecutus patrẽ prœlio Bazelenſi, prope Ripelmondã, in quo eius frater Cornelius occubuit. Deinde cũ turma ſuorũ equitũ præſidiũ Morbecanum aggreſſus, intra munitionẽ hoſtes compulit, obſediſſetque, niſi turorum auctoritas interceſſiſſet. Pugna Gauerenſis tertia eius fuit expeditio. Verùm ne hic præſens foret (quod pater ferocem filij adoleſcentiam, Gandenſiumque contra ſe obſtinatam vereretur malitiam) inſulas eum miſit, ſimulans matrem non ſine vitæ periculo decumbere. Sed cùm profectus, ne ſigna quidem morbi conſpexiſſet, intellecto patris conſilio, equos in poſterum diem inſterni iubet. Rogat precipitque mater apud ſe maneat, ac tantarum regionum vnico hæredi, ſolatioque ſenectutis vtriuſque parentis parcat, ſufficere debere patrem cum præcipua nobilitate periculo exponi. Ad quæ Pugnax: Hac ſola mater de cauſa ire debeo, niſi meritò mihi obiici velim, quod patrem, Belgarumque Proceres pro Republica noſtrũmque omnium dignitate vitam periculo exponentes degeneri animo pauidè deſerens, ſequi auſus non fuerim. Præſtat enim Belgas carere Principe, quàm ab eo regi, in quo nec corporis, nec animi vigor eluceat, qualem me meritò omnes iudicabunt, ſi de vita meticulosè ſollicitus hic apud te latuerim. Poſthæc conſolatus matrem, bona eius cum venia diſcedit, feſtinanſq; ad patris caſtra animoſi Principis ſpecimen non ſemel exhibuit, vulneratus, vti ſcripſimus, altero in pede. De matrimonio eius in Boni quoque vita locuti ſumus. A pace Gandenſi ad mortem vſque Caroli ſeptimi Francorum Regis, relicta patris aula, Gorinchemi Hollandorum oppido cum vxore habitauit, vbi hiſce de cauſis, alteram ditionis Aſperanæ partem, ac regionem Heukelanam omnem proſcriptis regulis occupauit. Dederat Philippus Bonus filio Pugnaci ante aliquot annos ditionem Bethunienſem

ſem ac Arculeam, cuius pars eſt regio Heukelana ac Aſperana, cui tum temporis duo reguli diuerſa familia orti imperabant. Vnus erat Rutgerus Botſelarus, alter Arnoldus Pikius Lesdami quoque dominus, vterque ſuam in oppido Aſperano arcem habebat, ac qui ſui forent annui reditus ſciebat. Cumque aliquandiu commuui conſilio oppidum gubernaſſent, tandem Botſelarus natura aſper & durus, Pikium hominem mitem, lenem ac manſuetum, contemnere cœpit, multiſque in rebus iniuriam facere, ac tandem per vim decimas cenſuſque aliquot annuos eius ſibi vendicare. De iniuria admonitus cùm non deſiſteret, Pikius apud conſanguineos ſuos de Botſelarij inſolentia conqueſtus, irritauit Guilielmum Buranum conſobrinum iuuenem ferocem, ita vt armatis aliquot clientibus Aſperam proficiſceretur, ac ad arcem Botſelarij contendens, occupata areæ priore porta, cùm ab altera vi arceretur, ſclopetto Rutgerum Botſelarum ſuos animantem traiicit, ſtatimque ad arcem conſobrini cum ſuis fugit, in qua obſeſſus à Reinoldo Brederodio capitur, ac cum omnibus in Hagam Comitis ductus, ibi capite plectitur. Pikius verò vt facinoris conſcius à Principis procuratore in concilio Hollandiæ accuſatur. Negat ſe coniurationis Burani participem fuiſſe, imò de ea ſe nil plane ſciuiſſe. Sed cùm id docere non poſſet, condemnatur ea de cauſa, quòd latrones, ac ædium violatores ad ſe recepiſſet, nec in vincula coniectos Præfecto rerum capitalium tradidiſſet. Fiſco Pugnacis igitur adiudicata ditionis Aſperanæ altera parte, eius ibi nomine anno 1461. inauguratur Adrianus Borſelius Brigdami regulus, quanquam paulò pòſt liberi interfecti Rutgerij Botſelarij cum Arnoldo Pikio contracta affinitate amicitiam renouaſſent. In arce verò Heukelemica Pugnax ipſe ſeptimo Cal. Iulij anno 1462. in eius ditionis dominum hac de cauſa inauguratur. Ioannes Arculeus hoc tempore Heukelemi regulus obolos Hollandicos (minimi eſt pretij moneta) more maiorum cudere ſolitus, non tantùm eos veteri figura, ſuis cum inſignibus ac nomine quo ab Hollandicis diſcernerentur, contentus fuerat in publicum emittere, ſed ſub Comitis etiam Hollandiæ nota, è viliori metallo ediderat: qua de re in Curia Hollandiæ conuictus pœnas dediſſet, niſi Gorinchemum profectus, à Pugnace veniam obtinuiſſet. Erat huic filius vnicus Otto natus ſorore Gerardi Culenburgæ reguli, cui Gerardo Otto Heukelanam ditionem inſcio patre vendiderat, acceptoque ab eo clam milite, patrem Heukelemi captum, Culenburgi cuſtodiæ mandat, ac oppidum Heukelemum cum arce occupat. Et quanquam id Comitis Hollandiæ ſit beneficium, arx verò reguli Arculei, neutrum Otto patronum agnoſcens, inſuper ex arce Heukelemica Hollandorum ac Arculeorum agros deprædabatur. Quare tandem miſſus à Pugnace Præfectus Gorinchemius (Droſſardum vocant) cum paucis militibus, dictum Ottonem cum Evervuino, ac Zvuero Gerardi Culenburgij fratribus, captos Gorinchemum abducit, neque dimittit, quàm illi ac Gerardus Culenburgius ditioni Heukelenſi, oppido, ac arci in perpetuum renunciaſſent, ac in Pugnacem omne ius ſuum tranſtuliſſent, liberatis à dicto ſibi ſacramento incolis, ac vt nouum Pugnaci dicerent permiſſis, quod prędicto die ac anno eſt factum. Detinebat adhuc Pugnax Gorinchemi in vinculis nothum Rubemprei filium, qui cum vnica naui in Hollandiam appulerat, ac habitu mercatoris ſæpius Gorinchemi aliiſque Hollandiæ locis diuerſatus fuerat, in mandatis à Rege Lodouico (vti aliquot volunt ſcriptores) habens, Pugnacem paruo cum comitatu extra oppidum caſu repertum caperet aut occideret, naueque impoſitum in Franciam aueheret: quòd eum Rex cum fratre Carolo contra ſe coniuraſſe, tracto in partes Britonum Duce, ac plærisque aliis Francorum Proceribus, intellexiſſet: alienatum verò à ſe, quod quindecim aureorum liliorum millia ad vitæ ei finem promiſſa, cum præfectura Nortmanniæ eripuiſſet, ac ab amicitia Burgundica deduxiſſet, Ioannem Burgundum Eſtampij Comitem, Proceresq; Crouiacos, perſuaſiſſetq; inſuper patri ſenio ferè repuerascenti, vt oppida ad vtramque Somonæ ripam ſita, contra pacis Atrebatenſis conditiones reſtitueret. Quæ cum veriſſima forent, Pugnax à patre in gratiam receptus, eius cõſenſu, cum iis quos diximus Proceribus, contra Regem arma capit. Erat Francorum Rex Lodouicus vndecimus, Princeps ſupra omnem admirationem ambitioſè inuidus, ac proinde ægro ferens animo, eſſe in Galliis præter ſe qui equitem peditemq; proprio ſumptu cogere ac alere poſſet, aut qui abſoluti Principis nomine dignus haberetur: quodque omnem ſuperat admirationem, defuncto patri decus

pulſorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulſorum è Francia Anglorum inuidebat,eamque ob cauſam decreta eius,ſtatutaq; omnia reſciderat, honore aut publico munere ab eo ornatos, dignitate ſpoliarat, Proceres omnes ex aula domum dimiſerat, nulloſque in conſilium, famulitiumque admittebat, præterquam paucos aliquot nobiles decoctores,quos per omnia ſibi obſecuturos, adulatoroſq; ſciebat, ablegato inter cæteros germano, eoq; vnico fratre Carolo; ac ad vitam ſuſtentandam, parte tantùm parua reddituum Ducatus Biturigenſis parum decore ei regnatione clam apud Britones fœdus inter ſe faciunt, nimirú : Carolus Biturigum Dux Regis frater, Franciſcus Dux Britonum, ac Dux Borbonię, miſſiſque ſecretò ad Pugnacem hiſce de rebus literis,abalienatum à Rege eius animum facile in partes trahunt, arma non ponere ſtatuentes,donec è Procerum conſilio regni adminiſtrationem inſtituiſſet,fratri Carolo regni partem tribuiſſet, ac omnibus dignitatem priſtinam reſtituiſſet. Populo ſparſa fama perſuaſum volebant,ſe arma cœpiſſe quod Rex maiorum leges infringere ac abolere niteretur,ſeque proinde Publicæ vtilitatis protectores vocari iubentes. Pugnax belli occaſione lætatus (quanquam iamdudum communicatis cũ Britonum Duce conſiliis,fœdus feciſſent) patri ob oculos ponit,Regem pro immenſis beneficiis familiæ Burgundicæ exitium moliri,ac proinde nil ei fidendum,ſed impiis conatibus tempore obuiam eundum,qui de rei veritate (vti eius in vita ſcripſimus) plenè inſtructus filio permittit, vt exercitum è voluntariis conſcribat,pecuniaque inſtructũ iubet Lodouicum Lutzenburgium Fani D.Pauli Comitem legatum aſſumere,cuius imprimis conſilius ac opera prædictis Proceribus ſeſe iunxêre Dux Lotharingiæ, Alenſonij ac Nemurci, Comines Dammartinus , Dalebrerius, Armigniacus , Dunous, Dominus Beuilij, Loheacij, multique alij. Detecta coniuratione , Rex Archiepiſcopum Narbonenſem Comitem Eureuſij,ac Moruillerij regulum regni Cancellarium legatos ad Bonum mittit. Moruillerius multis verbis de Pugnace, Britoneque conqueſtus, non ſemel nec leuiter vocis libertate eos acriter perſtrinxit, fruſtrà repetens, captum in Hollandia per quinquennium, Rubemprei filium nothum. Quare redituri in Franciam legati, Pugnax Archiepiſcopum à cæteris ſeductum ita alloquitur: Nuntiato Regi, Cancellarium ſuo iuſſu me apud patrem inſigniter taxaſſe, dixiſſeque nemine contra loquente quæ volui.Sed annum hunc ad finem Sol motu naturali non perducet, quin Regem verborum pœnitebit. Hæc Regi nuntiata odium auxere. Pugnax verò anno 1465. in Franciam cum exercitu contendit duodecim habens equitum millia,ac peditum non contemnendam manũ, quibus præerant Lodouicus Lutzenburgius, Adolfus Rauaſtanius, Antonius Burgundus, Philippus Lalanus, Contaus, Aimerius, Condeus ac Ainſius: ſequebantur tormenta ab equis attracta, ac commeatus, emenſuſque ſine maleficio Picardiam (expugnata tantùm Mella) ad Fanum Dionyſij, quo ſe Proceres venturos cum exercitu ſpoponderant, peruenit, non parum admiratus, quòd de nemine vel fama doceretur. Interea Rex Borboniæ ciuitates ac munitiones oppugnabat, quibus expugnatis ſtatuerat Pariſios contendere , impediturus ne Pugnax cæteris cum exercitu aduentantibus, coniungeretur. Erant enim Pariſiis ſexcenti tantùm in præſidio equites, qui ſubinde erumpentes cum detrimento repulſi fuerant. Pugnax nullum pro ſe motum in vrbe exciri videns, traiecto Sequana aduentanti cum magna armatorum manu Regi obuiam proficiſcitur. Certior enim factus Rex Marchionem Rottelingum, cum quatuor equitum millibus Borbonio in auxilium proficiſci, ne à duobus hoſtilibus exercitibus huic à tergo, inde à fronte concluderetur, magnis itineribus Pariſios,regiæ vrbi timens properabat. Prima Pugnacis acies,cui Lutzenburgius præerat, ad Mahendricum peruenerat. Pagus eſt nobilis haud procul Pariſiis Aurecham tendenti ſitus, in quo reliquiæ vetuſtæ arcis viſuntur, ſtante vnica tantùm eaque munitiſſima turri. Pugnax reliquo cum exercitu in pago Luiumau caſtra habebat , ac à Lutzenburgio vt feſtinaret,crebris nuntiis vrgebatur. Prima enim Regis acies Lodouico Breſuio Nortmanniæ Seneſchallo Duce, in propinquo erat. Is vxorem Carolinam filiam notham Regis Caroli ſeptimi è concubina Agnete ſuſceptam, propria manu adulterium cauſatus interfecerat. Et dum Pugnax citato itinere ad Lutzenburgium pergit, Seneſchallus inuito inſcioq; Rege,quinto Cal.Auguſti anno 1465.nobilem celebrataque Francis Mohendrici pugnam confuſis ordinibus auſpicatur. Concurrebant enim ab

vtraque

vtraque parte, diuerſæ equitum Turmæ, peditumque aliquot coniuncta vexilla inuicem caſu obuiam facta,cæco animorum ardore in pugnam ruebant. Regij equites quingenti, ſexcentique ſimul proficiſcentes,ſuorum ſenſim numerum animoſque augebant ,aut prope arcis Monhendrici turrim poſt foſſam vepretis conſitam, cæteros expectabant. Balliſtarij Pugnacis equites in terram,viſis Francis,deſiliunt, iunguntque ſe his Lutzenburgius, Lalanus, multique alij nobiles, animum eis ſua præſentia addituri, quod hac acie robur totius exercitus victoriamque conſiſtere iudicarent, prœliumque ab his exoneratis balliſtis in regios balliſtarios eſt cœptum, qui ab altera pagi parte è regione viæ regiæ conſiſtentes,cedere loco ſunt coacti, ac retro diruta arcis turrim ſe munire, quo Pugnax conſpecto, nobiles qui cum balliſtarijs in pedes deſilierant, ſtatim equos conſcendere iubet, inuaſiſque proximis complures interficit , deſiderato inter paucos Philippo Lalano. Contaus magis magisq; Regios recentium aduentu creſcere conſpiciens, monebat Pugnacem vt iunctis viribus primam Regis aciem antequam cæteris iungeretur diſſiparet,cupiebatque is conſilium veteris ſequi militis, ſi conſtitutus in diuerſas partes exercitus cogi ſtatim in vnum potuiſſet. Quare dum variis in locis diſiunctis pugnatur viribus, ac Pugnax contrahendis copiis eſt intentus, Rex iuſto cum exercitu adeſt, trecenroſq; equites veteranos,qui Pugnacis balliſtarios pedites diſſipent,mittit. Sed iaculorum multitudine viri equiq; transfixi, iis relictis in Pugnacis equites feruntur , à quibus multis deſideratis poſt acrem pugnam in fugam tandem aguntur. Dum ab horum inſecutione Pugnax reuertitur,arcem Monhendrici non ſine ſummo periculo circumuectus, regios balliſtarios (qui ſe ab altera pagi parte è regione viæ regiæ munierant) ordines adhuc ſeruare mirabundus conſpicit. Quare Belgis qui vnum in locum conuenerant, ac pro ſubitæ rei neceſſitate acies inſtruxerant, ſe coniungit ; Lutzenburgio mediæ aciei curam agere iubens, ſiniſtræ Rauaſtanio: in dextera ipſe cum fratre Antonio imperabat. Rex ſuo in ſiniſtro cornu cum Seneſchallo ac Comite Mainço contra Pugnacem ſtabat. Dexterum Proceres regebant Delphinenſes ac Sabaudi, qui tanto impetu ſiniſtram Pugnacis aciem inuadũt, vt diſſolutis ordinibus omnes in fugam multis interfectis agerent, Rauaſtanuſq; intra bigarum, carrorumque impedimenta cum paucis repugnaret. Lutzenburgius è ſua acie aliquot peditum equitumque ſigna auxilio ei adducebat. Sed res perditas conſpiciens, cum ad aciem ſuam reuerti non poſſet cum equitibus proximam ſyluam fuga quoque petit. Ab altera parte Pugnax in regiam inuectus aciem eam perrumpit, multiſque occiſis, ac vulneratis fugere cogit, perlatuſq; eodem tempore in peditес ſuos balliſtarios, vndique regios conuulnerantes, ſed Duce Lutzenburgio deſtitutos, quod vt aciem aperirent non monuiſſet, cladem non paruam infert, ac dum ægre ſe cæteri ab his explicãt, paruo cum comitatu regios inſecutus: ignorabat eum multis cum equitibus ad balliſtariorum aciem poſt arcem ſe contuliſſe, ac ſiniſtrum ſuum cornu in fugam egiſſe. Quare temeraria proculdubiò inſecutione in Regis manus incidiſſet, niſi Contaus ei obuiam factus, de ſiniſtri cornu fortuna, ac balliſtariorum regiorum intacta acie monuiſſet. Vix igitur viginti comitatus equitibus, dum in apertum ſe conferens campum prope arcem Monthendrici regios balliſtarios vitare conatur, à triginta Francis equitibus, caſu obuiis, ſuis partim cæſis, partim fuga delapſis, circumdatur, ac inter repugnandum; in ſiniſtro colli latere vulneratus, agnitus compellatur : Domine dede te, nec interfici ſine, nam ſcimus quis ſis. Ille reſponſo non reddito, ſtrenuè ſe defendebat, donec Robertus Coterauus medici ipſius filius, vt ſcriptores aliqui tradidère, vt verò alij volunt, viri nobilis filius, iuuenis robuſtus, inſigni equo armiſque conſpicuus, ſe medium pugnantibus intuliſſet, eiq; tempus ac locum effugij dediſſet. Coterauus verò ſua equiq; virtute ſe fortiter tutatus, tandem eiuſdem pernicitate hoſtium manibus elapſus, Principem eſt conſecutus, quem is virtutis ergo equeſtri eodem die ornat dignitate, donatque Vicariatum Feudalium apud Brabantos beneficiorum, qui à viris ſemper nobilibus adminiſtrari erat ſolitus, ac proinde dignitas non minus honorifica quàm quæſtuoſa. Hoc periculo Pugnax cautior factus, dimiſſis qui fugiebant hoſtibus, ſuis congregandis, in omnes partes dimittit equites, primuſque omnium conſpecto eius militari ſigno quinquaginta cinctus equitibus, Lutzenburgius aduenit, deinde vndique alij, exiguoque temporis ſpatio, octingentos congregat equites: hanc Monhendrici pugnam imprudenter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac sine certo ordine ab vtraque parte initam quàm potui clarissimè breuissimeq; ob oculos posui, quod ab eius temporis scriptoribus, longis verborum inuolueris obscurissimè sit tradita. Pro copiarum multitudine pauci cecidere, quod pugnæ initio multi ab vtraq; parte vix inclinatis hastis fugerent. Comes enim Mainæus non expectato Pugnacis impetu, duobus equitum cum millibus Rege deserto fingere non destitit, priusquam Chamerauum, Pertenaum, aut Lusignaum peruenissent. Idem fecere à Pugnacis parte, Aimerius, Condæus, ac Ainsius mille quingẽtis præfecti equitibus. Post primum enim congressum animos despondentes, cùm paucis comitati equitibus diu itineris ignari aberrassent, tandem ad pontem Maxencij Aimerius ac Ainsius capiuntur: Condæus verò pernici fuga in Burgundię fines delatus, perditas res falsò vbique nuntiabat, Leodiensibusq; ac Dmantius, temerè quòd cupiebant credentibus, auctor calamitosæ fuit rebellionis. Qui e regiis ad balliſtarios prope arcem fugerant, in acie constituti expectabant vt superata fossa ac dumetis Pugnax se inuaderet, ignari Regis dexterum cornu vicisse. Ipse Rex initio pugnæ ad arcem se contulerat, eaque ibi de causa balliſtarios continuerat Pugnax verò suorum concursu, iusta iterum instructus manu expectabat vt Rex è munitione in æquum descenderet, suosque dispersos noua ac recenti acie inuaderet, interea non cessantes maioribus tormentis cum hominum equorumq; strage mutuò se impetere. Dum frustrà alter alterum opperitur, vesper venit. Interea Rex per tenebras Corbeliam profiscitur, saucios mortuosq; magnis extructis ignibus derelinquens. Ceciderunt ab vtraq; parte circiter duo tantùm virorum millia, è quibus Franci maximè equites, ac inter hos Senescha llum inauspicatæ pugnæ auctorem, Belinum ac Floequetum, cum multis nobilibus desiderarunt. Pugnax verò sua culpa balliſtarios pedites amisit non paucos. Delphinates ac Sabaudi, ouantes ab insecutione Burgundionum reuertebantur, existimantes Regem sua quoque acie vicisse. Sed Pugnacem sex equitum millibus cinctum contra se venire admirantes, quod proximum erat, inclinatis hastis præsenti cum animo excipiunt, fortiterq; pugnantes maior pars cadit, cæteri in fugam dissipantur, pauci Regem Corbeliam sunt secuti. Mansit ea nocte Burgundus vbi fuerat pugnatum, circumuallatus plaustris, bigis, ac æneis tormentis, cum Rege si in aciem prodiisset oriente luce iterum congressurus. Sed primùm fit certior à monacho Franciscano, deinde ab auriga qui cum vini amphora ex arce veniebat, Regem cum omnibus copiis Corbeliam discessisse. Quare instructa acie eo adhuc die eodem in loco permanens regiis pugnæ copiam fecit. Cùm nemo contra prodiret, testatum omnibus relinquẽs obtento campo victoriam esse suam, tertiò à pugna die cum omnibus copiis Monhẽdricum, indeq; Estampium ingressus, sesos, saucioſque curari iubet. Huc post paucos dies Biturix, Brito, Dunous, Dammartinus equitum septem millia adducunt, motiſq; castris Parisios contendunt, quod exiguum ibi Rex præsidium, in Nortmanniam profectus reliquisset. Cùm Sequanam traiecissent, Burgundię Marsealcus mille quingentos equites in castra adducit, totidemq; Italos equites Ioannes Calabriæ Dux, Reineri Andegauensis filius, ductu Iacobi Galeoti, ac Comitis Campobachij. Copiis tam ingentibus ad vrbem adductis, commeatus inopia coacti Principes, diuersis in locis castrametantur. Biturix enim ac Brito in circuitu arcis Beautes oportunis quoque locis castra locant. Rex Nortmannorum exeita nobilitate, cùm res coëgisset circiter tria lancearium, ac totidem balliſtariorum equitum millia, quibus quatuor iungit millia, qui Corbelia eum secuti erant, nullo accepto detrimento ad vrbem peruenit, oportunoque aduentu, quæ de compositione inter Proceres, vrbiſq; magiſtratum agi cœpta erant, impediuit, erumpentibusq; sæpè Nortmannis, non pauci ab vtraque parte cadunt. Occupata vrbe regia, ad quas voluissent conditiones, Regem Principes coëgissent: sed commeatus inopia non patiebatur, vt certo ac necessario copias loco circa ampliſſimam vrbem continerent. Quare dispersi in exiguas manus, Regem decem equitum millia adducentem, ingressu prohibere non potuerant. Quod si licuisset, statuerat is ad Heluetios, aut Insubrum Ducem perfugere, qui summus ei hoc tempore amicus, plus consilio, quam cæteri manu profuit. Suaserat enim pacem cum Principibus vel iniquiſſimis facere conditionibus. Semel enim separatos non facilè iterum coituros: starct dimiſſis eorum exercitibus iis tantùm conditionibus, quas in rem

suam

suam fore putaret. Rex Lombardi consilium probans, missis sæpenumerò ad Principes legatis, ac quæ perebant partim admittens, partim moderari cupiens, tandem comitatus decem tantùm viris nobilibus, ac bis ad castra Pugnacis profectus, cum eo hac conditione transigit, si cæteri Principes conditiones probassent, qui honoris titillatione gaudio elatus, dum discedentem deducit Regem, eius facundia sui oblitus, cum sex tantùm nobilibus ad vrbis ferè mœnia se progressum inconsideratè conspicit, summopere attonitus dum munitionem, quam Rex non procul vrbis porta engi iusserat, aperiri videt. Verum quod sine periculo ac dedecore regredi non poterat, dissimulato terrore cum Rege ingreditur, qui animi generositate vius, aut quod è re sua fore non indicaret Pugnacem (quod sine pernicie nota facere potuisset) detinere, quo & quando vellet abire permisit. Rex Confluentiæ ad Pugnacem primum veniens, his enim compellat verbis: Frater fidere ne tibi plane debeo? Tum ille: Debes non secus quàm fratri: Deinde iterum Rex, Frater agnoſco te virum esse nobilem regia Francorum familia ortum. Quamobrem? ait Pugnax. Tum Rex: Cùm Insulis ad te patremque tuum Cancellarium misissem meum, atque plurà quam in mandatis haberet loqueretur, per Auriſbrem mihi Narbonensem nuntiari iussiſti, verborum me ante animi huius exitum pœnitentiam acturum. Et quanquam vix sex sint elapſi menses, ex animo fateor eorũ me pœnitere. Quæ verba Pugnacis animum demulcere, ac in regias partes traxere, sibi persuadens deinctum à se Regem suppliceꝫ petere pacem, belliq; in se vltrò culpam transferentem, cùm tamen ei verba dans simulato omnia animo loqueretur. Sciebat enim sibi rem esse cum Principe elati animi, fastuoso, gloriæ cupido, ac ambitioso, exercitui, paternis opibus, ac fortunæ confidenti: proinde animo eius ad tempus obsequendum. Dispersò enim Proceruin exercitu facile se recuperaturum prospiciebat, quæ nunc sæua necessitas extorquebat. Paucos post hæc dies pax inter Regem, coniuratosque Principes ad arcem Sylue Vincennis his fit conditionibus. Rex oppida ad vtramque Somonæ ripam sita, Comitatum Bolonensem, ac Guinensem secundum conditiones pacis Atrebatensis Pugnacireddito, neque eo viuo vlla pecunia redimito, post mortem verò eius, Rex aut eius legitimi successores, à Pugnacis liberis, persolutis ducentis aureorum liliorum millibus, si ita visum fuerit, liberanto. Flandria in perpetuum libera ab appellationibus ad curiam Parisiensem maneto, quod frustrà Bonus sæpissimè tentarat. Fratri Carolo Rex, pro Biturigum Nortmanniæ Ducatum concedito. Lodouicum Lutzenburgium Fani D. Pauli Comitem magistrum equitum creato. Exinde dimissis exercitibus Principes ad ditiones suas reuertuntur. Rex ac Parisienses periculoso liberantur bello. Pugnax in Brabantiam reuersus, iunctoque cum patre exercitu, Leodiensibus domitis, Dinantum (vt in vita Boni narrauimus) expugnatum delet. Defuncto patre terno Cal. Augusti anno 1467. Flandriæ Comes Gandaui inauguratur, vrbem ac bona restituens, quingentis ac sexaginta tribus ciuibus, qui à patre postrema pace in exilium bonis fisco addictis, acti fuerant. Inauguratione vix peracta, Gandenses ac Mechlinienses tumultuantur. Gandenses (vbi tum Pugnax erat) cum armis in forum congregati, priuilegia, veteresq; immunitates à Bono ereptas reddi sibi volebant, quod cùm coactus fecisset, Bruxellam reuersus, reuocat, armaq; domandis rebellibus parat. Sed Senatus, virique nobiles congregatis in tempore amicis ac clientibus, seditiosos vius, foroq;, compluribus è textorum ordine occisis, pellunt, captosque seditionis auctores, partim gladio, partim laqueo puniunt, fuga elapsos perpetuo multant exilio. Ad Principem deinde Bruxellę profecti, diplomata quæ seditiosi ciues extorserant, reddunt, pacemque in genua supplices prouoluti persolutis quinquaginta aureorum liliorum millibus impetrant. Mechlinienses quoque ad se reuersi, pacem solutis quindecim aureorum liliorum millibus obtinent. Francorũ Rex cum Pugnaci nec in Flandria, nec in Brabantia rebellionem suscitare posset, renouato cum Leodiensibus veteri fœdere, magnaque eis promittens auxilia, quanquam quinquaginta eorum obsides Pugnacis in potestate adhuc essent, rumpédæ tamen pacis sit auctor. Magna enim coacta manu circa Idus Septembres (resumptis morte Boni animis) Huiam oppidum, vbi Antilles Lodouicus Borbonius bellum veritus, secesserat, obsidet, qui iusto destitutus præsidio, obscura nocte cum paucis in Brabantiam ad Principem confugit. Leodienses spoliata exustaq; Huia, fines Limburgensium ac Lutzenburgensium

Universidad de Deusto
Biblioteca

genſium inuadunt,ac populationibus vexant,fugato ius e locis Ioanne Cliuenſium Duce, eiuſque fratre Rauaſtani Regulo,qui eductis Louanienſibus pauciſq; euocatitiis ſubito armatis fruſtra tantæ multitudinis rabiem compeſcere erãt conati. Rex Pugnacem ſummam cura exercitum cogere intelligens, miſſo ad eum nobili cũ comitatu Lodouico Lutzenburgio,nuntiare iubet ſibi cum Leodienſibus,veteris fœderis iura intercedere,proinde ſi oppugnandos ſtatuiſſet,defenſionem eorum neceſſariò ſibi ſumẽdam: aut ſi id eum facere nolit,renuncians Britonico fœderi,Regem cum Duce pro arbitrio agere permittat. Nitebatur hac ratione conſentiente Pugnace Rex Francos primum vlciſci Proceres, quibus ſubactis,vires regni tum omnes in eum vertere, contra quem quanto occultius, tanto amarulentius odium animo fouebat. Reſponder Pugnax, Leodienſes ad Regis imperium non pertinere,ſed ab auorum memoria, in clientelam Ducum Brabantiæ libera voluntate conceſſiſſe,contra quem nulla de cauſa pace rupta, ac proinde exiſtimatione eius læſa non minus perfidè,quàm ſuperbè rebellaſſent,petens ne Rex pacem in arce ſiluæ Vincennis initam putet violandam,ſed non ſecus Britoni quàm cæteris Proceribus, ſartam tectamq; ſeruet. Lutzenburgius equo inſidens,ac iam iam diſceſſurus, Pugnacem compellans,ait: Domine vlciſci vis hoſtes tuos,nobis fœdere iunctos, iniquum iudicans ſi Rex idem faciat,quæſo tibi perſuadeas,aliter eum rem iſtam interpretaturũ. Leodienſes,reddir ille,educta multitudine in aciem deſcenderunt, ſpero nos breui concurſuros. Si penes hoſtem victoria ſteterit, non dubito quin Rex quod ad Britonẽm cæteroſq; meos attinet confœderatos,pro arbitrio ſit acturus. Verùm ſi victorem me Deus effecerit, Britoni moleſtiam ſpero Rex non exhibebit. Poſthæc Bruxella Louanium proficiſcitur, vbi exercitus e viginti coactus Burgundionum, Picardorum ac Belgarum millibus conuenerat,eoq; oppidum Centronum ditionis Leodienſis,quanquam ſermone Brabantico vtantur,obſidet. Cùm de Leodienſium obſidibus variantibus opinionibus ſententiæ dirimi ſumpliſſe reperiſſet,vita boniſque multaretur. Præerat Centronibus peditum trium millium præſidio vir nobilis Reinerus Ruuraius. Tertio obſidionis die Ductu Barræ viri quoque nobilis,vrbe Leodienſi triginta peditum millia,quingentis additis equitibus excunt,æneaque ſecum tormenta aliquot,ac magnam commeatus vim trahunt. Centrones obſidione liberaturi,peruenerantque ad pagum Bruſtanum,quod quingentis tantum abeſt oppido paſſibus,caſtraque à fronte foſſa ac vallum,latera paludoſi campi defendebant. Pugnax Leodiẽſibus obuiã proficiſcens, Marlæ Comitẽ attributis ei quatuor peditũ millibus,ac ſexcẽtis Anglis balliſtariis in obſidione relinquit,qui ter Ruuraium,tempore paratione aciem inſtruxit. Didicerat ab exploratoribus Leodienſes paucis inſtructos equitibus,peditatum omnem veteri liberorum populorum conſuetudine in vnum denſatę phalangis corpus intra munitionem ſtaturos,quo cum ſumma victoriæ ſpe ex æquiſſimo puram deſcendere iuſſos conſtituit,attributo ſingulis germanico gladio, quo duabus manibus res geritur,vt cùm pharetræ iaculis vacuæ ad manus veniſſent, iis amputãdis hoſtium haſtis vterentur,ducebanturq; à Neufcaſtellio Burgundiæ Marſcalco, ac Ruſſij Regulo, Lodouici Lutzenburgij fratre. Secundæ aciei præerat Adolfus Rauaſtani Regulus, qui cum cæteris nobilibus dimiſſis equis, Belgico peditatui,quem Aimerius ducebat, ſe iunxerat. Poſtrema acies duo peditum lanceariorum, ac totidem equitum millia habebat, hoſq; regebant Eſquardius ac Imbercurtius. Singularum acierum latera balliſtarij pedites pauci cuſtodiebant,equitibus non requiſitis, quod Leodienſes perpaucos haberent. Sex millia balliſtariorum peditum ac lancearij equites mille,paludes prætervecti,expectabat totidem pedites Francos cum octingentis lanceatis equitibus à Rege Leodienſibus in auxilium miſſis,ſed qui in mandatis habebant auxilium (vt fecerunt) procul oſtendere non ferre. Cum ab vtraque parte acies inſtructæ in conſpectum veniſſent, æneiſque tormentis ac balliſtis multorum cum ſtrage ſe mutuo ad pugnam irritaſſent, Leodienſes ne tormentorum globis & balliſtariorum iaculis inulti caderẽt,in æquum è munitione progrediuntur locum. Prima Burgundionum acies terrore hoſtes munitionem deſerere extimans,plenis contra eos paſſibus contendit,ſuperataque foſſa cùm ad manus veniſſent, nec

nec iniquo preſſi loco explicare aciem poſſent, cadẽtibus primo congreſſu circiter quingentis, vniuerſa acies fugã circumſpectabat,niſi Eſquardius ac Aimerius ſuę aciei balliſtarios lateribus eorũ circumfudiſſent. Quare animis reſumptis nõ ſolùm fugam ſiſtunt, ſed acrius quã ab initio pugnã redintegrãt, germanicis gladiis Leodienſiũ haſtas cõfringẽtes, maleq; armatis brachia cruraq; abſcindẽtes,adeò vt breui tẽpore occiſis qui in fronte ſeruiebant hoſtibus,ceteros omnes in proximas ſyluas fugere cogerent,nox arboreſq; maiorem partem texerit. Ceciderẽ Leodienſium nouem tantùm millia,ac inter hos Præfectus Barra. Capta circiter ſex millia,plauſtra trecenta armis commeatuque onuſta, ſex ænea maiora tormenta,ac è minoribus centum viginti. Deſiderant Pugnax viros octingentos. Hæc Regiis nuntiata legatis, qui aurum Leodij pro auxiliaribus cogebant Francis, clam cum pecunia è perturbata vrbe ad ſuos fugientes in Franciam cum præda incolumes peruenere. Tertio à pugna die Centrones deditionem faciunt, omnibus vita bonaque conceſſa, decem exceptis capiteque truncatis, è quibus ſex obſides apud Pugnacem poſtrema pace fugerant. Ruuraius cum præſidio (relictis armis) in tutum eſt deductus. Inde exercitus Tungros petit, qui ſexto obſidionis die iiſdem quibus Centrones conditionibus, deditionem faciunt, decem & hic capite plexi, è quibus quinque obſides fuerant, exceptaque vrbe oppida ditionis Leodienſis omnia allatis clauibus, leges accipiunt. Tandem propria clade ac defectione ſociorum territi, victoremq; exercitum aduentare intelligentes, poſteaquam diu ac ſæpius inter ſe conſultaſſent, deditionem quoque faciunt, accepta fide, quod neque igne, neque rapina in eos graſſaret. Interea trecenti viri è præſtantiſſimis ciuibus ſunt lecti, qui linea tantùm veſte ſupra nudum corpus induti, pedibus, capitibuſq; nudis, ac in genua prouoluti portarum claues, rogata venia, repreſentant. Priuſquam Pugnax vrbem intrat, Imbercurtius portas vallumque milite compleuerat, ciueſque in eius honorem magnum muri ambitum deiecerant, repletamque foſſam complanarant, per quam cum duobus nobilium millibus, totidemque balliſtariis peditibus, ipſe ſolus eques inter primos toga militari ſupra omnẽ fidem ſumptuoſa indutus eſt ingreſſus: latera eius cingebant Belgarum Burgundionumq; Proceres, rectaque cum Principe ad templum D. Lamberti tendentes, admirantur ſingulos qua tranſibant ciues in ædium ſuarum veſtibulis, nudis capitibus ſtare, ac ardentes manu faces tenere. Cùm paucis diebus in vrbe eſſet moratus, ac ſex repertos obſides, quatuorque rebellionis capita gladio puniuiſſet, leges immunitateſq; pro arbitrio mutaſſet, magnam pecuniæ ſummam pro belli ſumptu ciuibus extorſiſſet, muris, portis, turribus, valloq; vrbem nudaſſet, arma, tormentaq; ænea erepta, ac nauibus impoſita Namurcum, indeque in Brabãtiam miſiſſet, vndecimo Calend. Decembr. cum exercitu eſt ſecutus, paucis, ſed oportunis in locis præſidio relicto.

Hujus anni hyemem Bruxellæ exegit, Gandenſium tumultuum expectans euentum, quod ſub belli huius initiũ excitata ſeditione, priuilegia repetiſſent. Sed intellecta Principis victoria animis cecidere, ſine dubio rebellaturi, ſi ſuccubuiſſet, miſſiſque Bruxellam probiſſimis ciuibus, eius poteſtati priuilegia omnia permittunt, eorumq; diplomata, militaria opificum ſigna in aulæ Bruxellenſis ampliſſimo ingreſſu allata, præſentibus Francorum, Anglorum, Britonum, ac Biturigum legatis deponunt. Signa militaria Bononiæ in D. Virginis Fano conſecrauit, immunitates verò paternis conditionibus vrbi reſtituit, actis in exilium ſeptem ſeditionis authoribus, numerariq; ſtatim iubens quindecim aureorum liliorum millia, ac conſiliariis ſuis tria millia, quibus læti conditionibus domum reuerterũtur. Menſe Martio anni 1468. Montibus Hannoniæ Pugnax inauguratur, indeq; 1468.
Inſulas profectus, magna cum pompa, ac ſcænicorum inſtrionicorumq; ludorum exhibitione eſt ſuſceptus. Excitauit ei inter cætera mirum in modũ riſum demonſtratio fabulæ, qua Iuno, Venus ac Pallas præſente Mercurio, apud Paridem de forma certaſſe dicuntur, aureum ſingulæ pomum ambientes. Quæſierant enim magno pretio Inſulenſes ad hanc rem tres ſtatæ ætatis feminas, nudis corporibus in ſcena ad petendum aureum pomũ coram Paride prodeuntes. Quæ Venerem præſentabat, femina erat raræ proceritatis ac ab immenſa pinguedine, portentoſæ craſſitudinis. Quæ Iunonem exhibebat, longitudine Veneri par erat, ſed arida, exucca, planeque oſſea. Quæ Palladem referebat, media inter Venerem Iunonemque ſtans, breuitatis erat admirandæ, in pectore ac tergo gibbum habens, ceruice gracili ac exiguo, ventre vltra modum prominente, brachiis cruribuſq; tenuiſſimis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuissimis. Insulis Brugas peruenit, magnoque cum honore dato acceptoque iureiurando, est susceptus, Ordineque hic Flandriæ congregati intra proximum decennium, vti petierat, decies centies aureorum equitum millia sunt polliciti. Vxori ac filiæ singulis centena millia. Reputa Lector opes tum temporis Flandriæ, quæ quinquaginta continuis annis à bello, eoque subinde ciuili libera nõ fuerat. Brugas Gandauum profectus, sexdecim millia inermium ciuium extra vrbem gratulatum veniunt, se vrbemque potestati eius committentes, timore tamen magis quàm amore, ad honorandum Principem adducti. Circa Idus Apriles Brugis in collegio Franconatium, conseruationem iurat immunitatum, donaturque viginti libris puri puti argenti, pauloque pòst in vxorem ducit Margaretam Eboracensem sororem Eduardi quarti Anglorum Regis, nuptiisque eadem in vrbe regia magnificentia peractis, adeunt eum legati Francorum ac Britonum, quibus sæpenumerò suos miserat, conabaturque Rex Pugnaci persuadere, vt reiecto fœdere quod cum fratre Carolo, ac Britono icerat, nouum inter se pangerent. Cumque eo perducere eum nullis rationibus posset, viribus proceribusque suis iam magis Rex fidens, huius anni æstate exercitum contra Britonem mittit, munitaque quædam loca expugnat. Pugnax Peronæ magna cum diligentia militem Britoni opem laturus cogit. Rex verò transitum illi impediturus cum exercitu Compengam tendit, legatisque ad Britonem ac fratrem Carolum missis, pacem haud tamen diuturnam cum eis inscio Pugnace facit, sufficere arbitratus quod illi remissis veteris fœderis tabulis ab eius amicitia discessissent. Pugnax pusillanimitate leuit atèque eis exprobrata, ac in Regis perfidiam imprimis inuectus, iuram se nunquam animo depositurum minatur. Sed Rex centum viginti aureorum millibus ei numeratis, ægrum aliquo modo placauit animum, impetrataque pace conditiones renouant, quarum confirmandorum causa Peronæ ad Pugnacem exercitum habenti, sexaginta tantùm equitibus, ac octoginta Schotis stipatus satellitibus Rex venit, confisus literis eius manu ad se scriptis, quibus de securitate fidem suam interponebat. Quum summa cum amicitia ac familiaritate inter se aliquandiu communicassent, subitò nuntiatur, Leodienses violata pace, Tungrorum vrbem occupasse, Antistitem Guidonemque Imbercurtium comprehendisse, Archidiaconum vnum cum aliquot Canonicis ac clarioribus ciuibus interfecisse, cadaueraque in frusta secuisse, iisque inuidiæ causa impetisse. Imbercurtium verò ne à furente populo discerperetur, à Guilielmo Vuildano viro nobili sub fide dimissum. Erant hæc vera, procurataque missis proceribus ac Pugnace facta, alios Rex miserat, qui priores de ea certiores factos reuocarent, seruisque quàm putarat aduenerant. Leodienses Pugnacem cum Rege in gratiam rediisse audientes, pœnitentia violatæ pacis ducti, Antistitem cæteris cum captiuis custodia eductum in libertatem restituunt, sperantes hac ratione Pugnacem placari posse. Sed is pacem Francicorum legatorum opera violatam edoctus, ira furens Regem Peronensi in arce custodiri iubet, perque omnia oppidi loca, ac portas præsidia disponit, veritus ne clam aliquid in suam perniciem foret meditatus. Rex subita re attonitus, ac captiuitatis insolens non parum dolebat, profectionem se Peronensem non distuliisse, donec de rebus Leodiensibus à legatis suis certior foret factus. Tribus diebus in arce cum his qui simul in custodiam dati fuerant, Rex sedit, vno è domesticis specie rei familiaris curandæ dimisso, qui quindecim aureorum liliorum millia Pugnacis consiliariis ac amicis diuisit, multoque plus, Rege in libertatem restituto, est pollicitus. Expugnauit is animum Philippi Cominæi Argentoniorum reguli, Pugnacis tum cubicularij primi, qui non parum pro Regis libertate laborauit. Interea sæpius Belgas Burgundosque ad concilium vocat, quid de Rege sit statuendum consultans. Tres dicebantur sententiæ. Prima (cuius auctor Argentonius) Regi volebat fidem seruari, si promitteret ad Leodiensem expeditionem (quæ paulò ante erat decreta) in comitatu Pugnacis cum turma equitum se ventu-

opibus,

opibus, quibus confisus nec aliis quietem concedere, nec ipse quiescere potuit. Prima fatagente Argentonio sententia rem obtinuit. Rex quarto captiuitatis die auri sui omnipotentia liberatur, ipso Pugnace ei libertatis conditiones proponente, Regeque eas non grauatim admittente, quòd se belli Leodiensis facem agnosceret. Renouant exinde, consignantque his additis conditionibus pacem, milesque ad bellum Leodiense cogitur. Neufcastellius Burgundiæ Marscalcus eius gentis quatuor equitum millia adducit. Regi è Frácia circiter mille statim adfuere. Leodienses Antistitem, ac quos cum eo carcere liberarant, pacem impetrare non potuisse, adhæc ipsum Regem belli auctorem, in quem salutis spem constituerant, sumpto Burgundico militari signo, cum equitatu contra se tendere certiores, summa cũ diligentia fossas purgãt, muros, portas, turres, vallumque reficiũt, militem è vicinis, maximeque Francimõtanis cogunt, cõmeatumque vndique in vrbem aduehũt. Pugnax opus aliquo modo impediturus Marscalcum cum octingentis equitibus, ac mille balliſtariis peditibus contra vrbem mittit, in quos illi subitò erumpentes, circiter centum interficiunt, viginti capiunt, cæteros pedem referre cogunt. Quare posthac cautiùs ad vrbem accedens, ac nocte dieque operarios vexans, efficiebat vt parum proficerent. Exinde Aurantij Princeps ac Imbercurtius, conscriptis ex Hannonia, Limburgo, Lutzenburgo, Namurco, ac Hollandia sex virorum millibus, ad Neufcastellum proficiscuntur, primaque hæc erat Pugnacis acies, qui vno simul impetu subvrbia inuadunt. Sed à Leodiensibus duobus locis per murorum ruinas circa Solis occasum erumpentibus, accepta clade repelluntur, qui exinde maiori manu egressi, ac Burgundos insecuti, per totam noctem cum male compositis variis locis strenuè depugnant, stragemque interfectis octingentis, ac non paucioribus cum ipso Aurantio vulneratis auxêre, donec discussis tenebris, desideratis tantùm viginti viris, ac inter hos Ioanne Vuildano nobili Præfecto, cum duobus aliis ordinum ductoribus vrbem repetiere. Interea ab eruptionibus, hac felici pugna animati Leodienses non cessabant, quod Burgundos timore aduersæ pugnæ animo consternatos deleri posse sperarent, eo magis quod commeatum eis deficere didicissent. Sed Aurantius cum nobilitate pertinacissimè ac fortissimè resistens, quanquam per biduum neque cibum neque somnum cepisset, deseruissentque cum duo militum millia fugam capessentia, auctor fuit ne dedecus admitteretur. Pugnax Tungris castra habens, ac de periculo inopiaque suorum doctus, trecentos Aurantio equites auxilio mittit, singulis ad ephippium lagenam vino repletam ferentibus, qua re quanquam in speciem parua refecti, acrius hosti restiterant. Tandem comitatus Rege adest Pugnax, subvrbiaque occupans castra è regione Marscalci locat, septemque continuis diebus nec ipse nec quisquam in exercitu arma deponit, hostem eruptione iterum pugnaturum existimantes. Octauo die positis armis exercitui quietem concedit, ac reficere corpora iubet, postero die vrbẽ muro pro parte carentẽ variis locis oppugnaturi. Leodiẽses à Frácis clam ea de re certiores facti facinus mehercule audax ac strenuum animis concipiunt, & nisi felici euentu caruisset, inter pauca memorabile, interficiendi nimirum Regis ac Pugnacis. Sciebant eos vicinis in ædibus commorari, exutisque armis cum omni familia quieti se dedisse, custodiam verò exiguam circa ædes positam, qua interfecta parui laboris ac periculi fore, reliqua iudicabant. Eligunt ad hanc rem sexcentos è Francimontanis fortissimos veteranos, ducebanturque ab ædium dominis in quibus Principes cubabant. Intempesta nocte vrbem silentio egressi, iter per regiam viam inter colles leuiter assurgentes, ne ab exercitu conspicerentur, faciunt, oppressaque prima custodia, cùm ad diuersorium Ducis Alensonij Principum ædibus propinquum peruenissent, ac iam primum, si vnquam alias, modestissimè ad Principum diuersoria recta pergere debuissent, nonnulli acerbitatem animi diutius continere non valentes, Alensonij diuersorium ex argillaceis parietibus compactum, hastis perforant, ac quod milite repletum foret, interficiunt, ac vulnerant plerosque, qui tumultu excitato trecentos nobiles Pugnacis in ædibus dormientes, somno excitant, ac ad arma capiendum resistendumque incitant, donec Rex Pugnaxque thoris exilientes in auxilium armatis familiis aduolant, quos sine dubio somno sepultos in thoris mactassent, si modestè ædium dominos secuti post oppressam primam custodiam, trecentos primùm nobiles inuasissent. Audito pugnantium tumultu vniuersus breui tempore exercitus armatur, quo Leodij percepto, duobus locis omnibus viribus erumpunt, diuersisque locis acriter pu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnantes, tandem in vrbem repelluntur. Francemontani verò omnes fortiter pugnantes, ante Principum diuersoria cæduntur, ædium dominis propriis in focis cadentibus. Rex Pugnax q; tanto periculo liberati, non satis hominum audaciam ac animositatem mirari poterat, docti hoc facinore omnibus in bellis custodias vigilias q; diligenter procurandas, nec hostem etiam infirmissimum temerè contemnendum: desiderauit enim hic vltra duos Regulum, ac alios plerosque viros nobiles. Circa meridiem signum oppugnandæ vrbis proponitur, admonito Marscalco vt suis è castris hostem inuadat, cùm æneum maius tormentum tertiò exonerari audisset. Leodienses nil minus quàm vrbis oppugnationem eo die ac hora expectantes, fessi nocturna pugna, quemadmodum & Burgundos existimabant, positis armis, stratisq; mensis corpora curabant, nocturnaq; inuicem facinora narrabant, adeò vt Rex, Pugnax, Aurantius, Marscalcus, Imbercurtius ventilantibus vexillis quadraginta hominum millia in vrbem nullo resistente perducerent, tantùm subitò strepitum tympanis ac tubis excitantes, vt viri, mulieres, pueri fermè omnes salui in syluam Arduennam, ac ad oppidum Mazirium profugerent, relictis ædibus omni diuitiarum genere scatentibus, ac mensis ciborum diuersitate repletis, quæ militi in prædam sunt concessa. Vix trecenti in vrbe perière. Vitæ eorum consultum qui ad ædes sacras cõfugerant, ea tamen quoque direpta, dum se miles ditiores captiuos quærere simulat. Sed Pugnax à Papa admonitus non pauca diuorum Fanis restitui curauit. Præda ditissimæ amplissimæque vrbis immensa fuit, multiq; gregarij milites hic opes sibi ac posteris quæsiere. Qui inermes syluam Arduennam fuga petebant, à propriis equitibus ac ordinum ductoribus simul fugientibus, sunt spoliati. Octauo ab vrbis expugnatione die Rex ægrè impetrata dimissione in regnum reuertitur. Pugnax firmiori exercitus cum parte in Francemontanos vitæ suæ insidiatores profectus, militi incolarum opes in prædam donat, interfectis qui per ætatem arma ferre poterant omnibus, Vulcano reliqua consecrans. Eadem ratione Leodij est sæuitum, exceptis diuorum Fanis ac Canonicorum ædibus, reliquetos Mosa suffocarunt, ditioribus magno vitam redimentibus. Deleta est florentissima potentissimaq; Eburonum ciuitas pridie Cal. Nouembres, tam rigido gelu Autumno sæuiente, vt non pauta hominum millia frigore interierint, manus, pedes, oculos, aures & nares amiserint, oppugnarenturq; non minus Burgundi frigore ac siti, quam Leodienses ferro ac igne. Nam flumina, torrentes, fontesq; gelu densissimo concreti aquam sitibundis negabant, cogebanturq; ruptis doliis congelatum poturi vinum igne liquefacere, qua de causa extremam iræ suæ acerbitatem in Leodienses ac Francimontanos Pugnax exercre non potuit, sed reuersus (vacua vrbe relicta) in Namurcenses, indeq; exauctorato exercitu in Brabantiam, quæ circum vrbem restabant igne consumpsit, finemq; miseriæ ac calamitati Leodiensium tandem imposuit. Sacrati homines in vrbem reuersi solita Deo vota sacrificiaq; secundum Ecclesiæ Christianæ veteres ritus offerunt, cosq; variis è latebris subsecuti ciues, bonisq; exuti agrestes subterraneis in cellis habitabant, donec concocta Pugnax ira potestatem omnibus ædificandi fecisset. Vnde breui tempore in quam hodie visitur formam vrbs resurrexit, plærisque multò artificiosius ac sumptuosius quam anteà habitarant ædificantibus, multisq; diuitibus eo infirmiori-bus ex oppidis migrantibus, quod mutati corruptiq; sermonis causam fuisse plærique volunt. Gandenses subhuius belli initium denuò coniurarant, rebellaturi si Pugnax infeliciter pugnasset. At sæuera Leodiensium pœna territi, armorum ex animis cogitationem omnem abiiciunt, statuentes posthac Principi seriò obsequi, ac proinde non quiescentes donec per legatos iam tertium Bruxellam missos, absolutam consignatamq; quibus volebat conditionibus pacem impetrassent, deferentes Opificum Præfecti nigris vestiti circa Nonas Ianuarij anno 1469. Bruxellam noua quæ fecerant militaria signa, supremumq; vrbis Statarium vexillum, ac in pacis Gauerensis conditiones iterum iurantes, immensis onerati minis, siquid quarto noui contra Principis dignitatem moliti fuissent. Liber hac hyeme Pugnax à bello, Brabantis, Hannoniisq; ius dicebat, ter singulis hebdomadibus inter consiliarios præsidens, ac pro infimo cuiq; vt ius suum obtineret, curam agens. Mense Aprili eadem de causa in Occidentalem Flandriam est profectus.

1469.

fectus, Mense Maio Gandaui, Iulio Brugis, Augusto in Hollandia ac Zelandia, mirum in modum hoc tacto, populorum erga se amorem ac reuerentiam excitans, reliquisque inter cætera rigidæ æquitatis memorabile exemplum, quòd meritò ante oculos habere debent non solùm iudices omnes, sed quicunque temere legum septa cum aliis in rebus tum maximè illicitis feruentes moribus, transilienda sibi persuadent, in quorum gratiam è manuscripto historiam libello sumptam hic adiicere placuit, vt Lectoris animus continua lectione Bellicarum miseriarum, infamentiumque Principum, populorumque tumultu quodammodo obrutus sese reficiat, ac quasi ex longo scabrosoque itinere sessus, iucunda hac ac breui digressiuncula nonnihil respiret. Duxerat apud Philippum Bonum, fecunda fama, Ordines, vir quidam nobilis ac strenuus, caq; de causa, honesto loco munus publicum meruerat. Cùm sine vxore viueret, capitur amore hospitæ suæ mulieris formæ liberalis ac decoræ, sed inexpugnabilis pudicitiæ. Sciebat ille, quemadmodum & hospitis non esse violandum thorum, sed quæ insanum extinguere debebant amorem, augebant: non minus enim ab animo pudico, quam decora facie rapiebatur. Quare cum diutius affectum dissimulare nequiret, solam nactus, morbum aperit, vim eius exequitur, constantiam in amore, ac silentium perfectè pollicetur. Mulier pudore confusa fidem marito datam, ac in hunc vsque diem seruatam allegat, eius ergà se fidem, humanitatem ac liberalitatem exponit, rogans ne geniale thorum, rupto hospitalitatis iure, cum summa ignominia rumpere conetur, nec ob illicitæ ac inhonestæ rei turpe obsequium, sancti coniugij fidele vinculum dissoluere nitatur. Esse variis locis virgines opulentas complures, forma se multò præstantiores, eligat vxorem quæ genio respondeat, è qua liberos, sancto matrimonio procreatos, suscipere possit. Inflammatur, non sedatur prudenti recusatione illicitus amor. Non procedentibus igitur Veneris artibus, altero eam aggressus telõ, auri acerrimum offert, ac in quem velit vsum auferre iubet, promittit mundum muliebrem, qui eum vicinarum ac cognatarum ornamentis comparari non possit, addens se marito apud Principem impetraturum, in patria eius dignitatem, non minus honori quàm compendio seruituram. Cùm non moueri mulierem videret, nec vlla vi pudicitiam altissimè radices agentem labefactare posset, tantæ castitatis admiratione extra se raptus, sæuiens flamma hominem in diuersa agitat. Proinde cùm iacere Plutonis ac Mercurij artes, cum Cupidinis face videret, extrema tentaturus, ad lectus animum conuertit. Vigebant eo tempore apud Belgas, diuersæ variis in regionibus factiones, quas vt tollerent Principes, varia diuersis temporibus, ac seuera promulgarant edicta, quibus auctores seditionum imprimis coërcerentur. Accusatum igitur inter alios mulieris maritum, quòd contra Principis edictum clam coniurasset, nocte è domo in carcerem duci iubet, amori dans quod clara luce non iussisset. Nil omittit illa quod ad liberandum maritum facere posset, sed frustrà. Existimans igitur à solo præfecto eius vitam pendere, quem turpem animo amorem iamdudum depositisse sibi persuadebat, interpellare pro marito constituit. Domi eum nacta ad genua prouoluitur, de innocentia mariti multa agit, rogans cum lachrymis eum sibi saluum veteris necessitudinis ac hospitalitatis memoria restituat, vtatur pro beneficio vtriusque opera, vbi res ac vsus poposcerit. Simulat ille de eius culpa sibi constare, ac proinde grauioris esse rem momenti quàm putet, Principis enim vrgere edictum, cui necessariò foret obediendum, aut ab eo solo gratiam impetrandam. Petit illa hac in re eius consilium. Intricatis ille verbis in varias se mutans formas rem adeò grauiter exaggerat, vt iam desperare mulier inciperet, quo viso, ductis ex imo pectore suspiriis ait: Tui gratia de vita ac fortunis apud Principem lubens periclitabor, quanquam hucusque me non minus quàm maritum tuum, de vita tui causa periclitantem planè despexeris ac nihili feceris. Promitto igitur me apud Principem gratiam marito tuo obtenturum, si voluntati meæ obsequi nunc cum soli simus, volueris. Quid faceret in tantarerum acerbitate animus castus? Lacteæ genæ rubore perfusæ non simulatis persundebantur lachrymis, sanguis per venas discurrens corpus varie afficit, os labraque grato tingens colore. Certat amor coniugalis cum fide ac castitate, superantur hæ, sed voluntatis libertate in deterrimam prius seruitutem abacta, quod ille considerans, nec diutius in amata eam affectuum violentiam ferens, obticentem, lachrymantem, ac alta suspiria ducentem, nec tamen reluctantem in thorum collocat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eat. Voti compos effectus nondum furibundus quiescere potest amor, cogitat qua ratione solus posthac ea sit potiturus. Ratione inita, blande consolatam domum dimittit, scripturum se ad Principem pro mariti liberatione pollicitus. Cumque interpellantem lænifice, marito eius caput amputari iubet, ac cum cadauere in arca lignea deponi, nec efferri ad sepulturam priusquam iussisset. Vocauerat interea mulierem, ac solus cum ea per tres confabulatus horas, nullo non blanditiarum, ac promissionum genere, additis non parui pretij muneribus eam delinierat, ac vt sperabat omni ratione deuinctam plane suam fecerat, iubens sole iam ad occasum vergente ad carcerem vt eat, ac quibus inferat Princeps conditionibus maritum educat, data ei sua è manu ad carceris custodem tessera. Illa intertectum carnificis manu maritum iacere conspiciens, facinoris magnitudine attonita vocem perdit, nullisque emissis lachrymis cum animum recepisset, recta ad præfectum contendit, ac tumente ore micantibusque ira oculis, inquit: Ago tibi gratias pro tua expectata mariti mei liberatione, referet aliquando Deus. Habes quod dudum malis quæsiuisti artibus, sed sufficiat me huc vsque tibi ludibrio fuisse, eodemque momento omnia quæ ei donauerat in mensam proiiciens, abibat. At ille eam retentare, ac vsque audeat rogare, deinde factum excusare, Principis iussum vrgere, falsas eius tabulas ostendere, suum matrimonium offerre, denique aureos, ac siquid amplius poterat polliceri mõtes, sed frustrà: paucis enim illa, sed fidissimis cognatis rem totam aperit. Suadent dom se dissimulato dolore, aliquot diebus contineat, Principem breui adfuturum, cum esse hoc tempore vnicum iustitiæ patronum, ac proinde de rei veritate instructum, peranno non vulgarem de latrone, ac pudicitiæ violatore sumpturum. Cum Pugnax hoc missis cæteris, eam in proximum secedere cubiculum iubet, promittens se pro merito puniturum, quem è duobus nocentem reperisset. Votari exinde Præfectum iubet, ac se præsente cum muliere, à consiliariis suis examinari. Breui tempore è Præfecti verbis, vultu, colore, ac animi iactatione dubitari est cœptum, cum culpa non carere. Exinde à Principe solus vocatur, consiliarius proximo in cubiculo, eo inscio occultatis. Iubet veritatem actæ rei omnem aperiat, quod si fecerit, non fore vt de fœueritate iusti, æquúmque Principis, meritò conqueri possit: Sin minus, fese tormentis ab eo ac muliere, in vtriusq; conspectu, veritatem expressurum. Dubitari enim certis è signis de eius culpa, ac scire se perrarò illicitum amorem recta iustaque consulere. Proinde rem ipsam aperiat, nullo mixtam mendacio, si sibi ac mulieri consultum velit. Victus auctoritate Principis, ac de eius clementia propter res bello fortiter gestas confidens, in genua prouolutus, ac in lachrymas effusus, vt res acta erat sine mendacio enarrauit, mulieremque omnis culpæ expertem professus, pro se gratiam submississimè roganit, amoris violentia se ad facinus traportius cùm innocente marito morituram se asseuerabat quàm illi nubere, è cuius manibus, innocentis mariti sanguis elui nunquam posset, quique tantò cum scelere pudicitiam suam polluisset. Datur consiliariis negotiũ reconciliationis, ac vt nuptias quam maximo mulieris cõmodo procurẽt. Ita fit, victa multorum ac magnorũ virorum matronarumq; auctoritate mulier in nuptias fere coacta consentit, stipulante Præfecto, si liberis nõ susceptis eam morte præcessisset, se omniũ bonorũ suorum eam hæredem instituere. Exinde concipiuntur tabulæ, obsignãtur, accipit mulier exemplũ, dant dextras, ac præeunte sacerdote iungũtur matrimonio. Tum Pugnax: Mulier est ne tibi plene de omni iniuria satisfactũ? Annuente illa: At nondũ, inquit, mihi: iubetq; Præfectum in eum duci carcerẽ, vbi mulieris maritus vitam finierat, sacerdotem ibi, carnificem, ac ligneam arcam reperiri, bimæ vt se paret ad moriendum conceduntur horæ. Interea ei Pugnax schedulam propria manu exaratam mittit, in qua mortis sententia ac causa erat descripta. Vitijs sacerdoti confessis, ac sacro Eucharistiæ munitus mysterio, cùm omnia expertus nullum restare gratiæ locum videret, carnifici cernicem præbens, eodem in cubiculo capite plectitur, vbi ante paucos menses hospitem suum occidi iusserat. Mulier rei ignara eò mittitur, traditurque ei Principis manu exarata præfecti sententia, vt propinquis ac affinibus, actæ rei testimonium esset. Atqui hac ratione intra annum duobus eodem supplicij genere, sed non eadem

dem de causa, orbata maritis, non diu post animi mœrore confecta, supervixit, ingentibus præfecti bonis liberos è priore marito susceptos ditans. Simile fœueri iuris exemplum in vita Guilielmi tertij Hollãdorum ac Hannoniorum Comitis Chronicon narrat Hollandiæ ob ereptam tantum rusticæ vaccam. Nec minus clarum haberi debet exemplum Balduini septimi Flandriæ Comitis, strangulatis vndecim viris ordinis Equestris. Anno 1470. Pugnax triginta ingentes onerarias rebus necessariis ad bellum instructas, ductu Hendrici Borselij Veræ Reguli cõtra Richardum Vuarvuici Comitem mittit, qui Francorum filius amicitia Belgas mercatores mari deprædabatur, pacemque Francorum Regis opera cum Anglorum Rege Hendrico sexto (quem paulo ante regno pepulerat, redintegrarat, treseque hi Principes fœdere facto, statuerãt Eduardum quartum (cuius sororem Pugnax in vxorem duxerat) albæ Rosæ Principem Angliæ regno pellere, ac postea coadunatis Anglorum Francorumque viribus Pugnacem opprimere, ac ditiones eius dimidere. Borselius pulso mari Vuarvuicio, dissipatisq; eius nauibus, maris imperium facilè obtinuit, quod ægrè ferens Rex Lodouicus, instructa Rothomagi Francica classe, eiq; Vuarvuici Comite Præfecto, Hendricum sextum, pulso Eduardo quarto, in regnum restituit. Eduardus cum quadringentis viris nobilibus in Hollandiam appellit, indeque in Flandriam ad Pugnacem, eiusque vxorem sororem suam peruenit, ac ab eis ducentis aureorum equitum millibus est donatus, excepta pecunia quam liberali animo Ordines Brabantiæ, Flandriæ, Hollandiæ, Zelandiæ ac Frisiæ contulere, conniuente insuper Pugnace, vt instructas quot vellent ad bellum naues ei commodato darent, ac qui cum eo in Angliam traicere cuperent permittens. Eduardus igitur Belgarum liberalitate viribus auctus, mense Martio anni 1471. in Angliam proficiscitur, confluunt statim amici veteres ac noui, inter quos eius frater Georgius Clarenciæ Dux (qui prius pro Hendrico Rege steterat) magna auxilia adducunt. Pugnatur ter acriter, sed semper Eduardus victor, postremo prœlio Regem Hendricum cum vnico filio captum, interfici iubet, cadente Richardo Vuarvuicio, omnibusque aduersæ partis Anglorum Proceribus, ex quo tempore in regnum restitutus, incredibili Belgarũ lætitia, summo autẽ Francorum cum dolore Eduardus exinde regnauit. Verùm vt ea quæ hic breuiter ac succinctè narraui, planiùs Lector intelligas, inspice Genealogiam Anglorum Regis Eduardi tertij. Rex Lodouicus Anglici auxilij spe deiectus, ac irritatus contra Pugnacem, quod Eduardo suppetias tulisset, non dissimulato diutius odio, bellum dudum animo decretum, ac spe Anglici subsidij hactenus dissimulatum, apertè parat, secretò, sed frustra ei rebellionem alicubi suscitare conatus, summoperè interim contẽdens vt oppida ad Somonam sita in partes suas trahat, quod cùm Ioannes Borbonij Dux clam Pugnaci apud Hollandos tum agẽti nuntiari curasset, credere prius noluit quam Regem, fratrem Carolum è Bria ac Champanga in Guiẽnam (Aquitaniæ pars est) procul suis ditionibus amandasse didicisset, ac Britonem multosque alios Francorum Proceres à sua (vti scripsimus) amicitia alienasse cõspexisset. Festinanter igitur ex Hollandia in Flandriã, indeque in Atrebates profectus exercitum cõscribit. Sed Rex ac si iam pax violata foret, astu Ambianum, Fanumq; Quintini occupat, recepissetq; iisdem artibus Abbevillam ac Dorlanũ, nisi Esquardius in tempore iustum misisset præsidium. Occupandis hisce Picardorum oppidis plurimum Regi profuit opera Balduini Burgundi, qui post paucos dies deserto fratre Pugnace, cum plerisque aliis nobilibus ad Regem transiit, ob cuius defectionem Dorlani nec Hesdini fidẽdum arbitratus, Atrebatum se subitò confert, ac omnibus è ditionibus militem vocat, verebatur enim ne & frater Antonius coniurationis foret particeps. Sed cùm is fidem ac constantiam suã probasset, resumpto animo ad bellum se conuertens breui quindecim virorum millibus armatis Picquenium ad deditionem cogit, indeque castra Ambianum promouet. Erat in ciuitate Lodouicus Lutzenburgius mille quingentos habens equites, ac peditum millia quatuor. Rex cum exercitu Bauuasij vnius diei Ambiano distans itinere castra habebat, pugnam vitans, quod proceribus nondum omnibus satis fidendum existimaret. Exercitus autem parte in Burgundia missa, incẽdiis ac populationibus agros vastat, concurrentes ad arma nobiles, multis interfectis captisque, bis superat, munita aliquot loca capit. Pugnax tot incommodis vno tempore circumuentus, quomodo se explicaret non videbat, nisi inito fœdere. Ardebat enim Burgundia bello, timebat domi defectionem, Ambianum

1470.

1471.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bianum firmo munitum præsidio frustra oppugnabat, Rex pugnæ occasionem vitabat, Franciæ Proceres mutata voluntate, cum Rege stabant, quòd cum filiam Mariam Caronlo Guiennensium Duci Regis fratri desponsaturum se promisisset, in hunc vsque diem, nos obsedisset, ad Regem Simonem Quinciacum cum literis propria manu exaratis mitterit, indiciaśque in annum facit, quę Cal. Maij anno 1472. finirentur. His omnibus adhibito iureiurando obsignatis, vterque Princeps motis castris militem dimittit. Cùm Bruxellam redisset, Ordinibus omnium suarum ditionum conuocatis, docet, Ambianum, Fanumq; Quintini inopia ordinariorum Equitum in Regis potestatem deuenisse. Promde necesse fore vt certam singulis annis pecuniæ summam, singulæ regiones conferant, qua octingenti equites in extremis Belgarum finibus, ordinario perpetuoq; stipendio alerentur. Promittunt singulis annis centum viginti aureorum liliorum milia, quæ post paucos menses ad quingenta millia Pugnacis astutia creuere, fuitq; hoc primum ordinariarum Equestrium turmarum apud Belgas rude initium, quod succedentes Principes in meliorem paulo ordinem quinis instituendis Equitum ordinariis turmis redegere, donec Austriaci rerum apud Belgas potentes quinas instruxere turmas, quarum Præfectus, numerus, ordo ac armatura, cum è prima institutione ad delectum prodirent, hic fuit. Singulis turmis præficiebatur Eques ordinis Aurei Velleris, ætate, bellicaque virtute probatus, cuius familiæ nomen turma referebat. Hic nunores Præfectos pro arbitrio legebat. Quinæ priores turmæ constabant è quinquaginta viris nobilibus: Alteræ quinæ è quadraginta: Postremæ è triginta. Singuli nobiles, tribus instructi militaribus equis, ad delectum prodire cogebantur, quorum vno dominus, altero validus famulus, virilis ætatis, bellicaque rei non minus quam ipse peritus, tertio Amanuensis octodecim aut viginti annorum insidebat, qui consosso domini equo, vulnere aut lassitudine deficiente offerre suum cogebatur. Singulis turmis ignobiles equites singulari equo militantes, nobilesq; his numero excedentes iungebantur, neque horum ratio habebatur, villici ne operarii, sellularij, è populo, an plebe essent lecti, tantum viri ne fortes, animosi, ac ex equo pugnare docti, habebantque hac ratione quinæ primi ordinis turmæ (exceptis amanuensibus) ducentos singulæ equites. Singulæ quinæ secundi ordinis turmæ, centum sexaginta equites. Turmæ tertij ordinis singulæ centum viginti equites, viros omnes fortes, belloque expertos, coactiq́ue in vnam omnes aciem equites efficiebant bis mille quadringentos, lo exercitus pararetur. Cùm acie esset certandum, primus honoris causa locus in cornibus his concedebatur, ac ante omnes centum viginti nobilibus, Turmarumque præfectis, quo cæteris contemptu mortis animum adderent. Erant enim omnes cataphracti equites, armati crassa, graui præferrata lancea, qua omnes etiam hostilium equitum, pectumque acierum formas perrumpere conabantur. Perfractis aut excussis lanceis, rem gerebant lato, sed breui ancipitiq́ue gladio, ferreo malleo, tormento breuiori, ac ante horum vsum ferrea securi, quo exigente necessitate, equis desilientes peditum acies auxilio forent. Verùm cùm nulla res quantumuis necessaria, optimaque ratione instituta, in hoc orbe sit perpetua, sic & hujus præstantissimæ disciplinę vsum meo tempore ortu ciuilium bellorum primum labefactari, deinde intermitti apud Belgas vidimus. Singuli equites quinis aureis liliis singulis mensibus merebant, nec minus pro amanuensis equo accipiebat. Præfectus contempto stipendio quod singulis annis octingentorum aureorum liliorum summam non excedebat, legatoque plærunque donabat, contentus erat honore ac dignitate, summa cum industria ac diligentia suos exercens, quo nomen virtutis præteris compararent, indeque ad maiores honores, præfecturasque aspirabat, cum alioqui stipendium vix equorum phaleris, frenis, ephippiisq; parandis sufficeret, nisi quis eo loco Præfecturam habere voluerit, quo sacri iuris commentatores publica solent munera; *suo*

1472. more dicentes: *Tantum valet officium quantum officians.* Calendis Maij anno 1472. harum induciis, Rex Pugnaxque militem conscribunt, verùm tanto diligentius Rex, quòd frater eius Carolus (cui secretò venenum dari curauerat) animam ageus circa Cal. Iunij moreretur, prolongarantq; inducias ad Idus vsq; Iunij; pollicitus Rex se tum pacè reddito Ambiano, fanoque Quintini facturum, si dimisso exercitu in Belgas Pugnax rediisset,

qui

qui Regum omnium inconstantissimo fidem habens exercitum dimittit, deceptus incredibili desiderio recuperandi dictas ciuitates, cùm Rex nil minus cogitaret; quod dimisso Pugnacis exercitu, ac finitis induciis de pace tacens, occupata Guienna, Britonemq; bello persecutus, satis comprobauit. Pugnax serò perspecta Regis versutia, regionum suarum Ordinibus perscribit, proprium eum fratrem veneno sustuliisse, violata fide sibi verba dedisse, Britonem contra fœdus bello vexare, de his se vlcisci statuisse, cosque certiores facere, ne se temerè bella è bellis serere existimarent. Omnibus ci operam pollicentibus, immenso exercitu coadunato, cùm Somonam traiecisset, contra consuetudinem, ferro ac igne vbique sæuit, quò Regem indignitate rei commotum ad pugnam irritaret, sed frustrà. Nesłanis tubicinem vt portas aperirent miserat. Consulturi de conditionibus, paucorum dierum inducias impetrant. Interea animis mutati, tubicinem, aliquotque milites circa oppidum securè deambulantes interficiunt, qua perfidia commotus, dominę Nesłanę vt oppido exeat perscribit. Cùm illa paruisset, oppidum vi expugnat ac diripit, nulli ætati, nec sexui parcit, pauci captiui cladis nuntij pollicibus abscissis dimittuntur, oppido ignis variis locis iniicitur. Exinde Roia deditionem facit, omnibus oppido singulari indutis veste sine sarcinis exire permissum, inermibus nobilibus singulis relictus equus. Eadem conditione se dedunt Mondiderij. Hinc exercitum Bauuasiorum oppido admouet, quibus ante eius aduentum, militem ac commeatum Parisienses miserant. Bis oppugnati, interfectis centum Burgundis, ac circiter mille vulneratis, eos fortiter repulerant. Cùm frustrà mensem in obsidione triuisset, circa Idus Iulij motis castris oppidum deserit, omnia circumquaque spolians, ac igne consumens, quo Regem clade subditorum permotum in conspectu Regiæ vrbis ad pugnam cogeret. Sed cùm nullus se moueret, è Bauuasiis in Nortmannos proficiscitur, castraque haud procul Rothomago locat, pugnam omni ratione quærens. Rex suis non satis fidens, exercitum oportunis locis ac oppidis semper continebat, ne (quod summo studio quærebant) Pugnax, Britoque vires coniungerent. Quo is perspecto, mense Septembri paruo accepto detrimento cum exercitu in Atrebates est reuersus, paulòq; post Brito cum Rege pacem iterum facit, Pugnax inducias quæ ad mensem vsque Martium anni 1473. durarent, quæ deinde ad Cal. vsque Iunij anni 1474. sunt prorogatæ, tandemque ad Cal. vsque Maij anni 1475. prolatæ, omnibus rationibus ac modis neglecta fide, iureiurando, ac æquitate, Pugnace quærente vt Ambianum, Fanumq; Quintini, Regi per fas nefasq; (vt sibi fecerat) eriperet. Mense Septembri Pugnax Ducatum Geldriæ, Comitatumq; Zutphaniæ hac de causa emit. Guilielmus ac Reinoldus Geldriæ ac Iuliaci Duces liberis non genitis vita discedentes, dictarum ditionum possessionem Ioannæ sorori germanæ, quæ Ioanni Arculeo nupserat, testamento relinquunt, qui vita excedentes filium relinquunt Guilielmum ac filiam Mariam, quæ fratri Guilielmo sine liberis mortuo dictorum Ducatuum hæreditatem adimit, nupsitque Ioanni Egmondano, cui peperit filium Arnoldum Egmõdanum Geldrię Ducem, qui è Catharina Cliuensi suscepit inter alios filium natu maximum Adolfum Egmondanum. Is ab adolescentia Philippi Boni semper aulam secutus, vxorem ibi duxit Catharinam Borbonij Ducis filiam, sororem Isabellæ vxoris Pugnacis: vtraque filia Agnetis Burgundiæ sororis Philippi Boni. Dux Arnoldus Princeps erat natura lenis, mitis, humanus, pacisque amans: Contrà Adolfus asper, sæuus, inquietus, ambitiosus, diuturnamque patris vitam ægro ferens animo. Quare vegetum adhuc parentis animum senili in corpore conspiciens, nec vltrà priuatam ferens vitam, à matre Catharina muliere feroci instigatus, trahit in suas partes Neomagenses ac aliquot alia Geldrię oppida, nobilesque non paucos qui eius patri malè volebant, quòd subactos aliquot rebelles seueriùs suo iudicio puniisset, cum quibus contra patrem coniurans ex oppido Venlonio Ruremondanos deficere nolentes vexat. Sed Venlonij à patre obsessus, opera patrui Guilielmi Egmondæ Reguli facta pace in gratiam recipitur, vrbemque Neomagensem à patre dono accipit. Cumque paulò pòst rupta pace duos patris famulos Neomagi leui de causa capite plexisset, vim armaq; eius timens, Bruxellam ad Bonum se confert, cuius cùm opera anno 1463. vxorem duxisset Borbonicam, in Ordinem quoq; Equitum aurei Velleris ascisciturr, profectusq; in Palæstinam, ac paulò pòst rediens, à patre iterum in gratiam anno 1464. recipitur. His omnibus non obstantibus, anno 1465. patrem Grauæ tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

habitárem cum matre Catharina, vti simulabat inuisum venit. Excipiuntur summa cum lætitia, genio indulgent, aderatque & Fredericus Egmondanus Iselsteini Regulus, cum quo Adolfus latrunculis tempus terebat, cæteri choreas ducebant. Post mediam noctem it Dux Arnoldus, quemadmodum Fredericus Iselsteinius cubitum. Adsunt subitò Neomagensium armati clam ab Adolfo intromissi, Ducisque Arnoldi cubiculum pulsant. Respondet sese hoc tempore saltantium choreis interesse non posse. Effractis foribus Neomagenses irrumpunt, ac illi alio migrandum clamitant. Visis Neomagensium armatis, ac de filio nil sinistri suspicatus, de eo inquirit: cùm venisset, necessitati, pater, inquit est cedendum, ac nobiscum eundum, cuius impietate animo consternatus, rogat ne se Neomagum ducant, hoc tantùm ægrè ab vxore ac filio impetrat, vtque erat linea in veste corpus ad quietem compositurus, thorace tantùm induere permisso, Graua exeunt, equoque impositum Buram ducunt. Alij scribunt nudis pedibus equitantem filium sequi fuisse coactum. Hic patrem senem, seminudum, ac extremè defatigatum carcere non satis decoro Adolfus claudit, impieq; sex continuis detinet annis, belloque petitus ab auunculo Ioanne, Cliuij Duce, in scelere tamen perstitit. Quare Cliuensis à Papa Paulo secundo ac Imperatore Frederico auxilium implorat. Scribit vterque Adolfo vt parentem dimittat. Cùm non pareret, Pugnaci mandant patrem carcere liberatum filio reconciliet. Is vtrumque coram se sisti iubet. Adolfus potentiam tanti vicini veritus paret, annoque 1470. cum patre carcere eductum Dorlanum ad Pugnacem venit, ac in eius consiliariorumque præsentia innocentem patrem variis de criminibus (quæ naturæ lege, etiamsi vera fuissent tegere debuisset) accusat. Contrà pater constanter fortiterque se defendit, ac in filij impietatem crudelitatemque præsenti animo inuectus, cùm rationibus, bonorumque virorum testimoniis innocentiam probasset, ad singulare certamen filium prouocat, reperturum se virum nobilem affirmans, qui pro innocentiæ suæ vindicatione, propriam vitam periculo esset expositurus, si senio, longiq; carceris squalore confectus, filio in congressu impar videretur. Pugnax re in deliberationem adhibita, cùm naturam non admittere iudicasset, vt pater filio singulari certamine committeretur, postate sibi à Papa ac Imperatore tradita innixus, sententiam hoc tenore pronuntiat:
» Arnoldus quamdiu vixerit, solus Ducis titulo vtetur, ac excepta arce, oppidoque Graua,
» omnibus reliquis Ducatus vrbibus, oppidis, castellis, ac munitionibus, filio Adolfo ce-
» det, numerabunturque ei singulis annis è Geldriæ Ducalibus reditibus, quo familiam
» pro dignitate sustentet, tria aureorum liliorum millia. Adolfo cedent reliqui Ducatus
» Geldriæ reditus, contentusq; titulo Gubernatoris Burgundiæ, eo profectus ad mortem
» vsque patris habitabit. Audita Adolfus sententia, in hæc verba prorumpit: Prius patrem
» capite pronum puteo iniici conspiciam, meq; desuper immitti sinam, quàm hac stare sen-
» tentia. Contentus sum patri mille quingenta numerare aurea lilia singulis donec vixerit
» annis, modò Ducis titulo abstinere, ac Geldriæ possessione in vniuersum cedere velit,
» cùm plus quàm æquum sit, me iam tandem Ducis semel titulo ornati, ac emolumento-
» rum fructus gustare quos ipse per quadraginta quatuor continuos deuorauit annos. Tulit
ægrè Pugnax inhumanum, ferox, contumaxque viri iuuenis responsum, quod cùm Adolfus considerasset, animaduertetque Pugnaci parum controuersiam cordi esse, quod eodem tempore Francorum Rex violata pace Peronensi, Ambianum, Fanumque Quintini occupasset, duobus tantùm assumptis nobilibus, Francicis vt ipse indutis vestimentis, clam omnibus in Geldriam contendit. Prope Namurcum Mosam traiecturus, cùm pro portorio aureum soluisset, propius aspectus, ac à sacerdote agnitus, proditus, captusq; Namurcum reducitur, inde Vilvordam, postremò Cortracum, vbi ad mortem vsque Pugnacis honesta in custodia est detentus. Eo ad Nanceum cæso, à Gandensibus liberatus præficitur militibus quos Flandri contra Regem Lodouicum scribebant, qui ditiones Pugnacis occupare, ac filium suum Carolum cum Maria vnica Pugnacis hærede matrimonio iungere statuerat. Profectus Tornacum Adolfus, quòd tum primum Franci per insidias occuparant, ante vrbis mœnia ab erumpentibus Francis leui in pugna casu interficitur, puniente iustissimo Deo ferinam ingratitudinem, inhumanam crudelitatem, ac impietatem abominabilem, longi carceris iustissima talione, Geldriæq; Ducatus quem impiè ambierat ereptione. Adolfo Cortraci in carcerem coniecto, Dux Arnoldus in libertatem

bertatem ac Ducatum restituitur, qui mense Septembri huius anni Geldriæ Ducatum, Comitatumq; Zutphaniæ Pugnaci vendidit, acceptis nonaginta duobus aureorum florenorum millibus, certoque sibi loco annuis donec viueret assignatis reditibus. Hæc acta, transactaq; præsente Guilielmo Egmondano Ducis Arnoldi fratre, Ioanne Cliuensium Duce, ac contractui stipulationibusque cum multis aliis vtris nobilibus, fidem suam interponentibus, confirmauitque Dux Arnoldus venditionem, vita post sextum mensem in Februario anno 1473. discedens, ac testamento Pugnacem (impio iusta de causa exhæredato filio) hæredem scribens. Quam ob causam cùm is mense Maio Collegium equitum aurei Velleris Valencenis suppleret (vbi opera ac cura Ioannis Rubenpræi Crouiaci cum Pugnace in gratiam reuersi, dignitate, honore, ac bonis restitutis, in veterem sunt amicitiam recepti) citatus est Adolfus Geldrius ad Collegij tribunal, accusatusque à Pugnacis procuratore, quòd patrem bonis ac honore spoliatum contra naturæ leges tetro in carcere per sexennium impiè detinuisset: Defendit se Adolfus per suum vt potuit procuratorem. Cùm diu multumque res esset à iudicibus tractata, tandem ad hunc modum sententia pronuntiatur: Venditio Ducatus Geldriæ ac Comitatus Zutphaniæ, testamentumque Ducis Arnoldi iustum, ratumque censetur. Pugnax Ducatus Geldriæ ac Comitatus Zutphaniæ possessionem, omni tempore iure adire poterit. Adolfus Geldrius propter inhumanam erga proprium patrem impietatem in carcere vitam finiet. Lata sententia Pugnax Traiectum ad Mosam profectus, exercitum conscribit, vi vel amicitia à Geldriis Dux inaugurandus. Pleræque enim ciuitates, ac imprimis Metropolis Neomagum cum Adolfo sentientes Pugnacem non admissuræ videbantur. Ruremonda aduenienti portas aperit, sequunturq; eos Cuca, Kesselum, Borna, Zittertum cum plærisque aliis. Venloni cùm aliquandiu se defendissent, muris verò tormentis disiectis, auxilium nusquam conspicerent, honestis conditionibus deditionem faciunt. Gerardus Iuliacensium Dux, qui ius sibi in Geldriæ Ducatum esse dicebat, non dubitans quin vi aut voluntate breui regionem esset redacturus in potestatem, quanquam Imper. Fredericus accepto clientelari sacramento in possessionem Geldriæ ac Zutphaniæ ipsum statuisset, existimans tamen non esse nostra quæ defendere non possumus, cú Pugnace, potentiam eius veritus, consentiente filio suo Guilielmo, transigit, actionemque omnem quam in Geldria ac Zutphania allegare poterat, promissis sibi octoginta aureorum florenorum millibus vendit, Imp. Frederico venditionem ratam habente. Quod cùm Geldrij intellexissent, statim Pugnaci portas aperiũt, Gochtũ, Strala, Geldra, Graua, Vuachtendonckum, Lensa, Bommela, Tilerum, Bura, Erkelensa. Neomagenses in contumacia perseuerantes vrbe imbellem turbam ciecerant, ac aliquandiu ductu viri nobilis Reineri Bruchusij strenuè se defendebant. Iscum Carolum captiui Adolfi puerum filium, ac postremum è familia Egmondana Geldrorum Ducem, octo tum temporis annos natum exiguo impositum equo, arcuq; in manum tradito, pendente è tergo pharetra iaculis referta, circum muri vallum deducens, præsidiaris ac ciuibus commonstrabat, ac vt pro futuro Principe fortiter depugnarent admonebat. Muri variis locis tormentorum violentia deiecti Burgundos sæpius ad vim faciendam inuitarant, sed semper cum detrimento reiecti postrema oppugnatione sexcentos Anglos ballistarios milites veteranos, à cæteris desertos, nec quanquam receptui cecinissent, tergum vertere volẽtes, ad vnum omnes desiderarunt, captaq; eorum signa militaria Neomagenses mœnibus præfixere. Verùm post hanc cladem multò acriùs quæ ad expugnationem necessaria erant, variis in locis parari considerantes, in vrbe verò fortissimos ac strenuissimos cecidisse, aut saucios decumbere, nec vsquam se gentium opem expectare, cadente ferocia de compositione legatos ad Pugnacem mittunt. Irritatus quòd temere tantum sibi negotij fecissent, omnia suo arbitrio committi volebat, deuenissentque ad hanc necessitatem, nisi Ioannes Cliuiæ Dux intercessisset. Proinde vitam tantũ pacti circa Cal. Augusti portas aperiunt, tertia posteaquam obsideri cœperant hebdomade. Pugnace vrbem intrante, viri feminæq; omnes in genua cadentes, gratiam ne differentur altis vocibus rogabant: quod tandem à Proceribus exoratus hac conditione admisit, soluerent Iuliacensium Duci octoginta aureorum florenorum millia. Post hæc in Geldriæ Ducem, ac Zutphaniæ Comitem ab omnibus Ordinibus inauguratur: claues ei adferentibus omnium ciuitatum magistratibus, qui ex euentu obsidionis

1473.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fidionis Neomagensis consilium capere statuerant, ac proinde ex his quidam pecunia multati, vt Lobecani, Zutphanij, Aernhemij, Hasselij, Hattemij, Grolli, Hardervuicani, Deutecomenses, Elburchij, Dusburchij, Oldenburgenses, Osvalli. Prouinciale Geldriis concilium dedit, cui Cancellarius præsideret, quemadmodum in hodiernum vsque diem (perturbata tamen subinde Senatus auctoritate) Aernhemi videmus. Carolus ac Philippa tur, vbi apud vxorem ac filiam honestè sunt educati. Dimidia exercitus parte dimissa cũ reliquis copiis Traiectum ad Mosam reuertitur, relicto Geldriis gubernatore Guilielmo Egmondano Iselstenensium Regulo. Traiecto Aquisgranum contẽdit, causa salutandæ Virginis matris, vti famam spargebat, quòd ibi augustissimum eius sit Fanum, sed re vera quò cum eis expostularet, quòd postremis bellis Leodienses ac Geldrenses pecunia commeatuq; iuuissent. Vrbi propinquus ordo sacratus, nobiles, magistratus, hosque subsecutus populus obuiam profecti summo verborum cum honore aduentum ei felicem gratulantur, oblatisque portarum clauibus, rogant dignetur vrbem cum aulicis tantùm ingredi, militem quo erat loco relinquere, missuros sese quæ forent necessaria. Eximio ab omnibus affectus honore quod petebant concedit, iubens singulis in portis ad vrbis custodiam quinquaginta ciues constitui, qui viginti tantùm milites vno tempore admittãt. Cùm aliquandiu apud eos hæsisset, votumque D. Virgini exoluisset, in Senatu conqueritur quòd hostes suos Leodios ac Neomagenses belli tempore pecunia ac commeatu iuuissent. Negat Senatus publico quicquam consilio, sed priuatorum quorundam arcana coniuratione factum, qui in Senatum vocati, ac linea tantùm supra nudum corpus veste induti, capite pedibusq; nudi per semihoram, dum eis Pugnax loqueretur, in genua procumbentes, tandem gratiam consiliariis suis liberaliter donatis, impetrauere. Donauit Principi Senatus argenteam cælati operis, grauissimiq; ponderis, deauratam phialam, tectam eiusdem artificij argentea deaurata pyramide, in qua octoginta aureorum florenorum millia concluserant, fœdereq; inito, amicitiam ac auxilium exigente necessitate inuicem pollicẽtur. Aquisgrano Lutzenburgum contendit, villicos vbique à militari insolentia enixè defendens. Adeunt hîc eum legati Senatus populique Metensis, quod per Cancellarium suum Guilielmum Hugonetum, portam vrbis vnam, protestati suæ cõmiti petiisset, ea in vrbe cum Imperatore communicaturus, sed quod iam Lotharingiæ inhiare cœperat, eam vrbem quærebat, quo ex Hollandia in Burgundiam per propriasditiones proficisceretur. Sed considerans Senatus eum hac ratione vrbis dominum fieri, responderant ciues de libertate sollicitos nulla ratione consentire velle. Muneribus verò animum ambitiosum placandum cẽsentes, quemadmodum Aquisgranenses fecerant, aream ei phialam, aureis florenis refertam, donant. Addunt ducenta plaustra Rhenensi vino onerata, vnum vino Maluatico, quingentos boues pingues, quatuor ouium millia, frumenti copiam magnam. Imperator Fredericus certior Pugnacem cum exercitu Imperij fines attigisse, multis Germanorum cinctus Proceribus, in Treuiros est profectus, vbi circa Nonas Octobres Pugnax Imperatorem inuisit, ac posteaquam sæpius inter se secretò communicassent, conuiuiis, donis, ludicrisque belli spectaculis (quæ Chronicon Hollandiæ ad nauseam vsque describit) magnifice certassent, Imperator filio suo Maximiliano, octodecim tum annorum adolescenti, filiam eius Mariam vxorem petit. Pollicetur desponsurum se Maximiliano filiam, si Imperator veteri restituta dignitate, Burgundiæ Regem nominasset, cùm opes ac ditiones regio nomini ac dignitati congruentes possideret, quæ non parum augerentur si Imperator, accepto auro, actione m quę sibi Imperij nomine in quatuor Belgarum Episcopales ditiones competebat, eiurasset, easq; nouo regno coniunxisset. Erant autem hæ: Ditio Vltraiectensis, Leodiensis, Cameracensis ac Tornacensis. Postremò petebat loco vt se Imperij legatum nominaret, ad Imperium tacitè anhelans, quod pater eius Philippus Bonus repudiarat. Is sese omnia facturum promittebat, cùm Maximilianus Mariam in vxorem duxisset. Animus secundò rerum cursu ambitione elatus ac fastu tumens, quique se nunquam à fortuna deseri debere existimabat, eò Pugnacem adduxit, vt Maximilianum, filiamq; Mariam verbis ac scripto fidem inuicem (vt aiunt de futuro) dare, literisq; quas Maximilianus propria manu ad Mariam scripserat, eam quoque propria manu rescribere permitteret, ipseq; Pugnax familiari colloquio spem

spem Maximiliano fecerat, se eum generum breui asciturum, cùm tamen in secreto cordis recessu statuisset filiam aliquot adhuc annis innuptam seruare, interea procerum eius amicitia ac opibus contra hostes vti. Dum hæc fiunt, parabantur Treueris quæ ad nouum Regem corona redimiẽdum erant necessaria, aurea nimirum corona, sceptrum Regium, militare signum, vestis Regia, reliquaque ornamenta, erectusque visebatur in templo D. Virginis Imperatorius thronus, ac paucis infra hunc gradibus Regius, vterque serica veste auro rigente rectus, ab vtroque verò latere Procerum sedes magnificè etiam ornatæ conspiciebantur. Antistes Metensis qui nouum Regem facto sacro inungeret, erat lectus. Sed Lodouicus Francorum Rex dignitatem Pugnaci inuidens, clam Imperatori perscribit, ambitiosissimum Burgundi animum non eò tendere, vt Burgundiæ regni terminis foret contẽtus, sed ad Imperij eum aspirare fastigium. Proinde animo dispiceret, ne temerè hominis ambitioni nutrimenta suppeditando, è cliente patronum faceret. Imperator natura suspicionosus eò magis Franci verbis fidem adhibet, quod non ita pridem Pugnax Imperij Vicariatum ambiisset, ac ditissimæ supellectilis ostentatione, argẽteorum aureorumq; vasorum pretiosissimis lapidibus micantium exhibitione, quibuscum sua supellex ne comparari quidem poterat, quodammodo sibi pauperiem, sustinendo imperij nomine indignam, exprobasset, ac proinde filio Maximiliano Imperij successionem præripere velle videretur. Ortæ igitur leui è suspitione æmulatio ac inuidia, Regiis literis ad maturitatem peruenere, reiectaque in aliud tempus (vt propter filij simulabat nuptias) inauguratione, sed animo planè abiecta, non salutato Pugnace (qui post biduum corona se Regia redimitum iri sperarat) Coloniam profecisci tur. Quare ludibrio se habitum conspiciens, pudore confusus, ac ira percitus, tam immensum animo contra Imperatorẽ odium concepit, vt si diuturnior vita contigisset, nunquam Maximilianus Mariam in vxorem duxisset. Germanorum Procerum pars iocabatur, pars in intempestiuam ambitionem inuehebatur, ægrè ferentes quod præ cæteris Christianorum Proceribus, quorum maiores non solùm Reges, sed etiam sæpius Imperatores fuissent, Regiam ambiisset dignitatem. Per id tempus Coloniæ inter Antistitem Rupertum, seu Robertum Bauarum Lodouici decimiterij. Comitis Palatini ad Rhenum fratrem, ac ordinem Ecclesiasticum oritur dissidiũ. Ecclesiasticis sese ciues, pulso vrbe Antistite Roberto, iunxere, ac in eius locum Hertmannum Lodouici Barbati octaui Hassiæ Lantgrauij fratrem elegere. Pugnax imperium orbis terrarum animo meditatus aperin in Germaniam sibi iter, quod non semel quæsierat, existimabat. Quare lætus occasione, quod iamdudum amicitia ac fœdus cum Roberto sibi intercessisset, ac ab eo protector defensorq; dignitatis, ac ditionis Colonien sis esset electus, auxilium ei ferre statuit, vna eademq; opera quod dudum optarat consecuturum se, ac de ignominia ab Imperatore illata, vltionem se sumpturũ sperans, extorturumque ab iusto, regiam cum honore dignitatem. Iusto igitur peditum, equitumque coactà manu, tormentis, commeatuque comparato Coloniam in auxilium Roberti, id enixè petentis proficiscitur, oppidumque Nucium tertio ab vrbe ad Rhenum milliari positum, quod cum Colonien sibus ac Hertmanno sentiret, obsidere instituit. Præerat Nuciis Hendricus Antistitis Hertmãni frater, præsidio trium millium veteranorum peditũ, ac quingentorum equitum. Colonienses Romæ à Papa per legatos impetrarant, vt Antistiti Roberto Ecclesiasticis censuris onerato, aqua ac igni interdiceretur, alios que ad Imp. mittentes, ac de insatiabili Pugnacis ambitione conquerentes, ægrum suspitionibus eius animum ad arma compulerãt. Dum igitur Imperator repressurus Burgundi ambitionẽ, ac Colonien sibus Nucianisque auxilium laturus, exercitum conscribit, Pugnax Anglorum Regi Eduardo quarto persuaserat, collecto ingenti exercitu in Franciam traiiceret, Regemque Gallis inducis bello vexans à cogitatione inuadendorum Belgarum, dũ Colonienses oppugnat, auerteret. Ipse interea marris cadauer Gunij prope Berthuniam, patris verò Brugis refodi iubens, mensibus anniuersariisque sacris vtrisque solenni cum cęremonia iisdem in locis ac oppidis pagisq; quo peruehebantur magnificè persolutis, Digeonum transferri, ac apud maiores suos in templo Cartusianorum sepeliendum curat. E Burgundia reuersus Mechlinien se concilium in formam Curiæ Parisiensis (Parlamentum vocant) mutare constituit, moliturq; eadem in vrbe Regale Palatium, cuius fundamenta adhuc hodie summo in foro, ac via Bessarana extant, spectabaturq; in templo D.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Romboldi,antequam ciuili bello Diuorum imagines templis essent eiectæ, sub summi turri arcu,depicta ad viuum figura dicti concilij, cui triginta quinque primarij præfuissent viri,nimirum: Belgarum Princeps,eius Sigillifer, Cancellarium Franci vocant, Præsides duo, Consiliarij ordinis Ecclesiastici nouem,prophani duodecim, è quibus quatuor equestris fuissent ordinis,doctura aut vtriusque iuris licentia(vt hodie loquuntur scholę) insigniti. Supplicum libellorum magistri sex. His addiderat Principis Aduocatum,cuius esset officium non solùm eius causas,sed præcipuè pauperes, qui ius suum contra potentiores tueri non poterant,gratis ac sine prætio defendere. Verùm præclari magnificiq́ue concilij institutio cum Pugnacis vita desiit, quemadmodum & cœptum regali animo sumptuq́ue Palatium, donec anno 1503. Philippus Austriacus Belgarum Princeps in Hispaniam nuptiarum causa proficiscens,concilij formam à Philippo Bono Mechliniæ institutam,paucis in commodiorem formam mutatis restitueret,relicto Præside vno, Consiliariis sexdecim,Scribis duobus,Secretariis octo,cum Procuratore Principis, quem generalem vocant. Elegerat Pugnax ad hanc rem vrbem Mechlinienſem,non solùm quod in medio Belgarum sita appellationibus commodissima videbatur, sed quod hac ratione in officio contineri ciues optimè posse iudicarentur. Integro & amplius seculo mutationem dominorum,domesticis externisq́ue iactati fuerant bellis, itaq́ue hoc quasi beneficio deliniendi videbantur. Vetustissimi Mechlinensium domini Proceres fuere Bertottij, clarum ac peruetustum apud Brabantos aliquando stemma,quorum tanta olim fuit potentia,vt cum Brabantię Ducibus Godefrido nimirum primo,secũdo ac tertio, de rerum summa aeri bello decertare non dubitarint. Sed tandem victi ac in ordinem redacti multa amisere,continuisq́; bellis opes attritę, non pauca vendiderunt,ac inter cætera Ecclesię Leodienſi alteram vrbis Mechlinienſis partem,quam circiter annum 1300. Hugo Antistes Leodienſis vendidit Ioanni secundo Brabantiæ Duci, parti alteri tum imperante Ioanne Bertottio. Sed quod Antistes sine auctoritate Imperatoris,summi Pontificis,ac Ecclesię Leodienſis venditionem fecisset,cedere Brabantus Mechlinia est coactus,eamq́ue Ecclesiæ Leodienſi restituere,quæ anno 1333. eam iterum vendidit Lodouico secundo (Neuersium vocant) Flandriæ Comiti,cui & ius suum vendidere Adolfus Antistes Leodienſis,ac Reinoldus secundus Geldrorum Dux, alterius tum partis possessor, quod in vxorem duxisset Sophiam,filiam hæredemq́ue vnicam Florentij Bertottij, postremi ex hac familia vrbis Mechlinienſis pro parte altera domini. Soluit autẽ Flander pro vtriusq; partis emptione centum sexaginta aureorum liliorum millia. Sed intercessit Ioannes tertius Brabantiæ Dux, quod Bertottiorum pars, quæ se patronum de iure agnoscebat, sine suo consensu à Geldro vendi posse negaret. Ecclesiæ verò Leodienſi suam partem vẽdere volenti, quod Flander pollicitus erat,obtulit,dicẽs se iure propinquiorem debere haberi emptorem, quod Mechlinia extra Flandriæ fines posita,in medio Brabãtiæ condita conspiciatur,ac proinde vrandæ controuersiæ ac dissidij causa æquum sibi pretium offerenti potius quàm Flandro vendi debuisse. Ortum hac de causa inter Flandrum ac Brabantum bellum statim opera Philippi Valesij Francorum Regis sedatur, despondente Brabanto filiam Ioannam natu maximam Guilielmo Hollando: Margaretam Lodouico Malano: Mariam Reinoldo tertio Geldriæ Duci,ea conditione (volẽte Francorum Rege) vt si ratam Brabantus vrbis Mechlinienſis venditionem habere non statuisset,numeratis Flandro octoginta septem millibus,ac quingentis aureorum liliorum millibus, eam reciperet. Sed cùm Flander Leodiis ac Reinoldo Geldrio, ciusq́ue filiæ Margaretæ quod pollicitus fuerat aurum persoluisset,pecuniæ summa à Rege constituta contẽtus esse nolens,cum Brabanto anno 1336. conuenit, vt ex æquo inter se vrbis imperium sortirentur, quemadmodum Antistes Leodienſis,ac Margareta Geldria Reinoldi secundi filia fecerant. Cumq; integro decennio hac ratione vrbem rexissent,tandem anno 1346. Lodouicus Flander consensu Papæ Clementis, Ioanni Brabanto omne ius suum vendidit, pollicente ei Brabanto octoginta sex aureorum liliorum millia. Sed priusquam aurum numeraretur, Flander è viuis decessit,filiusq; eius Lodouicus tertius,dictus Malanus anno 1347. Margaretam Brabanti filiam, procuratione Regis Philippi Valesij in vxorem ducẽs, omnii iure quod in Mechlinienſem vrbem allegare poterat,socero ac successoribus eius cessit,remissis illi etiam octoginta sex millibus aureorum liliorum,quæ patri suo promiserat.

Hæc

Hęc acta trãsactaq́ue anno dicto,mense Iunio,ad Fanum D. Quintini Veromanduorum caput. Vides amice Lector qua ratione Mechlinienſis dominij pars à Bertottiis ad Leodios,deinde ad Brabantos,rursum ad Leodios ac Geldros,deinde ad Flandros, postremò omnium libera cessione,ac legitima venditione ad solum tantummodo Brabantiæ Ducem peruenerit, cuius Bertottij clientes quanquam inuiti vel Marte iudice ab eo fuere tempore quo Grimbergij à Godefrido tertio Brabantiæ Duce, in cunis etiamnum vagiente victi,leges accepere. Et quanquam Maria Geldria Ioanni decimotertio Arculeorum Regulo nupta,iure auiæ maternæ nimirũ Sophiæ Bertottiæ, vxoris Renoldi secundi Geldriæ Ducis ius in Mechlinienſem vrbem allegaret,quemadmodum & pleriq; eius successorum,nil tamen agebat,quod non solùm auus eius Reinoldus,sed eo cum duobus filiis mortuo, matertera eius Margareta,iampridem ius ac actionem omnem Flandro vẽdidisset,ac is,vt narrauimus,Brabanto. Initio anni 1474. nascitur Pugnaci cum Germanis ad Rhenum habitantibus hac de causa bellum. Sigismundus Austriacus Comes Tirolis filius Frederici noni Austriæ Ducis è familia Hapsburgica, cùm contra Heluetios acre ac diuturnũ pro dignitate,illi verò pro libertate bellum gessissent (nam hi anno 1314. ac 1315. Austriacos Principes eorumq́ue Præfectos,quod auaro ac crudeli ab his imperio premerentur,nobilesq́ue ferme omnes Heluetia pepulerant,fuereq́ue primi coniurationis ac libertatis auctores rustici pagum Svuitz habitãtes,ob cuius rei gratam memoriam vniuersa Heluetia Svuitzia dici postea non renuit) ad tantam rei pecuniariæ inopiam deuenerat, vt Pugnaci mense Iunio anni 1467. oppignoraret ditiones suas ad vtramq; Rheni ripam Heluetios inter ac Burgundos sitas,nimirũ: Sunggoiã, Brisgoam,nigrũ Nemus, Ferrettam,acceptis octoginta aureorum florenorum millibus. Præfecerat Pugnax dictis regionibus Petrum Hagenbachium virum nobilem,sed crudelem,auarum, libidinosum ac superbum,quibus vitiis omnium erga se ac præsidiarios æquè vitiosos, ipsumq́ue Pugnacem ea ferentem concitato odio,vetus Sigismundi imperium requirebant. Lodouicus Francorum Rex Pugnaci præter Imperatorem ac Colonienſes Austriacos etiã Principes,hostes concitaturus,Sigismundo certis conditionibus octoginta aureorum florenorum millia,quibus sua redimeret,dat mutuo,certo sibi persuadens,Pugnacem quamuis in promptu solutio foret,dictas regiones, quemadmodum euenit, non redditurum, ac proinde nouos sibi hostes suscitaturum: Enheimiani enim ac Ferrettani cùm intellexissent octoginta aureorum florenorum millia, Basileæ parata Pugnacem accipere nolle,nisi ea Besoncij oppido Burgundico numerarentur,tumultuantes Hagenbachio parere recusant. Cùm cogere eorumaces vellet, à Brisachianis excitata seditione capitur,presidiarijq; Burgundi partim cæduntur,partim pelluntur: quæ cùm Stephanus Hagenbachius Petri frater Pugnaci perscripsisset,omissis Metensibus quos obsidere instituerat, puniendis rebellibus exercitum parat. Interea Brisachij Ordines Elsatiorum,Ferrettanorum,reliquorumq́ue Rhenensium conueniunt,ac Constantiæ fœdus cum Duce Sigismundo ac Heluetiis faciunt, quo coniunctis viribus Burgundo vim paranti, resisterent, iudicialiq́ue via ac ordine de Petri Hagenbachij stupris, rapinis, perfidia, crudelitate ac exactionibus cognitione habita, capite puniendum publica sententia pronuntiant, solennibusq́ue cæremonijs equestri spoliatum dignitate, Brisachij in foro ceruicem abscindunt, cadauerq́ue Hagenbachius ad sepulturam concedunt, posteaquam tribus annis ac sex mensibus auarè ac crudeliter Rhenanis præfuisset. Burgundus re cognita, vlciscendam Præfecti necem si existimationem suam sartam tectam velit,censet. Rhenani id futurum sibi persuadentes,cum prædictis fœdus renouant, iunguntq; se eis Fredericus Palatinus, Antistes Argentinenſis, Basilienſis, Colmarienſis, Sleſtadienſis, Constantienſis, ac clam opera consilioq́ue Regis Francorum Reinerus Lotharingiæ Dux. Tot Principum contra se intellecta coniuratione,animo non deficit,sed maiores quàm vnquam fecerat copias cogit, expectabatq́ue à Sabaudiæ Duce Francorum Regis sorore quatuor peditum millia, adduxeratq́ue Iacobus Galeottus nobili apud Insubres loco ortus, ac Nicolaus Campobachij Comes,exul Neapolitanus,causa auctorq́ue exitij Pugnacis, ac Imperij Burgundici, mille sexcentos Italos equites, ac peditum duo millia. Somersetiverò Dux Anglorum ballistariorum sex millia. His cùm Belgas, Burgundosq́ue iunxisset, sexaginta hominum millia in armis habens, Nucium sexto Cal. Augusti venit, iudi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cans si Colonienſes pulſis eorum fautoribus in ordinẽ redegiſſet, bellum Rhenenſe parui negotij fore. Exercitu verò in quinque acies diſtributo totidem locis oppidum premit, tormentis nocte dieq́ue muros quaſſans, ac ſæpius fruſtrà oppugnans, deſideratis per vaſtas oppugnationes ſupra tribus hominum millibus. Omiſſa igitur vi ad obſidionem conuerſus, oppidum vndique claudit, quod dictis oppugnationibus munitiones Nucianis omnes, quas ante opidi portas, ac alijs idoneis in locis extruxerant, vi eripuiſſet, eoſq́ue intra murorum ambitum concluſiſſet, commeatum exercitui ſuo affatim Hollandis Gelriſq́ue ſuppeditantibus, ac aduerſo Rheno aduehentibus, quod Iuliaci ac Cliuiæ Duces fœdere ſibi eſſent iuncti. Erat medio in Rheno è regione Nucij inſula parua, quam pauci Germani præſidio inſidebant. Hac Colonienſes commeatum, ac neceſſaria oppido inferentes, in annum ne egerent curauerant. Pugnax expugnata quanquam ſerius Inſula, iuſto firmat præſidio. Colonienſes ſingulis mẽſibus centum aureorum florenorum millia conferentes, ſexdecim Rhenenſium, ac tria ciuium millia, quibus Guilielmus Ardenburgius imperabat, armauerant, qui ab altera Rheni ripa ex aduerſo Burgundionum caſtra metati maioribus tormentis naues è Belgis commeatum adferentes infeſtabant. Nucianis verò parum proderant, quod extructis in templorum faſtigijs ignibus eis ſignificabant, ac emiſſis non ſemel nuntijs per literas docuerant, quanquam ij pro maiori parte capti, aut in Rheno natando effugere conantes merſi eſſent, euadentibus tamen nonnullis, qui eis extremam Nucianorum inopiam exponebant. Quare tentandum aliquid pro oppidanis rati, Duce legato Marchionis Brandeburgij quingenti equites, cum trecentis expeditiſſimis peditibus in oppidum perrumpere conati ab ipſo Pugnace ſuperantur, interfectis octoginta, ac quadraginta captis, cæciditſſentq́ue aut capti fuiſſent plures, niſi in propinquo arx Hulkenrodia cæteris refugiũ fuiſſet. Germaniæ Proceres indignum rati imperij maieſtatem, primariamq́ue eius ditionem, à Burgundiæ Duce oppugnari, coactis in vnum quinquaginta hominum millibus, quingentis tantùm à Burgundis paſſibus, Imperatore Frederico Auſtriaco Duce è regione Rhenenſium ſua locant caſtra, ita vt fermè Pugnax inter duos hoſtiles exercitus ſederet medius, Colonienſium vrbem à fronte, amicas verò regiones à tergo habens. Secuti ſunt Imperatorem hoc bello Adolfus Naſſauuius Archiepiſcopus Moguntinus, Ioannes Badenſis Archiepiſcopus Treuerenſis, Albertus Saxoniæ Dux, Albertus Marchio Brandeburgenſis quatuor imperij electores, Hendricus Syuartzenburgius Antiſtes Monaſterienſis, Comitum verò Germanorum numerum recẽſendo faſtidium Lectori parerem. Erant Pugnacis caſtra ad inſtar vrbis vndique circumvallata, diſtinctaq́ue viis ac foris, ſtatueratq́ue loco non diſcedere, niſi Nucio in poteſtatem redacto, certabatur verò quotidiè paruis prœliis, non ceſſantibus multorum cum interitu hinc inde maioribus tormentis. Miſerat Lintzij in præſidio Antiſtes Robertus duo Germanorum peditum millia, quibus Pugnax Præfectum dederat Euerardum Aitdenburgium, cuius frater Guilielmus Colonienſibus militabat. Ad expugnandum oppidum Imperator Hendricum Heſſium cum non contemnenda peditum equitumq́ue manu mittit, qui irrito conatu non ſemel Linzios oppugnans, erectis tandem munitionibus expugnare conatur. Sed miſſus à Pugnace Philippus Montibus ad Schaldim regulus cum iuſta manu Heſſium ab obſidione fugauit, cæſis circiter centum ſexaginta Germanis, ac viginti quinque captis. Diſcedens Lintzio Philippus, oppido de rebus neceſſarijs prouidit, ac Germanis qui in præſidio erant, ſecum abductis, Picardos ac Gallos reliquit. Lintziani eos non ferentes, excitata ſeditione occaſionem præbuere, vt ipſe Imperator cum exercitu eo proficiſceretur, admiſſuſq́ue ciuium opera præſidiarios partim cædit, partim capit, oppidani veniam pacti, cùm contineri miles non poſſet, à Brandeburgijs rebus omnibus exuuntur. Promiſerat Francorum Rex Imperatori, ductu Granij ac Sallezardi viginti militum millia. Sed cùm didiciſſet Pugnacem cum Eduardo Anglorum Rege contra ſe fœdus feciſſe, eaq́; de cauſa finitas inducias renouare nolle, Anglumq́ue vti in Franciam traiiciat exercitum parare, promiſſi fidem exoluere non poſſe. Quare Imperator aliam ſoluendæ obſidionis viam non videns, transferre bellicalagundiam, contæderatasq́ue eis regiones mittit, quibuſcum Baumontius congreſſus, deſideratis duobus Burgundionum millibus, fuga conſulere ſibi eſt coactus, conuerſiq́ue

Rhenani

Rhenani in Iacobi Remontij ditionem, expugnant Elicurtum, Remontium ac Granſam. Circa Beſoncium verò ac Pontarlam omnia in prædam vertunt, indeq́ue in Sabaudiam infeſto agmine tendentes occupant Murtum, Orbam, Aubonam, Peterlingam, Montenahum, Eſtauagum, Iuerdunum, Fontium, Fanum Crucis, Clauem, cum viginti caſtellis. Morga, ac Niona voluntariam deditionem fecere. Geneuenſes agrorum populationem numeratis viginti ſex aureorum florenorum millibus redemerunt, initoq́ue quemadmodum & Loſanna, cum Heluetiorum ciuitatibus (Cantones ſua lingua vocant) fœdere, auxilia miſere, quos poſt aliquot menſium toleratam obſidionem ſecuti ſunt Flaumondani cum arce. Reinerus Lotharingiæ Dux, acceptis à Frãcorum Rege aliquot equitum turmis, ſuiſq́; his iunctis, Lutzenburgios inuadit ac depopulatur. Francorum Rex Atrebates vaſtat, ac ad vrbem vſque excurrens præſidiarios erumpentes prœlio ſuperat, capto Iacobo Lutzenburgio, cum Carenſij, Remontij, ac Contaij Regulis, deinde igne ac ferro in Tronqueos, Mondiderios, Roenſes, ac Corbenſes ſæuiens, vniuerſaq́; adeò Germania ac Gallia ad opprimendum Belgarum Principem, vires conſiliaq́; in vnum contulerat. Quibus non obſtantibus manebat Pugnax pertinaci propoſito in obſidione, quanquam Chriſtianus primus huius nominis Danorum Rex Hiſpania ac Roma veniens, eoq́; deflectens, quod ab Imperatore Frederico ditionem Ditmarienſem, Holſatienſem ac Stolmarienſem, quo Daniæ regno coniungeret impetraſſet, pacem fruſtrà facere eſſet conatus, quemadmodum & Comes Oldenburgenſis dicti Daniæ Regis frater, Fredericus Brunſvuici, Ioannes Saxoniæ, Magnus Mekelenburgi Dux, & Alexander Antiſtes Foroiulienſis ſummi tum Pontificis per Germaniam legatus, Antiſtes quoq́; Mediolanenſis, ac non pauci alij vtriuſque ordinis principes viri tentarant. Pugnax enim fortunæ ac militi fidens, nec de victoria dubitans, ardebat deſiderio pugnandi cum Cæſare, ac proinde pacis mentionem æquis auribus non admittens. Sed is nil temerè committendum fortunæ iudicans, munitis caſtris, magno tormentorum numero inſtructus ſuos continebat. Menſe Maio anni 1475. coactus eſt Pugnax obſidionem ſoluere, quod 1475.
Anglorum Rex exercitum eius gratia ac rogatu coactum in Franciam traiecciſſet, quò iunctis viribus in Francum mouerent. Tentare igitur antequam in Belgas reuertatur, ſtatuit an Imperatorem ad pugnã pellicere poſſet. Motis Nucio caſtris, ac ad pugnam omnibus animatis inſtructa acie ad hoſtes pergit, equeſtri dignitate nobiles, qui petebant, ornans. Sed cùm nulla ratione Imperatorem ad pugnam elicere poſſet, maioribus tormentis, carros, plauſtra, ac reliqua caſtrorum impedimenta diſiiciens, hominum equorumq́; ſtragem facit, adeò vt Germani ignominiam animis diutius non ſuſtinentes, obtenta ab Imp. poteſtate, in pugnam tria equitum millia educerent, ac acriter ſtrennueq́; cum Belgis concurrerent. Cùm non paucis Germani deſideratis fugam circumſpectarent, admiſſumq́; fermè in conſpectu Imperatoris dedecus eſſet, Antiſtes Monaſterienſis, eductis quinque equitum ſuorum millibus, vim Belgarum repreſſit, qua de cauſa multò magis Imperator vniuerſi certaminis aleam detrectabat, ac ad pacis mentionem (pro qua Pontificius legatus enixè laborabat) aures præbebat. Cùm de conditionibus conuenire non poſſent, inducias magno Nucianorum gaudio in nouem menſes faciunt, quod iis vix quatuordecim dierum cibaria, vndecimo iam menſe tolerata obſidione, ſupereſſent. Ad huius vſque belli finem fortuna Pugnaci fauit, eumq́ue vicinis omnibus formidabilem fecit: exinde conuerſo vultu, ſecus quàm is vnquam ſperarat, eum deſeruit. Paulo pòſt factas inducias opera Pontificij legati, pacem Imperator ac Pugnax faciunt, cauſa Antiſtitum Colonienſium ac oppidi Nucij, iudicio ſummi Pontificis commiſſa. Sed quòd cęterę conditiones ſecreto pactæ maiori Procerum Germanorum parti eſſent incognitę, ægerrimè pacem ferebant, eiuſq́ue violandæ occaſionem quærebant. Burgundos proinde milites variis iniurijs afficientes, qui tandem irritati Marchionis Brandeburgij impedimenta pro parte diripuere. Cùm illi idem eſſent conati, armis repelluntur. Exinde ac ſi rupta pax foret, vniuerſis Germanorum tumultuatur caſtris. Occludunt Nucij portas, capiunt Burgundos qui apud ſe erant. Illi omnes Germanos qui in caſtris ſunt reperti. Brandeburgius inſulam occupat è regione Nucij ſitam. Imperator in Inſubrum caſtris conſidet. Monaſterienſis Antiſtes Pugnacis caſtra capit, eiq́ue obſidendi iterum oppidi rationem eripiunt. Prohibetur omnibus edicto Imperatoris, ne quis pugnandi gratia caſtris

Universidad de Deusto
Biblioteca

stris egrediatur. Sed decimosexto Cal. Iulij circa Solis occasum, Colonienſium ac Monaſterienſium vigiles animi acerbitatem ſimulare non valentes, Burgundionum vigiles ſclopetis ac balliſtis infeſtant. Illi Germanis idem faciunt, creſcunt vtriſque auxilia, pelluntur primùm Burgundi, deinde aucti numero eorum qui è Pugnacis veniebant caſtris, hoſtem terga dare cogunt, inſecutiq; eos ad Imperatoris vſque vallum, è carris ac plauſtris conſtructum, multos interficiunt, quòd is impetu ſuo pugnantibus vallum non aperiret, quare magno numero in Rhenum acti merguntur, deſideraruntq; hac pugna Monaſterienſes ac Colonienſes circiter mille quingentos pedites, nox pugnam diremit. Signa aliquot militaria relata. E Burgundis circiter centum ac triginta cecidere, renouatiſq; inducijs funalibuſque accenſis, mortui ad ſepulturam ſunt conquiſiti. Hac durãte pugna Guilielmus Ardenburgius cum aliquot Colonienſibus, repertas in Rheno Belgarum onerarias tormentis bellicis ac ſupellectile Pugnacis onuſtas, quòd fiducia pacis, cum exiguo eſſent præſidio, oportunum expectantes in Belgas nauigandi tempus, eo pulſo, naues ad vrbem abduxerunt. Sed cum redintegratæ eſſent à poſtrema pugna pacis cõditiones, Pugnax ſe iis ſtaturum negabat, niſi omnia Colonienſes reddidiſſent: quod tandem coacti ab Imperatore, fecerunt, eo omnibus rationibus pacem quærente, quod de nuptiis Maximiliani & Mariæ non ſine certa ſpe denuò inter ſe eſſent ſecretò cõlocuti. Pacis tabulis ritè conſignatis, expectabant quis prior motis caſtris eſſet diſceſſurus. Tergiuerſante Pugnace, Imperator inanem eius faſtum ridens, pueriles ob nugas violandæ ſe pacis occaſionem multorum cum incommodo dare nolle præfatus, prior Coloniam verſus mouet. Pugnax per Lutzenburgios ac Namurcenſes in Brabantiam peruenit. Hac pace comprehẽſi non fuerant Lotharingiæ nec Auſtriæ Duces, Heluetij, Rhenenſes, nec Francorum Rex, qui re intellecta irritatus, coactis quatuor peditum ac duobus equitum millibus, Borbonij Ducis filium nothum præficit (is filiam Regis notham in vxorem duxerat) ac Burgũdiam inuadere iubet. Cùm omni cladis genere regionem infeſtaſſet, concurrentes ad arma nobiles prope Chinoum cruento fundit prælio, captumq́ue Antonium Lutzenburgium Lodouici filium, ac Lodouicum Mõmartinum cum pleriſque aliis viris nobilibus in Frãciam abducit, cæſis Burgundionum duobus millibus. Traiecerat interea Eduardus Anglorum Rex Caletum viginti bellatorum millia, ac in Picardiam recta contendebat. Pugnax relicta exercitus ſui parte maxima contra Lotharingũ ac Heluetios, quibus bellum inferre ſtatuerat, parua manu ad Anglica peruenit caſtra, quod adeò ægrè Rex tulit Eduardus, vt vix contumelioſis abſtineret verbis, oriretuŕque inter eos non ficta ſimultas, quod paulo pòſt Rex Eduardus pactis in nouem annos cum Franco induciis palam eſt teſtatus, pollicente ſingulis illi annis Francorum Rege quinquaginta aureorum liliorũ millia, ac in promptu numerans ſeptuaginta quinque millia, addens ſexcenta optimi vini Francici dolia, in proceres verò Anglos tam extitit liberalis, vt Franciam auro exhaurire diceretur. Conditionibus ritè obſignatis, Rex Eduardus menſe Septembri in Angliam nõ ſalutato Pugnace reuertitur, quo ex tempore nunquam ſincerè inuicem dilexerunt, obtulitq; poſt paucos menſes Eduardus ſe cum exercitu in Belgas contra Pugnacem profecturum ſi dimidiam bellici ſumptus partem ſoluiſſet, ac Portorij Caletani damnum ſibi ſarcire vellet, numeratis, durante bello, ſingulis annis quinquaginta aureorum liliorum millibus. Belgæ enim Caleti lanificium eo tempore exercere erant ſoliti. Egit perbenignè Anglo grãtias Francus, veritus ne Pugnacis vxor facilè maritum fratri reconciliaret, mutatiſq; animis in ſe arma verterent, quos tanto cum labore ac ſumptu ſeparaſſet. Eduardo in Angliam reuerſo, Pugnax cum Rege Lodouico in nouem quoque annos inducias fecit, mercaturaq́ue inter Francos ac Belgas, quę per quinquennium ceſſauerat, florere mandum ad gerendum bellum numerant, exigunturq́ue maiores à ſacro ordine, eò acerbiùs quòd ſuperioribus bellis exhauſto fermè paterno theſauro, populum vrgere nollet, ne externis occupatus bellis, domeſtica ac ciuilia importuno tempore excitaret. E ſacro ordine pars quod erat imperatum contulit, cæteri recuſantes intentata lite ad ſummũ Pontificem appellauere. Sed tandem prudentum obtemperantes conſilio, litem omiſere, ac è gratiam Pugnax cum exercitu proficiſcitur, vlturus (vti famam ſpargebat) iniuriã à Duce Nuciana

Nuciana obſidione ſibi illatam, ac repeturus pecuniam, ab auo patreq; ſuo prædeceſſoribus eius mutuo datam. Deditionem ſtatim faciunt Bria, Baſſompuia, Chaſtenũ, Abia, Greſſa, Loniacũ, Confluentia, Auricurtum, Flouilla, Dendremium, Landra, Samblaum, Boquevilla, Nontaum, Membruna, Baiona, Anteſonna, Verſonna, Samurum, Gangona, Marſacum, Spinaum. Charnoum vi expugnat, præſidiatoſque ad arbores ſtrangulari iubet. Dux Reinerus Nancio ac Sirico præſidiis, neceſſarijſq; de rebus prouiſis, cum pretioſiſſima ſupellectile in Franciam ad Regem Lodouicum confugit. Exinde Sinceum per menſem oppugnatum, circa Idus Nouembres deditionem facit. Moti vicinorum calamitate, ac proprio periculo Heluetij, Rhenenſes, cæteriq́ue his fœdere iuncti, decernunt coniunctis viribus contra ire, reprimere ambitionem, ac reſtituere in regnum Ducé Reinerum. Sed quod hyems inſtaret, ac quæ ad bellum erant neceſſaria, nondum paraſſent, inducias cum Pugnace ad Cal. vſque Apriles anni 1476. pangunt, eo propter hyemem inducias non abnuente, quod occupata Lotharingia exercitum ſe non fruſtra habuiſſe arbitraretur, ac proinde veris initio eductis copiis facilè ſe Rhenanos per ſpeciem vleiſcendi Hagenbachij, Heluetios quoque quod contra ſe cõiuraſſent, ſubacturum, vt ab Oceano Septentrionali ac Batauis, ad Italiæ vſque Alpes, (Allobrogibus, Inſubribuſque ſibi fœdere iunctis) inter Germanos Francoſq; medius imperans vtriſque terrorem incuteret. Sirico expugnato, Nancio exercitum admouerat, ac poſteaquam per nouem hebdomadas ſæpius fruſtra oppugnaſſet, non paucis deſideratis fortibus viris, inter quos cecidit Philippus Montibus ad Scaldim Regulus, extremam parari vim ciues ac præſidiarij vidẽtes animis cecidere, pactiq; vitam ac bona oppidum tradidere, paucis exceptis, in quos laqueo eſt animaduerſum. Initio obſidionis Sirici coniuratum eſt inter Regem Francorum ac Pugnacem, ſecreto admodum conſilio in mortem Lodouici Lutzenburgij Fani D. Pauli Comitis, ac apud Francos equitum Magiſtri, idq́ue non ſine ſumma, cùm palam fieret, multorum admiratione. Tanti enim viri ſupplicium non ſine magnis cauſis experti à tantis Principibus iudicabant. Flagranti certè deſiderio, ſed profunda cum diſſimulatione, Rex à Lutzenburgio vindictam experebat, quod regni initio Proceres contra ſe conciraſſe, coniurationiſque auctorem acerrimum fuiſſe perſuaſum haberet, ac proinde vitam dignitatemq́ue ſuam prœlio Monherriaco vel maximè in diſcrimen adduxiſſe cenſeret. Didicerat & eius conſilio fratrem Carolum olim Pugnacis filiam in vxorem petiiſſe, conatumq́ue ea ratione Lutzenburgium, aut ſe regno pellere, aut ciuile inter Frãcos bellum ſuo magno commodo ſuſcitare. Hæ duæ præcipuè odij fuere cauſæ, quanquam in ſpeciem non ſolùm apud Pugnacem, ſed etiam apud populum aliæ prætenderentur. Perſuaderi enim clam amicis aliquot Pugnacis, bonis maliſque artibus curauerat Lutzenburgum diſſidia ac odia, inter Francos Burgundoſq; ſerere, quo vterque Princeps operam amicitiamq; eius venari, ac ambire cogeretur, eò confidentius quod munita aliquot oppida ſuæ ditionis vtriuſque fines attingerent, ac amicis opibuſque præpolleret, tum quod vir prudens, conſultæque ab exacta ætate experientiæ ac vſus foret. Hæc non omnino falſa, callidè à Regijs in maius aucta, leuibus è coniecturis, ſuſpicioſum Pugnacis animum facilè ſenſim pupugere, vnde primum indignatio, deinde odium tam immenſum erga Lutzenburgium excitarunt, vt clam cum Rege in mortem eius cõiuraret. Sed fallere ſenem perſpicaciſſimum Principes non potuere. Certior enim de eorum coniuratione factus, deliberat cum theſauro (qui non exiguus erat) ad Fanum Quintini oppidum ſuæ ditionis, an in Italiam, Germaniam, aut alio fugiat. Sed trahente fato, Mõtibus Hannoniæ cum paucis equitibus ad Ioannem Rollinum Aimerij Regulum Hannoniæ Præfectum, amicorum intimum confugit, ſperans propriis meritis eius ſe opera Pugnacis amicitiam facilè recuperaturum. Is, vti diximus, fugato in Franciam Reinero, expugnataq́ue ferme vniuerſa Lotharingia, Nancium regionis caput obſidebat. Rex Lodouicus intellecta Lutzenburgij fuga, Pugnaci miſſis legatis ſcribit, ſi cupiat ſe Duci Reinero opem non ferre, Lodouicum Lutzenburgium extremo afficiat ſupplicio, aut ſibi tradat. Poſteaquam aliquandiu ſuper hac re deliberaſſet, flagrans cupiditate occupandæ Lotharingiæ, Heluetiæ, ac vleiſcendorũ Rhenanorum Regijs legatis Lutzenburgium tradi iubet, à quibus Pariſios perductus, ac paulo poſt iudiciali ſententia condemnatus, publico loco, qui Graua dicitur, ſecuri percutitur, ætatis ſuæ anno ſeptuageſimo, vir nobiliſſimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

simus, prudens, ditissimus, amicis ac clientelis potens, sed quod duabus sedere sellis commodum censuisset, partemque cui adhæreret eligere nescisset, inuidiæ succumbens, intempestiuæ etiam ambitionis suspicionem vitare non potuit. Petierat sæpius sed frustra, vt in conspectum Regis admitteretur. Sed is nec vultum nec orationem tanti viri ferre poterat. Bona eius omnia fisco sunt addicta, è quibus statim Rex, vt erat conuentum, Pugnaci Fanum Quintini, Hannum, Bohainum cum cæteris necati Lutzenburgij bonis, quæ in sua erant potestate, tradidit. Sed non desit hac de causa Reinerum clam re ac consilio iuuare, quod ita futurum credere debuisset, non semel Regis
1476. leuitatem ac perfidiam expertus. Anno 1476. Heluetij potentia ac fortuna Pugnacis moti, missis legatis pacem petunt, pollicentes se Duci Sabaudiæ, Iacobo Remontij Comiti, cæteris eius consœderatis quæ eripuerant, reddituros. Sed is veteri innixus profectendarum limitum ab Oceano Hollandico ad Italiæ vsque Alpes proposito, cùm in Burgundiam redisset, responsurum se ait. Heluetij quid vellet intelligentes, militem, pacis tamen spe non abiecta, colligunt. Terrebat enim eos fortuna Pugnacis, quæ ei omnibus in bellis benigna semper hactenus adfuisset, eamque non solùm se, sed potentissimum Francorum Regem, ac Imperatorem Fredericum, coactis etiam in vnum vniuersi Imperij viribus, timuisse recordabantur. Iterum igitur legatos mittentes promittunt, si facta pace fœdus secum fecisset, renunciaturos se aliis omnibus fœderibus, eiq; paruo ære cum sex peditum millibus contra Regem, ac quoscunque iuberet, merituros. Horum legatorum vnus pacem persuasurus, verissimis verbis Heluetiorum tum temporis paupertatem Pugnaci exponens, equorum exercitus sui frena, ephippia ac phaleras pluris valere demonstrabat, quàm præda quæ à rusticis, pauca oppidula ac regionem montosam asperamq; incolentibus, sperari posset. At is tanto faciliorem ab inculdiens Pugnacem contra Heluetios ferò bellum parare, non parum gauisus, inquit: Micerte quam graue onus humeris suscipiat, ac quos inuadere statuerit. Expertus enim erat Rex Lodouicus Heluetiorum virtutem, ac quàm acres bello forent, viuo patre, ducto in eos exercitu. Heluetij veteranorum delectu habito, exercitum cogunt, veteriq; seruitutis calamitate ob oculos posita, emori omnes potius, quam denuò iugum subire decernunt, ignorantes suo ministerio diuinum Numen ambitiosissimi superbissimiq; Principis insatiabilem dominandi cupiditatem è summo fastigio in præceps daturum. Rex Lodouicus frustra (vti simulabat) pacem facere conatus, Heluetios clam pecunia adiutos, immensis promissis ad bellum animat. Interea Pugnax Comitem Nicolaum Campobachium in Italiam numeratis quadraginta aureorum liliorum millibus mittit, vt conscriptis quadringentis lancearijs equitibus, iungat se auxiliarijs Ducis Mediolanensis, ac Iolæ Sabaudæ, qui in vnum coactis copijs, cùm quindecim armatorum millia recensuissent, inexpectato aduentu Losannam occupant. Pugnax vniuersa occupata Lotharingia, ac proinde contra Heluetios cum exercitu moturus, primum Granssam, Comitis Iacobi Remontij oppidum in Heluetiorum finibus situm, ac non ita dudum ab eis occupatum, munitumq; præsidio octingentorum peditum, è quibus quadringenti Bernenses erant, obsidione cingit, frustraq; aliquoties oppugnatum, circiter centum quinquaginta viros fortes amittit. Sed cùm acrius quàm antea præsidiarij vim parari variis locis conspicerent, nemine suppetias ferente, pacti vitam, oppidum cum arce dedunt. Pugnax quod nunquam antea fecerat, rupta fide (vt solent plerunque, instante morte, hominum mutari mores) octoginta ad arbores strangulari iubet, ducentos proxima in palude mergi, cæteros abduci captiuos, quæ perfida crudelitas animos omnium Germanorum contra eum irritauit. Heluetij suis, ac fœderatorum aliquot millibus armatis, festinabant vt Granssios obsidione eximerent. Sed certiores dedito oppido commilitones contra datam fidem turpi morte necatos, Pugnacem ira ardentes insequuntur, indignam suorum necem vlturi, aut simul omnes casuri. Duce igitur Comite Hermanno Eptingemio, Comitis Sigismundi Austriaci legato, peditum viginti millia Vaumarcum vbi Pugnacis ordinarij corpi Basilienssis, ac Argentinensis. Pugnax aduentu Heluetiorum cognito, omnibus dissuadentibus

dentibus obuiam proficiscitur. Eptingemius paucis in oppidi obsidione relictis, vniuersis copijs iter duos inter montes angustum, quo Pugnaci necessariò erat transeundum, occupat, gnarus ei hîc equitatum, quo plurimum valebat, inutilem futurum. Castra Pugnacis Granssæ munito erant loco posita ab vno latere palude, ab altero fossis, vallisque, à tergo concatenatæ inter se bigæ minoraque tormenta, à fronte maiora muniebant. Æquissimo suis loco vbi hostem expectasse debuisset egressus, tribus Francorum more instructis aciebus, iniquo cum Eptingemio loco congreditur. Primæ aciei præerant fratres nothi, Antonius ac Balduinus (qui relicto Rege, cum fratre in gratiam redierat) cum Aurantij Principe, decem peditum millia habentes. Secundam aciem Pugnax ipse ducebat, stipatus Italis ac Sabaudis. Postremam regebant Ioannes Ioannis Clitiæ Ducis, secundi huius nominis filius natu maximus, aduersa laborans valetudine, Dux Iuliacensis, Fredericus Egmondanus Isselsteinensium Regulus. Equites in cornua secedere propter loci angustiam nequibant. Maiora tormenta sequi festinantem non poterant. Burgundi fratres cum Heluetiis congressi fortiter dimicabant, ac studio cedentes ex angustijs hostem in apertum campum pellicere, deinde exoneratis tormentis equitatu vndique inuadere statuerant. Sed militum vulgus consilij ignarum, ac proinde fusos interfectosque qui in fronte pugnabant existimans, perinde ac si panico forent terrore correpti, fugam omnes capessunt, Ducibusque causam exponentibus, ac vt starent, pugnarentque iubentibus non obediunt, aucto pauore cum ex incognitis montium viis, recentes subitò Heluetij, latera suorum inuaderent. Pugnax tùm cum acie primis subsidio festinans, à Campobachio iam tum proditionem moliente, deinde à cæteris equitibus, acies angusto in loco explicare non valentibus deseritur, tandemque dissipato vniuerso exercitu, fugam cum cæteris capere cogitur. Veniunt in hostium potestatem, bellica tormenta, tentoria, commeatus, impedimentaque exercitus omnia, pecuniæ tantùm vt aceruis factis Heluetius miles inter se diuideret, nihilque Pugnaci ex immensa pretiosissimaque supellectile, perdito etiam vtroque sigillo, præter eorum memoriam restaret. Æstimata fuit hæc eius supellex tricies centenis aureorum liliorum millibus. Non enim tantùm suam, sed & prædecessorum incredibilem supellectilem ac thesaurum hoc prœlio perdidit, ditatique sunt maximè, qui ad victoriam nihil contulerant, mangones nimirum, mercatoresque pauci, quòd Heluetij agrestes, rusticique homines pretiosissimas margaritas, vniones, ac lapides immensi pretij præ ignorantia vilissimè venderet. Insigne exemplum his qui fortunæ bonis stultè ndunt ac insolescunt. E Pugnacis exercitu quòd maior pars pugnam non tentarit, circiter duo tantùm millia cecidere; falluntur infigniter qui supra viginti quatuor millia interfecta scribunt, capta sunt signa militaria viginti & septem. Nobiles multi fugam sistere conati, perierc, ac inter hos Ioannes Lutzenburgius Marlæ Comes, Lignacus, Chastauguionius, Montmorlinus, Antonius Lalanus, Lodouicus Rollinus. Qui Vaumarcum in præsidio erant, clade suorum cognita, intempesta nocte per custodias, multis interfectis erumpentes, ad vnum omnes salui Salinas in Burgundiam peruenere. Capti tantùm ducenti, quos Heluetij in vindictam commilitonum Granssæ, Pugnacis iussu, strangulatorum depositis sepulturisque cadaueribus, iisdem in laqueis suffocauerunt. Pugnax eâ nocte fuga Iverdunum peruenit, indeque Nazarethum, summo mane Losannam, vbi dolore accepti dedecoris, in animi corporisque ægritudinem incidens, belli tamen curam non omisit. Sabauda enim quatuor peditum millia iterum mittit, sed quæ in itinere à Friburgensibus prœlio victa dissipantur. Ab Insubribus quoque recens aduenientes milites cum Vallisserlandos vexasset, dimidia ab iis parte interfecta, cæteri in Italiam repelluntur. Arqui ex eo tempore Insubres ac Sabaudi, de Pugnacis fortuna desperantes, eo extincto, cum Francorum Rege fœdus faciunt, quorum iudicium Reinerus quoque Anguin, Barrensium, ac Prouinciæ Lugdunensis Dux, qui se Siciliæ ac Neapolis Regem scribebat, mox est secutus. Multis enim à Francorum Rege Lodouico iniurijs affectus, liberis, nepotibusq; orbatus, decrepitus senex Pugnacem regionum ac fortunarum omnium hæredem scripserat. Sed post hanc cladem minis à Rege oneratus, resciso veteri testamento, Regem nouis tabulis hæredem instituit. Tot circumuentus Pugnax malis non se de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

serit, sed exercitum summa cum diligentia reficiebat, missisq; Geneuam ad Oliuerium Marcanum literis, iubet (capitis addita ni paruisset pœna) Iolam Sabaudiæ Ducem, cum Philiberto, Philippo ac Carolo filiis Geneuam proficiscentes ad se perducere. Marca cum domesticis officij specie obuiam Duci profectus, positis oportuno loco insidiis, cum omni eam comitatu capit, ducitque ad Fanum Claudij, inde Rochefortum, postremo Ruvram, vnde post paucos menses corruptis opera Francorum custodibus est liberata, Regeq; apud Turones salutato, ac liberorum ditionumq; tutore nominato, in Sabaudiam redit. Philibertus filiorum natu maximus, obscura nocte, inscio Marca Geneuam, indeq; Chamberium à Sabaudis Marcæ seruientibus est perductus, tam strictam eius curam gerentes, vt postea ne Regis quidem in potestatem venire potuerit. Interea Pugnax coactis circiter viginti quinque militum millibus, Murtum Iacobi Remontij oppidum (vniuersam enim eius ditionem Heluetij occuparant) obsidione cingit. Heluetij, Rhenani, Comesque Sigismundus collectis triginta peditum, ac quatuor equitum millibus, contrà proficiscuntur, venitque eorum in castra Reinerus Lotharingiæ Dux, à Franco mediocri pecuniæ summa, ac quadringentis equitibus instructus, quem Regis intuitu exercitui præesse volunt. Quingentis tantùm passibus Heluetij à Pugnacis castris aberant, cùm vindictæ cupiditate, ac recuperandi decoris desiderio ardens, prior eductis copiis instructa acie in pugnam prodit, peditibus omnibus in vnam quadratam phalangem dispositis, equitibus cornua cingentibus, maiora tormenta peditum aciem præcedebant, tergum plaustra, carri, ac pauci ballistarij pedites custodiebant. Heluetij suis in castris quieti corpora curabant, quos cùm Pugnax horam & amplius instructa acie expectasset, sæpiusq; per Anglos ballistarios ad pugnam irritasset, nec tamen quisquam prodiret, satis sese eo die animandis suis profecisse iudicans, postremæ aciei pro rei necessitate non satis prouidens, ad castra reuertitur. Heluetij in hanc parati occasionem subitò omnibus castrorum portis peditem educunt, postremamq; Pugnacis aciem, tanta vi inuadunt, vt tempus conuertendi exercitus eriperent. Corporis tamen eius custodes in pedes desilientes, Anglis iuncti ballistariis, irrumpentes Heluetios non solùm excipiunt, sed acri edita pugna, cedere etiam loco primos cogunt, donec Comitis Sigismundi equites his interfectis, reliquorum impetum repressissent, ac priusquam Pugnacis equites è prima in postremam aciem peruenire, tormentaque eodem attrahi poterant, in fugam omnes vertissent. Cecidere pugnantes è Burgundis, Belgisque morte non inulta octo peditum millia, tantundemque Germani in fuga interfecere. E nobilitate pugnantes interiere Somersetj Dux, ex Anglia ad Pugnacem cum ala equitum ballistariorum suo nomine profectus. Philippus Grimbergius, Aimerij Regulus, Iacobus Mapenesque ipsum viri nobiles complures. Qui Murti in obsidione relicti fuerant, cognita clade, vasa conclamant. Sed in perterritos præsidiarij erumpentes, facile omnes in fugam, creptis impedimentis agunt, paulòque pòst in equites Germanos incidentes, ad vnum ferè omnes cæduntur. Pugnax tribus tantùm hominum millibus stipatus Riuerium in Burgundiam fuga peruenit, Heluetiis ad noctem tantùm insequentibus, deinde ad prædam conuersis. Prope Murtum in hunc vsque diem ædicula visitur plena interfectorum cranijs ac ossibus, ictus è quibus viri interiere referentibus. Altera hæc clades mutato corporis temperamento Pugnacem atra bile repleuit, adeò vt nonnumquam cogitabundus totos dies solus sederet, debilitatoque colore naturali posthac calidissimis iuuantiam, ante ac post prandium ptisanæ cremore vti consueuisset: adeò affectus animi, breui etiam momento, corporis temperamentum immutant. Sextus agebatur mensis, quod Francorum Rex Lugduni cognoscendis Pugnacis consiliis egerat, lætus se non frustrà Germanos Heluetiosque pecunia ac consilio iuuisse. Pergere igitur statuit, expeririq; num Pugnacem ac Imp. Burgundicum eorum opera perdere posset. Mittit statim ad Reinerum Lotharingiæ Ducem legatos cum pecunia, suadens in tanta oportunitate non quiescere, sed priusquam Pugnax vires reficiat, sua recuperare, Heluetios interim Rhenanosque omni ratione conciliare, vt eorum auxilio resistere possit. Regia pecunia

Reinerus

Reinerus quatuor peditum millia, ac mille quingentos equites Francos conscribit, moriturque eodem tempore Maria Harcurtij Comes vidua aui sui Antonij Comitis Vaudemontij, cuius hæreditate ditatus, magnam pecuniæ summam ex argenteis vasis poculisque mundo muliebri, ac pretiosa supellectile conflauit. Parua qua diximus manu occupat Reinerus Vaudemontium, Espinalum, ac aliquot munita castella, auctoque exercitu Nancij præsidium Burgundicum obsidione premit. Præerat oppido Ioannes Rubempræus ac Cochinus quadringentorum Anglorum Dux vetus, qui communi consilio se defendentes, Pugnacem expectabant. Sed is vix sui potens, sex hebdomadibus in Burgundia domi desidens nil agebat, frustra monentibus amicis Reinerum parua manu Nancium obsidentem, misso milite pelleret. Interea Cochinus Nancij in vallo deambulans, tormenti globo interficitur, Angliaque de auxilio desperantes, ac Duce orbati primo Rubempræum rogant, deinde cogunt vti præsidiariorum vitæ ac fortunis dedito oppido consulat, quòd cùm is feciſſet, tertio post deditionem die, Pugnax fero cum exercitu veniens, Reinerum sequi instituit. Is se imparem sciens, exercitu proximus in oppidis distributo, duodecim tantum comitatus equitibus ad Heluetios auxilij causa cum pecunia contendit. Habebat Pugnax in exercitu non vltra sex bellatorum millia, hosteque quo cum congrederetur non reperto, Nancium obsidere instituit, qua expeditione à Comite Nicolao Campobachio (quem sibi legatum in exercitu sumpserat, quanquam se primo contra Heluetios prælio deseruisset, eademque adhuc simulator in perfidia maneret) sine causa proditus, vniuersa familiæ Burgundicæ Francici stemmatis virilis stirps, thoro nata legitimo apud Belgas interiit. Erat Campobachius natione Neapolitanus, Arragoniis ac Andegauensibus pro eo regno contendentibus, Andegauensium semper partes secutus, donec his ab Arragoniis pulsis exutus fortunis cũ multis aliis proceribus proscriberetur. In Franciam veniens aulam Reineri Andegauensis, eoq; sene, filij eius Ioannis, deinde nepotis Nicolai est secutus, habituque à singulis semmo semper in honore, ac muneribus excultus. Sed cum Nicolaus Calabriæ Dux veneno à Rege Lodouico esset sublatus (quod Pugnacis filiam ambiens Burgundicas partes foueret, ac patris sui Ioannis, autique Reineri ditiones Belgis magno Francorum incommodo iungere properaret) Lotharingia ac actio regni Neapolitani familiæ cessit Vaudemontanæ, quod Fredericus Comes Vaudemontanus Iolam filiarum Reineri Andegauensis natu maximam in vxorem duxisset. Sed quòd hæ nuptiæ extortæ contra Reineri Andegauensis voluntatem essent contractæ (prælio captus, vt in Boni vita scripsimus) non solùm Reinerus Vaudemontanis Lotharingiam sibi iure debitam, sed etiam ditionum suarum possessionem inuidebat, hæredemque alium quàm filiæ solæ maritum eiusque liberos instituerat, Carolum nimirum Pugnacem, qui hac de causa ad regna aspirans Italica, quicunque Reineri ex aula, Francine an Itali forent, ad se veniebant, benignè excipere solitus erat, inter quos facilè primus senex pauperque Campobachius, decem aureorum liliorum millia quotannis à Pugnace familiæ nutriendæ causa accipiebat, secretioribusque adhibitus consiliis, legatum sibi omnibus in bellis nemini magis fidens assumpserat. Campobachius verò quumprimum ex Italia quadringentis cum equitibus Belgica pecunia conscriptis peruenisset, paucis aliam causam quàm malam mentem, malumque animum reddentibus in exitium Pugnacis, Francorum astuta concitatione clam coniurat, Regi Lodouico promittens, si sibi Præfecturam quadringentorum ordinariorum equitum, ac in Francia Comitatum dono dedisset, paratàque in pecunia viginti quinque aureorum liliorum millia numerasset, Pugnacem se interfecturum, in pugna deserturum, aut captum ei traditurum, primum hac de re Lugduni Petro Parauino Italo Regis medico cui fidebat, locutus, ac deinde apud Pedemontanos Fani D. Praij Regulo Regis ibi legato, qui cum Regi rem omnem narrasset, admiratus (vt vult Philippus Cominæus) quid sibi vellet tantæ rei præsentatio, nec satis ctedens Campobachium quod pollicebatur executurum, quippe qui non solùm in honore apud Pugnacem esset, sed magnis muneribus ei plane deuinctus, veritus ne in se fabam cuderet, Pugnacem hisce de rebus per Contai Regulum legatum eius certiorem facit. At is Campobachio supra modum fidens, regias existimabat has

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse artes diffidentiam procurare, & Campobachium à se alienare cupientis, adeoque eius animo hæc fœderat profunde opinio, vt nunquam hac de re Campobachio verbum faceret, multoque quàm vnquam anteà chariorem haberet. Hæc Philippus scribit Cominæus. At prudentiores memoria repetentes Regem Lodouicum proprium fratrem, cognatumque Nicolaum Calabriæ Ducem veneno sustulisse, Pugnacisque necem per Rubempræi filium nothum, aliosque insidiatores variis tentasse modis, non dubitabant eius quoque artibus Campobachium corruptum, sed alta dissimulatione (qua Rex hic plurimum valebat) post mortem etiam Pugnacis deserto prorsus Campobachio facinus agnoscere noluisse. Campobachius post secundam Pugnacis cladem Regi ac Duci Reinero de prodendo Pugnace iterum verba facit, sperans ab vtrisque aut eorum altero magnis se muneribus oneratum iri. Quare Rex fidem proditori ac desertori habere incipiens, nonnihil donando, aureos verò montes promittendo, spe suspensum eius ducebat animum. Dux Reinerus multo in causa flagrantior, si quod promittebat perfecisset, Comitatum ei Vaudemontanum pollicebatur, pecuniamque vltra status sui vires proditori donabat, quòd Nancæi expugnationem impediturum se certò promitteret. Hæc inter eos procurabat vir nobilis è Prouincia Lugdunensi natus cognomine Suffron, Ducis Reineri œconomus, qui cùm mense Nouembri Nancæos commeatu ac milite iuuisset, cum paucis in tergo fortiter pugnans, circumuentus à Burgundis, capitur. Ægre ferens Pugnax Nancæos commeatu ac milite adiutos, consilio Campobachij, Suffronem statim ad arborem iugulari iubet, præfatus, Principe æneis tormentis munitionem quatiente, neminem ingressum tentare debere, nisi captus ad arborem suffocari velit. Tyrannorum hanc legem generosi Principes nunquam probarunt, nec obseruarunt, æquum iudicantes, vt durante bello (absit tantùm perfidia) vnusquisque suas partes omni ratione, modo ac arte defendat, ac iuuet, nec necesse esse vt existimationem nec potentiam vllius Principis qui sit hostis (excipimus impiam subditorum contra legitimum Principem defectionem) vel infirmissimus etiam ante oculos habeat, tantùm qua ratione, consilio, astu aut vi sese ab eo defendat. Suffron nullam euadendi viam, nisi detecta Campobachij proditione videns, aperiendam censet; quanquam Regi ac Duci Reinero, Heluetiis, Rhenanisque non parum ad vniuersi belli euentum incommodi esset allaturus. Sed tam turpem Campobachij erga tam benemeritum patronum proditionem non ferens, quo is celerius sceleris sui pœnam subiret, vitæque hac ratione suæ consuleret, Pugnaci iubet nuntiari, habere se communicanda, quæ non minus ad vitæ quàm ipsius conseruationem spectarent. Timuerat hæc Campobachius, ac proinde rarissimè à Pugnacis latere discedens, dum hæc nuntiarentur, præsens erat. Iubet Pugnax quæ vellet internuntio dicere, scire enim se mendacia protrahendæ vitæ causa fingere. Negat Suffron se præterquam Principi sua communicaturum. At is verbis eius nil motus, accelerari necem iubet. Cùm duceretur Suffron, sæpius vt in conspectum Principis admitteretur rogabat, promittens se detecturum quorum cognitio pluris quàm possessio Burgundiæ, acquisitioque Lotharingiæ ei esset profutura. Nobiles aliquot Burgundi qui Suffronem nouerant, exoraturi Principem, ad eum pergunt. Sed cubiculi foribus propinqui, nuntiat Campobachius iratum Pugnacem, quòd adhuc viueret, admittere hominem nollè, ac vt statim iuguletur, iussisse, mittitque eodem momento ad Præfectum rerum capitalium (Prouostum vocant) qui eadem Principis nomine mandet. Postrema Suffronis verba hæc fuere: Pugnaci non minus quàm mihi postremus instat dies, quòd qui ei è consiliis est intimus, probè nouit. Indigna Suffronis mors tam malè Lotharingos habuit, vt captos Burgundos ac Belgas eodem afficerent supplicio. Obsidebat interea exiguo cum exercitu, brumalibus diebus, pertinaci proposito Pugnax Nancæum, proditore exercitus legato, militibus maiori ex parte aduersa valetudine affectis, malè armatis, ac omnium rerum inopia laborantibus. Scribit igitur Guilelmo Hugoneto Burgundiæ Cancellario (cui ante paucos dies dono dederat Flandriæ oppidum Middelburgum) conuocatis Belgarum Ordinibus, pecuniam ac recentem in supplementum militem imperet, clientelasque suo nomine ad arma cogat, quod Heluetij

uetij ac Rhenani exercitum soluendæ obsidioni pararent. At contrà Campobachius primariis aliquot Belgarum viris scribit, necesse non esse brumalibus diebus, nobiles ad equum conuocare, quòd Heluetij iustum non cogerent exercitum, Nanceique post octo dies commeatus inopia deditionem essent facturi, quo in oppido militem essent refecturi, ac hibernaturi, Lotharingis pecuniam in stipendium suppeditantibus, cuius adhuc aliquantulum superesset, non ita pridem à Burgundis ac Lutzenburgiis missum. Non temerè Hugoneto crederent, qui proprium magis quæstum, quàm Principis necessitatem rei bellicæ imperitus ob oculos habere consueuisset. Qui Campobachij acceperant literas, satis sciebant quo is apud Pugnacem esset loco, quanta eius existimatio, quodque omnium secretissimorum Principis consiliorum foret particeps, ac proinde ei fidem habentes, pecuniæ parum Hugonetus impetrare potuit, militem præter voluntarium nullum, nobilitate ante ver arma induere recusante. Quemcunque igitur Hugonetus mouebat lapidem, nil precibus minisque obtinere potuit. Pugnax re intellecta (præter Campobachij perfidiam) iurat se in immorigeros non aliter quàm in rebelles animaduersurum. Engelbertus Nassauuij, ac Ioannes Chimaij Comes, aliquot cum nobilibus ac paucis peditibus, summa cum difficultate ac periculo Nanceana ad castra perueniunt, magna Principi auxilia promittentes, si bellum ducere, ac pugnæ in ver supersedere vellet: sed trahente eum fato, sana non admittebat consilia. Manebat enim obstinato animo in obsidione, multis singulis diebus in exercitu fame ac frigore morientibus, cùm non minùs obsideretur, quàm obsideret. Francorum enim Rex ne è Francia commeatus adueheretur, impediebat. Dux Reinerus, ne è Lotharingia, Burgundia, aut Lutzenburgo nisi extrema cum difficultate, quòd Germani à Rege mercede conducti agros Lutzenburgensium spoliassent. Belgæ propter hyemis asperitatem, itineris longinquitatem ac difficultatem, parum iuuare poterant. Interea Heluetij ac Rhenani sollicitatione Ducis Reineri, quindecim citeriter bellatorum millia coëgerant, Rege singulis aureum lilium numerante, ac pro reliqua solutione fideiubente, mittenteque insuper Cranij regulum nongentis cum equitibus lanceariis, quos è Francia exulare fama ferebat, ne Rex inducias violasse diceretur: sed qui pro more è longinquo auxilij tantùm spem faciebant, pugnæ se non miscebant. Nolebat enim Rex apertè inducias cum Pugnace in nouem annos pactas, ne in se bellum verteret, violare; timens ne versa facie fortuna ferocis animi conatus iterum iuuaret: hostes tamen Pugnacis, clam consilio ac auro iuuabat, subditis potestatem militandi cum qua vellent parte faciens, sed pauci ad Pugnacem, multi verò quotidiè ad Reinerum proficiscebantur. Rebus omnibus paratis Dux Reinerus confœderatis iunctus, instantibus Ianuarij Cal. castra Beneuillæ locat, postero die ad Fanum D. Nicolai, quod haud procul Nancæo distat, vnde Nonis Ianuarij anno 1477. vt oppido de rebus necessariis prouideat, aut 1477.
cum Pugnace confligat, instructa acie, Nancæum rectà pergit. Non enim diutius inopiam rebus omnibus consumptis tolerare poterant, ac proinde dedito oppido in potestatem hostis concessissent, nisi Reinerum ad opem ferendam festinare cognouissent. Pugnax de hostium aduentu certior factus, Præfectos, quod ab aliquot annis non consueuerat, ad consilium vocat. Prudentiores, ac qui rem bellicam longo vsu didicerant, vnanimi voce suadebant, castra Ponmussonium mouere, ac exercitum proximis in oppidis castellisque diuidere. Germanos enim, importato Nancæi commeatu, brumæ diebus oppida de præsidiis ac commeatu prouisa non obsessuros, sed domum vitatis frigoribus dilapsuros, nec facilè iterum coituros Ducis Reineri causa pecuniæ inopis, deinde ad Nancæi obsidionem reuertendum, ibique ver, ac è Belgis militem cum auro expectandum. Salubre consilium altus Pugnacis generosusque animus sequi non potuit, intolerabilem fore ignominiam ratus, si hosti è propinquo pugnam cienti obuiam ire ausus non fuisset. Secutus igitur imperitorum ac proditoris Campobachij sententiam instructa acie paucos valetudinarios recentibus ferocientibusque obiicit hostibus. Vix enim decem virorum millia in exercitu habebat, è quibus duo tantùm millia sana beneque armata erant, quæ in fronte contra quindecim Germanorum millia corporum animorumque vigore præstantia collocat, quemadmodum Oliue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rius Marcanus, Pugnaci tum temporis inter domesticos seruiens ac pugnæ huic præsens, in Annalibus, adducto conscientiæ suæ testimonio, asseuerat. Pugnacis acies vna ac simplex erat propter regiam viam oblonga, coactaque, Campobachio ac Galeotto dexterum, Iodoco Lalano sinistrum latus paucis cum equitibus regentibus. Pugnax cum fratribus cæterisque Proceribus mediam aciem obtinebat. Tormenta ænea paruo propter inopiam pulueris tormentarij, globorum, ac affecta magistrorum valetudine erant vsui. Heluetij suos in duas diuiserant acies. In prima erat Dux Reinerus circiter tria equitum millia, ac Heluetios pedites omnes ducens, incedebatque via regia contra Pugnacem. Alteri aciei præerat Hertmannus Eptingemius Rhenanos ac Lotharingos pedites regens, proficiscebaturque secundum dextrum ripæ fluminis Mosellæ latus, eo consilio (cùm de primæ aciei victoria non dubitarent) vt vitatis tormentis Burgundos à latere inuaderet, aut in fugam à prima acie actos caperet aùt occideret. Exoneratis vtrinque magno cum reboatu tormentis, Dux Remerus Pugnacis equites ab vtroque cornu tam celeri cursu inuadit, vt tormenta iterum vsui esse non potuerint. Defendebant se Burgundi aliquandiu pro paucitate strennuè, nec in fugam agi potuere, priusquam Campobachius quadringentis suis cum Italis ad hostes transiisset, tum pulsis cæteris Eptingemius vitatis tormentis à sinistro latere pedites Burgundos inuadit, ac post breuem pugnam equitum clade territos in fugam ruptis ordinibus agit. Pugnax vniuersi exercitus dissipatione motus, cùm frustrà ordines retentare, ac fugam sistere, sæpius inuadentem feriens hostem, esset conatus, ab omnibus se ferme desertum conspiciens, vi per vrgentes aliquot erumpens hostes consulere sibi conatur. Sed cùm paucis comitatus nobilibus viris ad Fanum Ioannis Rhodij haud procul Nanceo peruenisset, ac equo calcaribus concitato obuium torrentem saltu transire vellet, eo præ lassitudine ad ripam offendente, in torrentem cadunt, sequebanturque multi quis esset ignorantes, è quibus Claudius Baumontius, nobili apud Lotharingos loco natus, surdus, ac inter pedites militans, equi iacentis clunes infesta hallebarda tanta vi reiterato aliquoties impetu verberat, vt frustrà surgere conatus, ephippio Pugnacem armis grauem eiicere cogeret, inque eum deinde Claudius cruento conuersus telo repetitis sæpè ictibus eodem in loco iacentem mactat, superueniente sque Germani pedites ignoto cadaueri arma vestimentaque detrahunt, tribus in corpore postea repertis vulneribus: vno in capitis dextero tempore ab aure ad dentes vsque penetrante, cæsimque hallebarda icto, soloque vulnere lerhali: altero in dextero femore, quod ad genitalia vsque pertinebat: tertio in podice acie hallebardæ, quemadmodum & secundum, punctim inflicto. Iacebat Pugnax nudus, ignotusque, ac haud procul eo Ioannes Rubenpræus, Contaius, Vivilla, aliquotque alij domestici eius nobiles, viri fortes, tertio primùm à pugna die ab his qui interfectorum corpora scrutabantur cogniti, quemadmodum & Pugnax è certis corporis sui signis, quæ sæpius notarat medicus eius Matthæus Lupus Lusitanus, ac puer amanuensis natione Romanus, è familia Colomnæa, ga à Campobachio, Duci Reinero fuerat donatus, quò Pugnacis cadauer ac locum vbi fuerat interfectus demonstraret. Gelu, frigoreque adeò Pugnacis facies intumuerat, ægrè vt cognosceretur. Periere è Burgundis circiter tria virorum millia; capti veglus, Crouiacus, Chimaus, Himantius, Dinesius, Darburgius, Iacobus Galeottus, Antonius, ac Balduinus Pugnacis fratres, qui Francorum Regi eos expetenti sunt traditi, ac post aliquot annorum captiuitatem tandem liberati: Iodocus Lalanus admotaguus, Osoletus, Ioannes Montfortius; qui paulò pòst pecunia fermè omnes sunt redempti. Cùm inimicæ acies ad manus venirent, Campobachius cum omnibus Italis equitibus ad Ducem Reinerum transiit. Verùm equites Germani nulla eos secum ratione stare volentes, nil sibi cum proditoribus commune esse, nec vna in acie pugnare velle dicebant. Territus Campobachius cum equitibus suis castellum occupat Condæum, haud procul amne Mosella situm, vnde recto itinere Lutzenburgum, Theodo-

Theodonisvillam, ac ad vrbem Metensem iter erat. Occupato hic ponte, fugientes expectare statuit, è quibus non paucis interfectis, ditiores redemptionis causa seruabat. Postremis ad Ducem Reinerum verbis erat pollicitus, viginti se equites, apud Pugnacem cùm foret transiturus, relicturum, qui sese proditionis ignaros simulantes, occasionem interficiendi, aut capiendi eius essent obseruaturi. Verùm cùm Pugnacis acies multitudine hostium dissiparetur, viginti proditoribus exequendi facinoris modus est ereptus, cæsa cum cæteris maxima eorum parte, nolente Deo inter alia Pugnacis infortunia hoc cum affici dedecore, vt à propriis mercenariis militibus interficeretur, aut captus ad ludibrium veteribus hostibus traderetur; sed postremò hoc cum honore, exemplo multorum Regum ac Imperatorum, decorante, vt inter hostium amicorumque cadauera armatus vitam finiret. Campobachius (proditione diuulgata) Francis, Lotharingis, Germanis, Italis ac Belgis inuisus, tandem ab Italis commilitonibus proditionis sese pudentibus desertus, pauper ac priuatus, vitam exul vagusque finiuit. Causam proditionis adferebat, Quòd pecuniam à Pugnace pro stipendio postulans, superbo se semper ac arroganti responso, inanem dimisisset, iubens, vti cœperat, fidelem sibi operam præstare, nec de sua liberalitate iustaque remuneratione quicquam dubitare. Ferre se quoque non potuisse Lotharingiæ Ducem hæreditario sine causa pelli imperio. Verùm cùm iniquæ à nobilibus generosisque viris hæ causæ essent iudicatæ, à singulis ad instar contagiosi veneni est vitatus. Sepultus est Pugnax in primario ciuitatis Nancæi templo ante summum altare D. Georgio tutelari Diuo suo consecratum, iuxtaque eum qui vnà ceciderant viri nobiles, insitque Dux Reinerus eodem loco erigi tumbam, superque eam imaginem Pugnacis, additis natalium insignibus, vt etiamnum hodie apparet, adfixaque fuere à viris ingenio præstantibus, rudi tamen literatura, Epitaphia varia, è quibus quod breuitatis causa arridebat, hoc vnum adferre impolito exaratum seculo placuit:

Te pacis piguit, te tæduit atque quietis,
Carole, sicq; iaces? iamq; quiesce tibi.

Postea Imperator Belgarumque Princeps Carolus Quintus, Pugnacis ossa Nancæo Lutzenburgum transferri curauit, vnde ab eius sorore Leonora Brugas Flandrorum sunt translata, ac in Choro templi D. Mariæ Virginis ante gradus summi altaris in sepulchro filiæ eius Mariæ condita, quod vtriusque æneum ibidem ex ære flauo testatur mausoleum. Eo quo pugnatum est loco, Dux Reinerus sacellum (quod etiamnum extat, vocaturque Burgundicum) ædificari iussit, defossaque circumquaque suorum hostiumque cadauera, condi curauit. Dimicatum est, vti diximus, prope Nancæum Nonis Ianuarij anno 1477. cùm ego quinque hosce libros quatuor Burgundiæ Ducum vitam continentes Nonis Ianuarij anno 1577. absoluissem. Natus erat Pugnax cùm interficeretur, annos quadraginta quatuor, mensem vnum, dies viginti quinque, mediocri præditus corporis statura, patre breuior, firmis ossium compagibus, carne succulenta, facie nonnihil oblonga, fronte ampla, oculis fuscis, intuitu acri, planeque virili, naso oblongo, ac circa nares crassiore, mento vt prædecessoribus in longitudinem vergente, colore fermè cineritio, coma, supercilijs, barbaque fusca. Paucos suo tempore pares habuit ad ferendam famem, sitim, frigus, ac calorem, quod continuis bellis prope docuit, nec æstate, nec hyeme quiescens, adeò vt postremò Leodiensium, ac hoc Lotharingico bello, non pauci eius in castris fame, frigoreque, è promiscuo non solùm vulgo, sed etiam e nobilibus perierint, plerique certa membra perdiderint, aut alia de causa bello inutiles facti fuerint. Audacior, pugnacior, animique altioris Princeps, eius tempore inter Christianos non vixit, quique solus sperarat, alterum sese Alexandrum, Iulium, Pompeium aut Carolum Magnum futurum, donec videns cælestia decreta animi sui conatibus respondere nolle, sed Lotharingiæ Ducem viginti tantùm annorum adolescentem, milite ac pecunia carentem, pauperrimosque Heluetiæ ditionis rusticos (qui tum temporis conferri non poterant cum huius seculi Heluetiorum opibus) secum acie congressos, bis vicisse, incredibilemque maiorum bellicum apparatum, opesque diripuisse, in furorem fermè accepti dedecoris pudore versus, tertiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam pugnam mortis desiderio magis quàm spe victoriæ iniuit, sæpius animo reputans Francorum Regem semel victum, nunquam amplius acie congredi ausum, ipsumque Imperatorem Fredericum vniuersæ Germaniæ viribus cinctum, prope Nucium pugnam exhorruisse. Auum Ioannem Intrepidum adeò multis in rebus referebat, vt huius animam Pugnacis in corpus migrasse dixisses. Erat enim vterque Intrepidus, ambitiosus, inquietus, belli auidus, ac sibi placens. Patre Philippo Bono iamprimum mortuo, quòd secundo rerum cursu animus nondum esset inflatus, admodum erat affabilis, non rarò Prouincialibus consiliis, iudiciisque assistens, pauperi æquè ac diuiti, ignobili pariter ac nobili breue ius dicens. Primus fuit Belgarum Principum qui nobiles ac potentes homines armis ius quod habere existimabant exequi, prohibuit. Struxerat enim olim in hunc vsum extra vrbes oppidaque, castella, arces, ac munitas turres, quarum adhuc reliquiæ non paucis exstant locis, vbi cum clientibus amicisque congregati, de iure inter se armis disceptabant. Laudata est Pugnacis moderatio, quòd vt pater, nec vestium, nec exquisitorum ciborum luxu diffluxerit, nec mulierosus fuerit. Nusquam enim de liberis eius nothis, nec concubinis legitur. Belli tempore diuinum cultum contempsisse iudicasses, cùm pacem haberet, non religiosum, sed superstitiosum dixisses. Musicam callebat, sesequè in ea lubenter exercebat, habens vt prædecessores exquisitum symphoniacorum ordinem. Tres duxit vxores: Catharina Caroli sexti Francorum Regis filia, intacta obiit. Isabella filia amitæ eius Agnetis Burgundicæ, ac Caroli Borbonij, primi huius nominis, Bruxellæ paulò post pugnam Monherriacam, viuo patre Philippo Bono, decessit, peperitque ei Mariam Belgarum Principem Maximiliani Austriaci vxorem, qui eam (vti narrauimus) viuo Pugnace, diu ambierat. Tertia vxor fuit Margareta filia Richardi Eboracensis, soror Eduardi quarti Anglorum Regis, quæ cum Maria eius filia Gandaui, cùm ad Nancæum interficeretur, habitabat, viduamque nullis è Pugnace susceptis liberis, diu illi supervixit, moriens anno Hac igitur ratione Carolus Pugnax exacto vitæ curriculo est extinctus, potuisserque è naturali corporis constitutione ad iustam peruenire senectutem, nisi vis illata foret. Burgundionum Dux Flandrorumque Comes quartus, ac Belgarum Princeps secundus fuit, qui ortus è Regia Francorum stirpe ab Hugone Capeto claritatis initium habenti Valesiorum cognomine gaudet, quæque in hunc vsque diem multorum Procerum insana cum inuidia, magna tamen cum laude, Franciæ præsit, produxitque non solùm præclara Valesiorum familia tredecim Francorum Reges, sed priusquam id cognomen adsciuisset, cum laude Francis laudatissima præfuit familia trecentis continuis annis, ac per secundum, tertium ac quartum natu filios, Andegauensium nimirum Proceres gubernacula regni Anglici, Siciliæ, Neapolis ac Hungariæ tenuit, Ducatum Burgundiæ, Borbonij, Aurelianorum, Biturigum, Angium, Normanniæ, Guiennæ seu Aquitaniæ, Barræ, Prouinciæ Lugdunensis, Lotharingiæ, Champangæ, Turonum, Engulemæ, Alensonij, Picardiæ, Lutzenburgij, Brabantiæ, Limburgi, Geldriæ, Mediolani, Calabriæ, Apuliæ, Tarenti, totamque aliquando rexit Italiam. Comitatum verò Burgundiæ, Eusij, Neuersij, Rethelij, Estampij, Flandriæ, Artesiæ, Namurci, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ, Zutphaniæ, cum multis aliis; timuereque aliquando Valesiorum nomen armaque Italia, Hispania, Turcæ ac Afri, sensereque noui Orbis incolæ, ac cùm maxime Germanorum Imperatorum fortunam populi Principesque horrerent, Valesij eos humeris suis propulere, finesque Francorum non sine detrimento intrare sunt passi. Sola eos Anglorum per ducentos annos felicia diu multumque exercuere arma, nunquam tamen acrius maiorique dignitatis cum periculo, quàm Duce Philippo Valesio, aliàs Bono, quo cæteris Valesiis reconciliato intra salsi maris spumas Anglis à Valesiis citò sunt repulsi. Denique ab eo tempore, quo Hugo Capetus victis hostibus Francorum sine controuersia Rex, mansit anno nimirum 987. vsque in hunc meæ scriptionis diem anni 1582. nullæ Capetici sanguinis familiæ tam diu variis regionibus quàm Valesiorum præfuit. Apud Burgundos quidem ac Belgas (horum quatuor Ducum tempore tantùm computato,) annis circiter centum ac viginti summa cum potentia ac gloria imperarunt,

perarunt, continuis tamen semper exerciti bellis, quæ non solùm pecuniarum immensam vim exhausere, sed mercatum nunc cum Anglis, deinde cum Francis interrupere. Sed summa populi ac Principum inter se concordia (paucis exceptis, domitisque peruicacibus animis) felicem Belgis statum conseruauit, comprobauitque veritatem diuinæ Salustij sententiæ: *Concordia* (nimirum) *res paruas crescere, Discordia verò maximas dilabi.* Pacem, tranquillitatem, fidem, amorem, obedientiam ac felicitatem concordiæ agnoscimus, fructus gustabimusque, si ambitionem ac auaritiam domuerimus. Furiarum enim harum prior tanta vi magna etiam ingenia sibi subiicit, vt contempta vita, ac pulsa proculcataque æquitate, honestateque, diuina humanis miscere non dubitent, modò ambitioni pareant. Altera omnes omnium etiam ordinum homines adeò diuexat, vt excæcata mente, pulsaque ratione in omnem iniustitiam proni ferantur, perpetuaque animi corporisque sollicitudine inani agitentur. Quocirca si è temperantiæ ac rationis dictatu vitam instituerimus, non est quod infernales Furias timeamus, ac mentis corporisque concordiam, aliqua ratione adipisci, conseruareque nos posse desperemus.

ABSOLVTOS *Principes secundum regni leges, ex animi libidine, aut modo ex vtrisque mixto, viuendi rationem vtplurimum instituere, res ipsa docet. Et quoniam in specula quodammodo constituti, omnium oculis mores vitaq; eorum patet, homines varie de iis iudicant ac scribunt. Principes enim impery potestate vsi quod cogitant, ac possunt faciunt: homines verò humana libertate innixi, quæ de horum gestis didicere, apertè sincereq;, aut fictè simulateq; scripta publicant. Verùm scriptores quos affectus non rei veritas ad scribendum agit, præstaret breuis aut operis ignominiam non subiisse, cùm eorum etiam labor à non paucis suggilletur, qui actæ rei veritate Lectori proposita iudicium in medio relinquens, quod velit credere permittat. Sed hoc fieri difficillimè potest à subditis viuo Principe, aut eius liberis scribentibus. Necessarib enim eis plærisque in rebus est conniuendum, ac sæpius adulandum, cùm nullum Principibus hominum genus, minus vulnera sua attrectari, vitiaq; diuulgari ferat. Præstat igitur (si fidei ratio permittat) exteros de exteris scribere, aut subditos de Principibus vita ante aliquot secula functis, quòd eorum frigidior apud posteros memoria facilius Elogia (cæteris Encomia tantum requirentibus) admittat. Ne igitur pauca folia manerent vacua, quatuor Burgundiæ Ducum animorum habitus, è corporum temperationibus resilientes, quanquam non obscurè in vniuscuiusque vitæ descriptionis calce adumbratos, quantum iudicio assequi potero, omni seposito affectu delineabo, quòd nobilissimæ potentissimæq; familiæ legitima virilis stirps apud Belgas ante centum annos imperare desierit.*

PHILIPPVS AVDAX.

FVIT hic natura dissimulator, sui cerebri, ac qui aliorum consilia credere sequiq; videri volebat, pecuniæ auidus ac tenax, sed liberalitatis famam affectans, vxori superbissimæ ac fastuosissimæ multis in rebus necessarias ob causas obsequi coactus, astute seuerus, inimicum tardè per tertium quartumque hominem, ne crudelis videretur, sed certò sæueque vlciscens. De Deo eiusque cultu certam, sed arcanam animo opinionem tectam gerebat, nullius tamen hausto opinionis poculo, sed patrijs contentus mysteriis ac cæremoniis externa non appetebat. Animi erat satis moderati ac constantis, quique non citò in lætitiam, tristitiam, iracundiam, aut inuidiam abripiebatur, sed aliquo horum correptus, admirabilis aut formidabilis erat. Ingenio ac acumine pollebat, natura perspicax, acris, ac subtilis iudicij, prouidus, multa varaque excogitans, attamen suspiciosus, quare non facilè fortunæ instabilitati quicquam committebat. Liberorum potentiæ (nusquam tamen fide, quàm Francorum debebat Regibus, læsa) supra modum studiosus. In cibo, potu, vestitu, ac Venere temperantissimus, ac proinde vir exactæ ætatis minimè valetudinarius, multæ experientiæ, quique vtramque expertus fortu-

nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam prudenter se gessit, sed quo senior, eo ad simulandum promptior ac versutior. E quibus facilè colligi potest, in Philippo Audace atram regnasse bilem, quæ cæteris probè temperata humoribus, ingenia comprehendendis abditis disciplinis, à vulgi captu procul dissitis apta producit, quibus si per belli occupationes, reipublicæque negotia auidum satiare animum potuisset, cùm certè vir ac Princeps insignis fuerit, sui proculdubio seculi lumen aut extitisset, aut multorum expectationem fefellisset. Sed orbis huius terræ Theatrum, nil ab omni parte producit beatum. Quantus, qualisq; fuerit, ex eo apparet, quod ab eo auxilium non semel petierit Castellanorum apud Hispanos Rex, Imperator Sigismundus, Antipapæ Auenionenses, Schotorum Reges, singulisq; quod petebant, diuerso euentu impetrauere.

IOANNES INTREPIDVS.

Indomitæ ac inquietis fuit naturæ, vnde affectus nascebantur mirabiles, sensuum euagatio, ac inconstantia, fastus planè regius, inexplebilis vindictæ cupiditas, ambitio insatiabilis, animus ferox, sæuus, turbulentus, quietis impatiens, Francici imperij stabilitatem vt ex eo fundamentum regno suo faceret quærens. Popularis non natura, sed necessitate, quo eius bonis ac sanguine affectibus satisfaciendo suis, hostes opprimeret, nobilitati tamen amicus. Domesticis in rebus vt apud patrem viderat moderatus. Patre audacior, sed imprudentior, facile rem fortunæ committens, existimans se eam vxorem duxisse, ac proinde nunquam ab ea deseri debere. Patre liberalior, animisque excelsioris, ac planè imperterriti. Diuinum cultum parui pendebat, vsu potius quàm pietatis ratione inductus sacra frequentans, quod ab eo multorum prudentum nobilium virorum sinceram alienauit amicitiam. Princeps à nobilitate summoperè dilectus, à populo magis in admiratione habitus. Flauam in eo dominasse bilem, hæc apertè docent, non tamen ea proportione cæteris mixtam humoribus, qua in patre Philippo fuit atra bilis. Viribus opibusque Intrepidi vsi sunt, Guilielmus ac Ioannes Bauarus Hollandorum Comites, Rex Francorum Carolus sextus, Parisienses, ac Picardi.

PHILIPPVS BONVS.

Non sine ratione hoc cognomine ornatus, non tam erat ambitiosus, quàm veri honoris percupidus, inuitatus benignitate fortunæ, quæ eum mirificè complectebatur, quare tandem sui admirator factus, existimabat neminem se consilio meliorem, nec manu fortiorem reperiri. In cibo ac potu lubenter luxum videbat, perraro tamen modum vsu excedebat. In conuiuus verò triumphalium festorum, tanta conspiciebatur rerum omnium abundantia, vt vicinarum ditionum Principes ac populi de ea cum admiratione loquerentur, scriptores chartas nulla alia materia repleorent. Eadem erat magnificentia in vestitu, imprimis cùm exteros Principes inuiseret, aut eorum legatos exciperet. Resplendens enim tum aurea argenteaque veste, pretiosisque lapidibus ac gemmis, vulgarium hominum oculos fulgore perstringebat, eumque instar diuum aliquem admirabantur, amabantque eò magis quod iis semper temporibus straetæ variis ciborum generibus suo sumptu mensæ, populo aliquot diebus paterent, adituque omnibus in eius cubiculum quo prandentem spectarent, admitteretur. Hunc luxum ex eo tempore Belgarum nobiles tam in cibo quàm vestitu sunt imitati, nemine amplius dedecus existimante, si vltra census vires vestiretur, aut epularetur: voconuiuabatur, sæpiusque formosarum virginum amore captus, è diuersis quatuordecim vtriusque sexus suscepit liberos, viros consilio ac manu promptos, quos ad honores prouexit. Excelsi non minus patre erat animi, sed sensibus quietioribus, bello strenuissimus,

nuissimus, non enim minus militis quàm Imperatoris officio fungebatur, facilè rem fortunæ committens, prudentiæ satis, delatoribus citò credens, sed excusationem facilè admittens. In adolescentia planè erat sanguineus, quæ à flaua tamen bile temperabatur, ac propterea summis etiam affectus iniuriis, vel minima satisfactione, vel parua vindicta placabilis. Vt ditionum suarum fines extenderet, non semper ad amussim æquum bonumque perpendebat. Cæteris in rebus grauis, liberalis, aperti, non simuluti animi, amicorum consilia audiens, credens, ac maxima ex parte sequens, subditos amans, ac diligenter defendens. Sine vlla simulatione pius, religionis catholicæ ecclesiæ cæremonias, patrumque per manus traditam multis à seculis consuetudinem accuratè obseruans, neque aliud quàm externi ritus significabant, animo sentiens. In bello acer ac seuerus, parta victoria clemens ac mansuetus, omni vita affabilis ac humanus. Senescens, vergenteque corporis temperamento ad frigus ac siccitatem, adhæc duobus periculosis morbis senex agitatus, multis in rebus animi habitus quoque est mutatus, excepta bonitate, quæ ad vitæ finem eum non deseruit, quod tam hostes quàm subditi sæpissimè sunt experti, quiduis impetranres, qui senilibus obsequi annis didicerant. Amicitiam Boni ambisse legimus Reges, Ordinesque Anglorum, summos aliquot Pontifices, Imperatores, ac Orientis Principes, Duces, Comitesque varios, singulosq; diuerso euentu bonitatem ac liberalitatem eius expertos.

CAROLVS PVGNAX.

Hic patre Burgundo, matre Lusitana natus, natura erat seuerus, ac grauis, supra modum fastuosus ac cerebrosus, quique aliorum consilia ac rationes ne dicam sequi, vix audire volebat, ignominiæ loco habens ab aliis discere, iudicans proprio in cerebro se omnia habere recondita, inquietus, sanguinarius, inexplebilis ambitionis, vindictæ supra modum cupidus, vt tamen se placari sineret, sui admirator summus. In victoria immisericors ac immitis: in conuiuiis ac vestitu apud exteros immoderatus, domi continens. A mulierositate alieniissimus, quod excelsus, durusque animus à mollitie abhorreret. Sine iudicio liberalis, ac rursum illiberalis. Proximo à patris morte triennio subditorum amantissimus, humanus, ac affabilis, postea (secundo rerum successu animo elatus) nobiles pariter ac ignobiles despiciens, persuasum habens Deum contemptis Belgis, omnia potentiæ ac munificentiæ suæ dona in exteros effudisse, haecque de causa Italos ac Sabaudos belli pacisque consiliis præficiens, quod ei tandem infelicis exitus causa extitit, à suis nimirum desertus, ac ab exteris proditus. Francorum regno, cui omnes prædecessores, nisi irrirati, fidelissimi semper fuerant, hostem sese acerrimum præbuit, querens Franciam suæ ditionis facere, aut vetus Burgundicum contra resuscitare regnum. Iudicia intemerata exerceri volebat, villicos, ac agrestes à militari insolentia diligenter defendebat, studens latis à se legibus, subditos ad absolutam sui obedientiam cogere. In diuino cultu inconstantis sese iudicij demonstrabat, quod nonnunquam longo tempore exercitio abstinens, cultum diuinum contemnere videretur: rursum alio tempore adeò sacris audiendis deditus, vt sacerdotes satis cæremoniarum solennia protrahere nequirent, etiam vrgentibus aliquando magni momenti negotiis, ac horridissimo brumæ rigore, obiurgaretque sacerdotes ac Antistites festinantius sacra absoluentes, rogans crederent ne in eum cui sacra faciebant. Rursum aliàs breuia volens sacra, rogabat an Deus ante meridiem tantùm foret colendus. Antequam fortunæ varietatem esset expertus, sine dubio atram in eo bilem exuberasse constat, quæ cum curarum indesinenti vexatione augeretur, ac secus quàm statuerat, à fortuna tractatus planè adureretur, admirabilium ante mortem affectionum causa fuit. Quare quid mirum, si subinde deficiente iudicio animus magnus ambitione cæcus quo non sperarat, fuerit redactus, cùm in rebus agendis non ratio ac prouidentia, sed impotens sui animus, affectuum æstu feruens, temerè omnia fortunæ committeret, quàm obedire sibi (quemadmodum auus Ioannes) deberi censebat, ac quod animo conceperat, cum diuina conuenire

Universidad de Deusto
Biblioteca

uenire prouidentia volebat, proinde se dominum Christiani primùm, deindè totius orbis terrarum futurum. Et certè nisi Numen obstitisset, nemini parcens, quod excelso decreuerat animo, sine controuersia tentasset. Quare non sine ratione Pugnacem timuit Francia, Germania, Hispania ac Italia. Præcipuæ Anglici regni familiæ, Lancastria nimirum ac Eboracensis, per vices se regno pellentes, auxilium à Pugnace rogatum venêre, primùm Hendrici sexti vxor, dum is in carcere ab Eduardo quarto Eboracensis familiæ Rege Londini detineretur. Erat enim Pugnax Lancastrius parte matris sanguine iunctus, Eduardi verò Eboracensis sororem in matrimonio habebat. Hac de causa primo vtrunque auro iuuit, postremò solum Eduardum, quòd didicisset Hendricum Lancastrium cum Lodouico Francorum Rege in suam coniurasse perniciem. Tandem cùm amicitiam Pugnacis quærerent Insubres, Sabaudi, Remontij Comes, Angium, Cliuiæ, Iuliaci, Borbonij, Biturigum, Britonum, ac Lotharingiæ Duces, Heluetij, Sigismundus, Tiroli Comes, vrbes oppidaque ad Rhenum sibi oppignorata, eaque cum Heluetiis pulso Lotharingo in seruitutem sine causa redigere conaretur, victoriis eius Deus finem imposuit, dissipauit potentiam, vires ac opes familiæ Burgundicæ fregit, eamque à summo fastigio deorsum præcipitans effecit, vt ab omnibus deserta confœderatis, etiam veteribus amicis in contemptum veniret, quo orbis terrarum Principibus exemplo foret, *Nil sub lunari circulo firmum, stabile, nec perpetuum sperari posse.*

FINIS.

INDEX HISTORIÆ
LOCVPLETISSIMVS.

A.

ACademiæ Louaniensis institutio, pag. 104
Adolfus Mercanus primus Cliuiæ Dux. eius vxor 74
Adolfus Nassauius Antistes Maguntinus 146
Adolfi Egmondani in patrem impietas 169
à Cliuio oppugnatur. fugit. capitur. citatur ad eundem causam. condemnatur. 170.171
eius liberi 172
eius mors 170
Aetius Romanus Burgundos superat. dat pacem 2
Agnes Burgunda nubit 203
Albatorum Gandauii factio 29
Albæ ac Rubræ Rosæ Principes 167
Alfonsus Castellæ Rex 50
Alostum expugnatur 34
Ambiani puniuntur 114
obsidentur. liberantur 167.168
Ambitio damnanda 61.189
Angli classem instruunt 24
Borborgi obsidentur. se dedunt. Caletum reuertuntur 43
iniquæ postulationes 112
Philippum Bonum calumniantur. Flandros inuadunt 114
frustrà cum Francis de pace agunt 119.120
Gandenses in pugna deserunt 137
Castellæ regnum inuadunt 51.52.53
in Hispaniam redeunt. oppida expugnant 54
morbis laborant 55
Parisius potiuntur 99
Exercitum dimittunt. Hispania excedunt 55
Flandras mari superant 54
Anglum Franci ac Hispani populantur 26.62
Angiani victoria 33.35
Gersbergam expugnat. occiditur. 36
Anna Burgunda nubit 101
moritur 110
Antonius Burgundiæ vxorem ducit 61
Brabantiæ præficitur 62
fit Dux Brabantiæ 74
interficitur 86
Antonij Burgundi nothi victoria 129
fermè circumuentus 131
cædit Gandenses. Anglos ad defectionem pellicit 132.135.
fratri Pugnaci fidem probat 167
eius vxor. liberi 153
capitur. liberatur 186
Antonius Comes Vaudemontij 110
Armeniaci Comes Equitum magister 86
eius fœditas. pacè impedit. latitat. ingulatur 88
Ars imprimendorum librorum quando reperta 121
Arthus Richemontij Comes vxorem ducit. ad Francos transit. magister Equitum creatur 102
Arnoldus Egmondanus Geldriæ Dux 169
capitur à filio. singulare filio certamen offert. 170
restituitur in libertatem 170
eius testamentum ac mors 171
Asperanæ ditionis confiscatio 154
Atrebatum obsidetur. liberatur 86
vastatur ager 177
Attila Hunnorum Regis cladis 3
Auaritia vitanda 189
Audenardæ obsessio 40
liberatur 31.32.42
præsidium caditur 34
occupatur 43
iterum obsidetur 125
liberatur 126
Aurelianorum inclinatio. qui se eis iunxerint 78
bellum intrepido denunciant 79
proscribuntur à Rege. sacris interdicuntur 82
fœdus cum Anglis faciunt. Regẽ pellere constituũt 83
Parisiis literæ mittunt 84
Parisios occupant 85
pelluntur vrbe 88
coniuratio contrà Intrepidum 90
Aurelianorum vrbs ab Anglis obsidetur. liberatur 106
Aurasius Princeps armatus eques Rhodanum traiicit 108
eius fortitudo 163
Auenio sedes Pontif. Rom. 29
Augerius Busbequius 68
Aubina Burgunda nubit 74

B.

BAIAZETVS Turcæ quæ Christianis eripuerit 65
capitur 66
responsio ad legatos Imp. Sigismundi 68
auxilia ab Aegyptio accipit. Christianorum vires nouit 70
Nicopolim obsidione liberat. crudelitas eius. verba ad Intrepidum 72
Ballistæ, ac ballistarij quid 24
Balduinus Burgundus ad Francos deficit 167
in gratiam cum Pugnace redit 181
capitur. liberatur 186
Balduinus Riceus Gandensium dictator 45
Barbariei pranum iudicium 18
Belli inter Francos ac Anglos causa 18
Belli inter Burgundos ac Aurelianos causa 61
Bellum pro Britonum Ducatu 22
Bertrandus Gueselinus 21.22
magister equitum 25
capitur 51
Bellum Hollandicum 102
Bellum ciuile Flandricum 28
Bergæ Flandrorum direptæ 43
Bethfordiæ Dux in castra venit. Franciæ præficitur. vxorem ducit 101
singulare certamen Boni ac Glocestri dirimit 103
Belgæ optima pace florent 141
Bellum Lotharingicum 109
Bertottij vetustissimi Mechliniensium domini 174
Beaumontius Gandenses populatur 131
clades à Germanis 176
Beauuasij oppugnantur. liberantur 169
Biturix Anglos Aquitania pellit 25
Blondeli clades 105

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bombarda quando reperta 22.43
Borborgum diripitur 43
Borbonius Pugnacem de insidiis admonet 167
Borserius Anglus Gandensium Praefectus 45
pacem frustrà impedire conatur. in Angliam reuertitur 48
Bouinensium legati à Dinantiis violati 149
Brabanti Grauam obsident. agrum populantur. caduntur. obsidionem relinquunt 56.57
Brederodius Huccia factionis male pugnat, capitur. liberatur 105
fert Bono auxilium 129
Brisachiani rebellant contra Pugnacem 175
Brito Francis conciliatur 57.169
pax rumpitur. iterum conciliantur 58
Bruneschildis mulier turbulenta 4
Bosonis Burg. Regis fortuna 5.6
Brugenses à Comite deficiunt 30
ad obedientiam redeuntur. Gandenses vrbe pellit 33
spoliantur à Gandensibus. Praefectum ab iis accipiunt. portæ tres deiiciuntur 37.38
Gandenses vrbe pellunt. portas restituunt 42
contra Bonum rebellant. Pacem impetrant. violant. 116
iterum petunt, ac accipiunt. rumpunt denuò. tertiò pacem petunt. Bonum in vrbe oppugnant 117
Liladamum obtruncant. Sluzas oppugnant. pacem impetrant. denuò violant 118
pax absoluta 119
Brugis conuentus de pace 26
Burgundi vnde, nominis ratio, ad Rhenum veniunt, transeunt. Gallias inuadunt 1.2
Burgundiæ Praefecti dominationem inuadunt 5.6.8.9
Burgundici regni in Gallia fines. diuisio in superiorem ac inferiorem Burgundiam. inferioris Burg. Regum fortuna, ac finis 2.3.4.6.7.8
Burgundi Parisiis proscribuntur 85
Rothomagum occupant ac Parisios 88
coniurant ad vindicandam Intrepidi mortem 92
ab Aurelianis caeduntur. victoria contra eosdem 93
ditionem Vuazensem populantur 127
Burgundi Ducem à Rege petunt 19
Brabantiæ Duces protectores ditionis Leodiensis 148.160

C.

CALETVM *Anglis deditur. à Francis recuperatur. quandiu Anglis paruerit* 19
obsidetur. liberatur 26.114
obsidetur iterum frustrà 114.119
Campobachij Comes Italus 175
Italos Equites conscribit 180
deserit Pugnacem 181
Cuias. exul. conditio. in exitium Pugnacis coniurat 183
proditio fermè detecta 184
falsa ad Belgas literæ 185
Pugnacem iterum deserit 186
proditionis ratio. vita exitus 187
Cancellariatus Geldriæ institutus 172
Contractus contra bonos mores nullius momenti 23
Constantinop. obsessa. liberata. 65.71
expugnatur 139
Constantiense fœdus 175
Carolo 4. Imp. de Comitatu Burgundiæ sacramentum ducitur 26
Carolus Martellus. eius liberi 5
Carolus Magnus 5
Carolus Caluus 5
Carolus Constantinus è Burg. Rege fit Dux Viennæ in Galliis 6
Carolus Nauarræ Rex Ducatum Burg. petit 12.20
cum Franco pacem facit 25
violat 26
Carolus V. Franc. Rex è prælio fugit 19
belli cum Anglis ratio 27
mors 32
Carolus VI. Franc. Rex 32
contra Gandenses profectio 40
Lysam traiicit. Gandenses vincit 41
in Franciam reuertitur 42
redit in Flandriam. Anglos Flandria pellit. Iperas obsidione liberat. in Franciam reuertit 43
vxorem ducit. tertiò venit in Flandriam. Dammum obsidet. diripit. in agro Gandensi castra locat. vastat. exercitum dimittit 46
contra Geldros profectio. Ducem Iuliacensem in gratiam recipit. Geldriæ Ducem ad officium cogit. in Franciam redit. Francorum regiones inuisit. patruos dimittit. 57
contra Britonem profectio. in phreneſim incidit 58
iure fratrem cæsum declarat. 76
Aurelianos proscribit 82
Legati ad Intrepidum 85.87
contra Intrepidum profectio 86
filium Carolum hostem declarat 99
Anglorum Regem hæredem nominat 98
moritur 101
Carolus Albrethus spoliatur dignitate magistri Equitũ 82
Carolus Aurelianus Intrepido bellum denunciat 79
cum fratre Ioanne ab Anglis capitur 86
Carolus liberatur. cum Bono in gratiam redit. vxorem ducit. Flandriam inuisit. in Franciam reuertitur 120
Carolus Egmondanus Geldriæ postremus ex hac familia Dux. eius pueritia 171
Carolus 7. Francorum Rex, dictus Biturigum Rex. Creuantum obsidet 101
clades. petit mortem Intrepidi condonari sibi. extremæ eius angustiæ 105
Leodios concitat 108
Angium Ducis fert suppetias. Legati ad Bonum pro pace inducias impetrat. Violantur 110
iterum pacem rogat 111
impetrat pacem 112
auxilium contra Anglos accipit 115
pacem tentat inter Bonum ac Gandenses 129
conditiones reiiciuntur 130
iterum de pace agit 132
agrè fert concilium apud Belgas institui 142 145
ira erga filium Lodouicum. eum à Bono repetit 142
vaticinium de filio 143, 144
aduersa valetudo. mors 145
Carolus Valesiorum Comes primus 18
Carolus Pugnax. Natalis. Curatores. studia. exercitia 154
Catharina Francica ei desponsatur 113
à Gandensibus vulneratur 137
sacram vouit militiam. sponsalia inuitus cum Isabella contrahit Borbonia. Belgis præficitur. ducit Isabellam Borboniam 141
cum patre ac Croniacis dissidet 143
patri reconciliatur 144
à Rege Lodouico fictis cumulatur honoribus. Punitì qui eum per veneficia tollere conabantur 146
iterum cum patre dissidet. Gorinchemi habitat. opera ibi extructa. alienatur à Francis. cum Franciæ Proceribus contra Regem coniurat. conciliatur patri. proscribit Croniacos 147
prima Pugnacis expeditio 154
responsio data Regis legato. contra Regem profectio. pugna Monherriaca 156
eius periculum. victoria 157
Parisios obsidet 158
pax cum Rege. Gandaui inauguratur 159
contra Leodios expeditio. eorum obsides dimittit 160
victoria. Leodium ingreditur. Bruxellam reuertit. in Hannonia inauguratur 161
vxorem ducit. Exercitum contra Francos scribit. deserittur à Franciæ Proceribus. Regem Peronæ in custodia detinet 162
sub conditione dimittit. altera contra Leodios profectio. vitæ eius periculum 163
ius subditis dicit 164
classem contra Anglos mittit 167
inducias cum Franco 168
igne fauit 169
Neomagũ recipit. in Geldriæ Ducẽ inauguratur 171
Concilium Geldriæ instituit. Aquisgrani recipitur. legatos Metensium audit. Lotharingiæ inhiat. Imp. Fredericum inuisit. Rex Burg. creari petit. filiam Maximiliano Austriaco despondet 172
Regia insignia parat. irridetur ab Imp. ac German. odium contra Imperatorem. parentum cadauera transfert in Burgundiam 173
belli cum Transrhenanis causa. Nucium obsidet 175
relinquit. Imperatorem ad pugnam prouocat. Pugna anceps. à fortuna deseritur. inducias cum Imperatore. pax 177
ad Anglorum castra profectio. Simultas cum Anglis. inducias cum Francis. in Lotharingiam expeditio 178
inducias cum Rhenanis. eius ambitio 179
perfidia. Heluetios obuiam proficiscitur 180
superatur. exercitum reparat. à sociis deseritur 181
Sabaudiæ Ducem cum liberis capit. Murum obsidet. superatur iterum. mutatio temperamenti corporis eius 182
Lotharingum insequitur. Nancium obsidet 183
auxilium frustra à Belgis petit 184
tertia pugna victus, interficitur. quomodo agnitus 186.
sepultura. epitaphium. ossa quò translata. ætas, corporis constitutio 187
vxores. elogia 188.191
Carnutes obsidentur. liberantur 99
Castellorum Gangel, Vuchi, ac Millij varia fortuna 56
Cantones dictæ Heluetiorum ciuitates 177
Castetam ab Anglis casi 114
Cannij legati periculum 87
Catalaunum quæ hodie vrbs 3
Centronum apud Leodios obsessio 160
deditio 161
Charitatis oppidi deditio 22
Chimaij ad Regem festiuum responsum 146
Christianus primus, Danorum Rex, conatur pacem facere inter Imp. ac Pugnacem 177
Ciuilis belli calamitates 47
Classis Gallica Angliam vastat 26
Clotildis vxor magni Clodouei 3
Clodoueus primus Francorum in Galliis Rex. Burgundiæ inhiat. eius liberi 3
Clotarius Burgundis dat Præfectos 5
Clericus Gandens. Praefectus, occiditur 35
Clarenciæ Dux Parisiis præficitur 99
Conditiones pacis Atrebatensis 113
Conditiones quibus Burg. Ducatus Philippo Audaci fuit datus 19
Eæ mutatæ 23
Comardus inferioris Burg. Rex. educatur ab Imperat. Ottone magno. Imperij se clientem profitetur. vxor. liberi. mors 7
Comitatus Burg. initium 9
Contractum diripitur. incenditur 42
reinauratur 43
Compenga obsidetur 26.107
liberatur 109
Cornelius Burgundus interficitur 139
Cosna obsidetur. liberatur 101
Colonienses Antiistitem pellunt. bello vexantur 173.176
pax 177.178
Coniuratio Anglorum & Francorum contra Bonum 145
Coniuratio Procerum Franciæ contra Regem Ludouicum vndecimum. belli larua. Pugnacem in partes traducunt 147.155.156
Concordiæ fructus 189
Croniacus pater ab Aurelianis captus 79
à filio liberatur 82
Croniacus filius captus, à patre liberatur 85
Conradus Dux Zeringensis 6
Cuca oppidum Brabantiæ 56
Christianorum de religione dissidia 66
Cameracense bellum 97
Crouiacorum apud Philippum Bonum potentia 143
cum Pugnace in gratiam redeunt 171

D.

DAVID *Burgundus Terouanæ ac Vitraiectensium Episcopus* 142
Dauentria obsidetur. liberatur 142
Delfini titulo quis primùm Viennæ in Galliis vsus 9
Delfinensium ac Burgundionum equitum, ex prouocatione congressus 105
Delfinus Lodouicus socerum incusat. ab Aurelianis auxilium petit 84
ab Intrepido auxilium petit 85
mors eius, ac fratris eius Ioannis 86.87
Delfinus Carolus fugit 19
odium erga Intrepidum 89
vxor 87
in necem Intrepidi coniurat. bellum contra Burgundos. simulatè de pace agit 89.98
perfidia in nece Intrepidi 90.91

Universidad de Deusto
Biblioteca

literæ de nece Intrepidi. In Bituriges profectio 92
citatur ad dicendam causam. prouocat ad gladij aciem. Francia exulare iubetur 99
Francorum sit Rex 101
Denseani Gandauum migrant. oppidum concrematur 35.
Dinantij tumultuantur. obsidentur. facta pace liberantur. pacem violant. populantur vicinos. obsidentur iterum 148
dedition͂e faciunt. diripiũtur. euertitur vrbs 148.149
Dissidij causa inter Philippum Bonum, eiusq; filium Carolum 143
Disciplina militaris obseruanda 22
Disciplina militaris Turcarum 65
Ducatus Burg. initium 11
Dux Sabaudiæ cum liberis capitur. liberatur 182

E.

EDVARDVS 3. *Angl. Rex Philippum Valesium Franc. Regẽ prælio vincit. Caletum expugnat* 18.19
mors eius 26
Eduardus Vuallię Princeps, Ioannem Franc. Regem prælio victum, capit 19
mors eius 26
Eduardus quartus Anglorum Rex 145
inducię cum Bono 144
regno pellitur. ad Belgas fugit. iuuatur ab eis. regnum recuperat 167
contra Francos arma parat. Caletum traiicit. Picardos inuadit. simultas cum Pugnace. in Angliam reuertit. offert Franco conditiones quibus Pugnaci bellum inferat 178
Elisabetha Lutzenburgica ad Bonum. cuius filia. cui nupta. ditiones suas Bono vendit. pellitur à Lutzenburgiis. defenditur à Bono 122
Einhemiani rebellant 175
Erasmi Harzellij mors 45
Estanforti Comes 109
Estampius prædatores oppugnat 122
Gandenses cadit 126
iterum cum iis pugnat. Neuelam occupat. anceps cum Gandensibus pugna victoria 127
128
Cœna Bono exhibita descriptio 139
transit ad Francos. Boni patruelis 147
Exules libertate donantur. Iperenses vexant. Caduntur 33.34
Exercitatio corporis ad quid conducat 18

F.

FABVLA *de Iunone, Venere, ac Pallade ridiculè exhibita* 161
Ferretani rebellant 175
Flandriæ Flandricè loquentis rebellio 30
Flandriæ occident. status miser 43.115
Flandriæ Concilium Prouinciale 50.124
Flandri mari ab Anglis victi 54
ad Audacem legati. cum Anglis iterum mari pugnant 62
pro Bono se armant: eum deserunt 114.115
Intrepidum deserunt 81
Fortuna Anglis fauere desinit 106
Pugnacem deserit 177
fortunæ non fidendum 181
Franci quando primùm Romana meruerint stipendia 2
Francici regni diuisio, inter hæredes magni Clodouei 4
Franci Duce Cuchiaco Turcas vincunt 70
Francorum ac Burg. præfecti dominationem inuadunt 5.6.8.9.
Franciscus Borsellius Iacobam Hollandam ducit. capitur. liberatur 110
Franconates Flandri à Brugensi ditione separãtur 117.119
pacem à Bono redimunt 119
Franchemontani excinduntur 164
Franciscus Agricola in locum Arteuillæ Gandensium dictator. Ardenburgum expugnat 42
fœdus cum Anglis renouat. auxilium accipit. oppida aliquot recipit. Occidentales Flandros prælio superat. Iperas obsidet. relinquit. Audenardam occupat 43
coloniam eò Gandensium ducit 44
dictaturæ primatu. restituitur 45
cum exercitu in Brabantiam proficiscitur. Ducem alloquitur 37
Burgundos vincit. Ardeburgum tentat 45
Dammum occupat 46
colloquium cum Sylvio 48
continentia 46
mors 49
Fredericus Co. Vaudemontij, Dux Lothar. 110
Fredericus Imp. Besontium venit. Cedit iuri quod Imperij nomine habebat in Brab. Holl. Zel. ac Frisiam 122
Boni præsentiam vitat 141
in Treueros venit. cum Pugnace loquitur. eius filiam filio suo Maximiliano vxorem petit. conuiuiis ac ludu certant. promittit Pugnaci Regium diadema 172
deterretur ne faciat. inscio Pugnace discedit. Exercitum contra Pugnacem ducit 173.176
pugnam vitat 177
pugnat cum Burgundis. castra mouet. pax cum Pugnace 178
Frigoris vis ingens 164.187
Flandriæ Co. Protectores ditionis Cameracensis 97

G.

GANDENSIVM *cum Comite Lodouico Malano belli causa* 28
Densa Brugensium fossores pellunt. legatos pro pace mittunt 29.30
bellum decernunt. admittuntur Brugis, Cortraci. Iperis 30
pax cum Comite Lodouico 31
violant. Audenardam occupant. Portas deiiciunt. pax altera Audenardam Comiti restituunt. pax violatur. nobilium castella euertunt 32
clades 33
Ducem in partes secant. clades. oppida aliquot expugnant. Profugis ac exulibus dant libertatem. Audenardenses vincunt 34
clades. Pugnæ potestatem faciunt 35
pacem reiiciunt. fame laborant. In Brabantiam profectio. Leodij commeatum impetrant 37
nobilium castella excindunt. Francos prædantur. Anglicum Præfectum accipiunt 40.45
potestatem emendi feuda ab Intrepido redimunt 79
Tumultuantur 110.115.116.132
vectigal Bono renuunt. rebellant 124
Legatos Leodium mittunt. Gaueram occupant. Audenardam obsident. Gersbergam occupant 125
superantur. clades. pauor in vrbe 126
erumpunt magna manu. Burgundos cadunt. in captiuos sæuiunt. clades. victoria 127
Brugas frustrà tentant. fœdus cum Anglis faciunt. victoria contra Hannones. molem mari obiectam persodere niuntur. cadunt 128.129
pacem renuunt. tribunos militares eligunt. Alostum oppugnant 130
prædantur. Burgundos cadunt 131
victoria de Hannoniis. Cortracum tentant. Duci Isabellæ insidias ponunt 132
Burgundos vincunt. vincuntur. ad pugnam se parant 134
clades Gauerana 137
Auctoritas Gandensium quamdiu steterit. Reipublicæ constituendæ imperiti 139
Bonum cum pompa suscipiunt 144
tumultuantur. sedantur à magistratu. veniam à Pugnace impetrant 159
iterum tumultuantur. pacem redimunt 161
tertiò tumultuantur. onerati minis veniam impetrant 164
Gaudæ obsessa 105
Gandensium victoria 103
Gueræ situs. deditio. Præfecti perfidia 135
Geldria Belgarum Prouinciis iuncta 169.171
Genuenses agrorum vastationem redimunt. Heluetiis fœdere iunguntur 177
Gerardus Iuliaci Dux actionem quam in Geldriam ac Zutphaniam habebat, Pugnaci vendit 171
Germani veteres pagatim habitauere. linguæ eorum vetustas 1
Gerardus Rusillonius Regem se Burgund. facere conatur. opprimitur 5
Georgius Castellanus historiographus Gallus Philippi Boni Laudes describit 151
Gersberga expugnatur 34
Gisbertus Matthias. inimicitiæ cum Ioanne Hyone. æstus ad deturbandum Hyonem Principis gratia. Præfectus Nautarum. legatus ad Comitem Lodouicum 29
fuga Gandauo. bona direpta 30
deseritur 49
Gisberti Gruteri mors 36
Gloceſtriæ Ducis nuptiæ cum Iacoba Hollanda. bellum cum Philippo Bono 102
repudiata Iacoba aliam ducit 104
ad Bonum de pugna litera. cum exercitu Caletum traiicit. Flandros terra mariq; vastat 115
Godefilli Burgundi fortuna, ac mors 3
Gratia oppidum 56
Gundimari Burgundi mors 3
Gundimarus postremus Burgundiæ in Gallis Rex Vuandalicæ stirpis. Clodamirum Francum occidit. pulsus à Clodamiri fratribus, in Hispania exul moritur 4
Gundecus primus Burgundionum in Gallis Rex. Hunnos superat. ab Attila occiditur. eius liberi 2
Gundibaldus Burg. Rex à fratribus pellitur. restituitur. fratres interficit. iterum pellitur. exul moritur 3
Guilielmus Geldriæ Dux Francis ac Brabantis bellum indicit 55
cum Anglis fœdus facit 56
pax cum Francis 57
bellum renouat 58
pax absoluta 59
Guilielmus Normannus Anglici regni occupator 18
Guilielmus Brunsuici Dux ius in Lutzeburgensem ditionem allegat. hac de causa bellum. pax 122.123
filius Guilielmus pacem rumpit. Theonis villam occupat. pacem cum Bono facit 134
Guido Crassus primus Viennæ in Galliis Comes 9
Guido tertius, primus Viennæ Delfinus 9
Guilielmus Bauarus Holland. Comes. bellum cum Leodiensibus 76
pacem Cameracensibus impetrat 98

H.

HASLANVS *Com. Flandriæ filius nothus* 40
Habspurgicæ familiæ vetustas 9
Haluuum interfecti 54
Hannæ excidium 81
Heluetiæ regionis mutatio, ac quando primùm pro libertate arma ceperint 9.175
bellum Burgundicum 179
pacem bis frustrà petunt. Eorum paupertas 180
victoria prima. ditantur 181
altera victoria 182
tertia victoria interfecto Pugnace 186
Hendricus nothus pulso fratre Petro, sit Castellæ Rex. fœdus cum Franc. Rege. fratrem Petrum in pugnæ occidit 51
moritur ipse 52
Hendricus 4. Angl. Rex 59.62
Hendricus 5. Angl. Rex, vxorem ducit 99
Meldenses obsidet. ei filius nascitur 100
mors 101
Hendricus 6. Angl. Rex ac Francorum pellitur 101
restituitur. captus cum filio occiditur 145
Heraldus Latinè quid 167
Heukelana ditionis confiscatio 85
Hermenberga Vuestgotha 154
Hensbergæ dominus 4
Houx ac Cabbeliaus factionum apud Hollandos nomina 103.104
quid significent. Hollandos miserè affligunt 121
Historiæ difficultates 119
Historia anima 13
Historia faceta de vita humana fabula 150
Hugo Capetus Franciam turbat 7
Hugo Arelatium præfectus Rex Italiæ 6.7
Hunni à Burgundu victi 2

I.

IACOBVS *Borbonius, malè pugnat* 21
Iacobus Arteuilla Gandensium dictator 35
Iacobus Boc 54
Iacobæ Bauaræ nuptiæ 87.102.110
pax cum Bono. fugit rupta pace 103.105.110
Harlemum obsidet. equites creat 104
Gaudæ obsessa 105
mors 117

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iacobus Erburius 47.49
Iacobi Lalani virtus 126.154
honore affectus. anceps cum Gandensibus pugna 127
mors 134
Ioannis Crouiaci victoria 134
Iacobus Galeotus Insuber 175
Iacobus Hardöns Bonum seruat 118
Iacobus Remontij Comes oppugnatur 177.180
Insulæ, Duacum, ac Orchiacum Flandriæ restituta 24
Innocentius Papa pacem mercatur 20
Inducia inter Francos & Anglos 26.58
Inducia inter Francos, Anglos & Gandenses 44
Inducia inter Anglos & Francos rupta 62.73.110
Ioannes Valesius Franc. Rex 18
capitur. in Angliam abducitur. liberatur. filio Philippo Burgundiæ Ducatū pollicetur. moritur 19
Ioannes Biturigum Dux 18
Aquitaniæ præficitur 32
Ioannes Castellæ Rex. vxores. Lusitanos oppugnat.
A Francis auxilia accipit 52
superatur 53
bellum cum Lancastro 54.55
Ioannis Intrepidi natalis. pueritia. primainduit arma. vxores 45
Dux Francorum contra Turcas 58.69
ad Imp. venit. equestri dignitate ornatur 69
capitur à Turcis. liberatur. à Flandris ac Burgundis inauguratur. odium aduersus Lodouicum Aurelianum 72
liberorum sponsalia. resilit consiliis Aureliani. Delfinum Parisios retrahit. Regi sacramentum dicit.
Belgarum accipit auxilia. Parisios occupat 73
Picardiæ præficitur. filias dat nuptum. Caletum obsidet. relinquere cogitur. Aureliani necē cōcipit 74
fatetur suo iussu interfectum. in Atrebates fugit.
subditis suis necem probat. auxilia pollicentur. Ambianum proficiscitur. Pax frustra tentata. Parisios venit. defendit se apud Regium Senatum 75
absoluitur. contra Leodios militem cogit.
Regis ad eum legati 76
victoria Leodiensis 77
quare dictus Intrepidus. regni administrationem inuadit. sæuit 78.84
responsio ad literas Aurelianorum. contra Aurelianos profectio 80
à Flandris deseritur 81
Parisios venit. Claudij Fanum expugnat 82
Bituriges obsidet 83
Profugit in Flandriam 84
Parisios cum exercitu tendit. Prohibetur ingressu. caduceatorem mittit 85
exercitum dimittit 85.86
hostis à Rege declaratur. in Burgundiam proficiscitur. Delfino minatur. Parisiis imminet. fratres amittit 86
Valencenas proficiscitur. odium erga Lodoicum Andegauensem. caduceatorem Parisios mittit. Turonenses cum Regina in potestatem redigit. Innouat multa 87
Parisios cum Regina proficiscitur. regno præficitur 89
occiditur 91
forma. mores. liberi. elogia 92.190
Ioannes nothus Lusitaniæ Rex. ab Anglis auxilia petit 52
inducias cum Castellanis. victoria cōtra Castellanos 53
obsidetur Vlissibonæ 52
liberatur 53
vxorem petit 52
Ioannes Galeacius tyrannus 68.70
cum Turca fœdus. Italiæ regnum affectat. cum Anglis contra Francos fœdus facit 70
Ioannes Bauarus Antistes Leodiensis 73
Traiecti ad Mosam obsessus, liberatur 76
Hollandiam occupare nititur 102
Leodij iterum recipitur 78
testamentum. mors 102
Ioannes Hensbergius Antistes Leodiensis 108
Ioannes Hyonnautarum Gandaui Præfectus, Comitis voluptatum minister. Inimicitiæ. priuatur dignitate. consultat de vindicta. Gandenses ad rebellionem concitat. Albatij præficitur. pacem impedit. Gandensium dictator. Brugis admittitur. obsides accipit. Dammi moritur 28.29.30
Ioannes Burgundus Brabantiæ Dux. vxor. bellum contra Anglos 102
mors 104
Ioanna Brabantiæ Dux 56.74
Ioanna Lotharinga Anglos superat. Aurelianos liberat.
Regem in Rhemos ducit 106
Compengij auxilia adducit. capitur. Anglis tradita, exuritur 107.109
Ioannes Lutzenburgius paci Atrebatensi non vult subscribere 120
Ioannes Fallotus ad Bonum, desertis Gandensib. trāsit 132
Ioannes Froissardus historiographus Gallus 19.44
Ioannes Borserius 45.48
Ioannes Heila 47.48.49
Isabella Borboniæ Pugnacis vxoris mors 148
Iumontij sæuitia 45

L.

LANCASTER cum exercitu Caletum traijcit 24.25
Fanum Malæ obsidet 27
in Hispaniam profectio 53
res ibi gestæ 54
Hispanias deserit. nuptiis quod vi nō potuit obtinet 55
Legati Francorum à Bono pacem extorquent 112
Lisæ fluuij fons 135
Leodienses Antistitem vrbe pellunt 74
pugna ac clades 77
odij erga Burgundos initium 78
incrementum. Bono bellum indicunt 108.148
pacem redimunt 110
violant 148
Dinantiis auxilio properant. Pacem tertiò redimunt 149
violant. Antistitem Huiæ obsident. Burgundi Ditiones populantur 159
Cliuiæ Ducem repellunt 160
clades. deditio 161
rebellant. pœnitent 162
vrbē muniunt. Burgundos repellunt. stratagema 163
vrbs deletur. restauratur 164
Liladami dominus Parisios occupat 88
eius mors 118
Ligny Comes Compengam obsidet. deserit 108.109
Limzum oppugnatur ac diripitur 176
Lodouicus Pius Imp. eius liberi. Imperij diuisio 5
Lodouicus

Lodouicus inferioris Burgundiæ Rex in Italiam contra Berengarium proficiscitur: ab eo captus, excæcatur. in Burgundiam reuertit. moritur 6
Lodouicus Malanus filiæ dat maritum 24
genero conciliando hominum animis inferior 26
cum Gandensibus belli causa 28
exercitum conscribit 30
pax. Gandauum proficiscitur 31
Ioannem Brunium capite punit 32
pacem rumpit. exulibus ac profugis dat libertatem.
Brugas recuperat 33
Iperas ac Cortracum recipit. Gandauo exercitum admouet. discedit 34
iterum Gandauum obsidet. discedit. legatos vicinis mittit 36
superatur. Brugis latitat 38
clam fugit. sauit in obsides. generum adit. auxilium rogat 39
Anglis vt Gandenses deserant, frustra persuadere nititur. iterum à genero auxilium petit 43
moritur 44
Lodouicus primus Angium Dux 18
Regis thesaurum inuadit. præficitur regno 32
Lodouicus secundus Angium Dux Intrepido filiam remittit. cum Aurelianis fœdus facit 85
Lodouicus Friso Pratæ dominus 44
Lodouicus Valesius Aurelianorum Dux 58
regnum affectat 59.60.63
amicos parat. fiscum inuadit. bellum Audaci infert. odium erga Intrepidum. consilia contra eundem 61
liberorum Intrepidi nuptias impedire conatur. frustra Parisios tentat. Intrepido pugnæ copiam facit 73
filio dat vxorem. Burdigalam obsidet. relinquit. interficitur 74
Lodouici vndecimi Franc. Regis natalis 101
coniurat contra patrem 120
malè pugnat 123
patrem fugit 142
eius vxor. dissidij causa 143
Rex fit Francorum. Letitia morte patris intellecta 145
redimit oppida ad Somonam sita 146
Leodios concitat 148
inuida eius natura 155
legati ad Bonum. Borbonium oppugnat 156
Parisios venit. consilium si hoc non potuisset 158
profectio ad castra Pugnacis. verba ad Pugnacem.
pax cum Proceribus. Leodios iterum concitat 159
legati ad Pugnacem 160
Britonem oppugnat. Pax. Perona capitur 162
liberatur. contra Leodios proficiscitur 163
in regnum redit 164
cum Anglis contra Pugnacem fœdus facit. bellū molitur. fratrem ablegat. pacem violat. Ambianum occupat 167
fratrem veneno tollit 168
Pugnaci hostes concitat. auxilia Imp. Frederico promittit 176
Burgundos vincit. Inducia cum Anglis. Cum Pugnace 178
oppida Lutzenburgij tradit Pugnaci. Heluetios ad bellum animat 180
Lugduni agit. Lotharingo pecuniam mittit, contra Pugnacem incitat. Heluetios auro iuuat 182
magnus simulator 184
hostes Pugnacis clam auro ac consilio iuuat 185
Lodouicus Lutzenburgius magister Equitum creatur 159
ad Pugnacem legatus 160
queritur ad supplicil. capitur. capite plectitur 179
Losanna Heluetiis fœdere iungitur 177
opprimitur 180
Lotharingia Pugnaci deditionem facit 179
Lutzeburgij cæteris Belgarū prouinciis iungitur 123.134
à Lotharingo ac Germanis vastantur 177.185

M.

MEROVEVS Francorum Præfectus 3
Malæ oppidi situs. obsessio. liberatio 27
Margareta Audacis vxor 24
generosa. marito iusta soluit. contra creditores se munit. cum iis pacisitur. moritur. sepultura 62.63
Margareta Burgunda secundo nubit 101
Mariæ Pugnacis filiæ natalis 143
Mariæ Harcurtij mors 183
Maria Burgunda nubit 74
Mechlinienses tumultuantur. pacem redimunt 159
fortuna vrbis in mutatione dominorum 174
Concilij institutio 173.174
Mediolanensium miles cæsus 181
Melunum obsidetur. deditur 99
Middelburgum Flandriæ dono datum 184
Merua } Belgarum amnes 147
Mosa }
Monsbelgardi Comes Audaci bellum infert. ad officium cogitur 22
Montagnus publicatis literis veram necis Intrepidi historiam exponit 92
Monferratensium cum Mediolanensibus bellum 21
Monterani expugnatio 99
Murtum capitur 176
obsidetur 182

N.

NAMVRCVM cæteris Belgarum Prouinciis iungitur 105
Nancij obsessio 179.183
commeatu iuuatur 184
Nautæ Gandenses, à Nobilitate malè habiti 32
Neomagenses contra Pugnacem defensionem parant. oppugnantur. Burgundos repellunt. deditionem faciunt. vrbis direptionem redimunt 171
Nesta expugnatio 169
Neuporti in Flandria expugnatio 43
Nicolai Rollini conditio. mors 146
Nicolaus Calabriæ Dux veneno sublatus 184
Nordwichij episcopus 43
Nucij obsessio 176.173.175
liberatur 177

O.

OCCIDENTALIS Flandriæ oppida se Francis dedunt 41
Odo Campaniæ Dux inferioris Burg. regnum occupare conatur. prohibetur ab Imp. Conrardo 7.8
Oiæ Comitatus deditio 26
Oiæ oppidi expugnatio 114
Oliuerius Clissonius Equitum magister 32
vitæ eius periculum 58

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oliuerius Marcanus historiographus Gallus 19
Opiniones religionis causa excitatæ fons miseriarum 59
Ordinum Equestrium variæ institutiones 106
Ordines Flandriæ pro Bono sententiam ferunt 124
Ordinariarum Equestrium Turmarum apud Belgas initium 168
Osterlingorum cum Hollandis bellum ac pax 120.121
reconciliantur Brugensibus 119
Odij inter Francos ac Burg. causa 59.61
Odij inter Burgundos ac Leodios causa 105

P.

PACIS Audenardensis conditiones 31
Papa pro pace laborat 88
Pax inter Francos & Angl. rupta 22
Pax inter Geldros & Brabantos 59
Pax inter Burgundos & Aurelianos 61.73.74.78.79.
84.86.90
Pax inter Comitem Lodouicũ & Gandẽses violata 33.34
Pax inter Audacem & Gandenses 48
Parisienses tumultuantur 80.84.86.88
coniurant ad vindicandam Intrepidi necem 92
Petrus Vuinterus Frãcos trãsitu Lisæ prohibere conatur 40
Petrus Audegestius historiographus Gallus 64
Petrus Castellæ Rex Tyrannus. eius flagitia 50
proscribitur. regno pellitur. restituitur. iterum
pellitur. interficitur 51
filiæ quibus nuptæ 52
Petrus Morelus Francus Gandensibus militat. Teneramundam frustrà tentat 133
Petrus Hagenbachius 145.146.149
alter huius nominis capitur. punitur 175
Philippi Audacis natalis. parentes, fratres, educatio 18
ab Anglis capitur. quare Audax dictus. à patre,
ac fratre Ducatu Burgũdiæ donatur inauguratur 19
Imperatori de Burg. Comitatu sacramentum dicit 26
Veteranos oppugnat. domat rebelles Burgundos.
Margaretam Flandricam ambit 22
in vxorem ducit. Picardis præficitur. classi præficitur. Anglos Pontiaco pellit. contra Lancastrum
proficiscitur 24
exercitum dimittit. Nauarræ ac Franciæ Reges conciliat. ad bellam Aquitanicum proficiscitur. contra Lancastrum proficiscitur 25
Brugas proficiscitur. de pace cum Anglis agit. controuersias inter socerum & Flandros ortas componit.
inducias cum Anglis. Oiæ Comitatum recipit, ac Comitatum Eurecsii 26
Pax cum Gandensibus 31
in Cenomanos venit. Regẽ inuisit. præficitur Normanniæ ac Picardiæ 32
Regem Carolum contra Gandenses concitat 40
à Flandris ac Artesijs inauguratur 44
filium ac filiam matrimonio locat 45
Gandauum proficiscitur. Flandriæ statum componit.
Insulis Flandriæ Concilium instituit. classem parat 50
Castellæ Regi auxilia mittit 51
actio Brabantica 55
Brabantis auxilia mittit. Geldros oppugnat 56.57
causa dissidij cum Aureliano 57.59
inimicos vlciscitur 58
prudentia. in acies contra Aurelianũ producit. pax.
in Britones profectio 61
in Brabantiam proficiscitur. eos inducit vt filio Antonio sacramentum dicant. febri corripitur. moritur 62
liberi. forma. laus. atas. res familiaris.
elogia 63.64.189
Philippi Boni natalis. cognominis causa. prima vxor. gesta vino patre. curatores. belli Cameracense 97
verba ad vxorem audita patris morte. apud Belgas inauguratur. inducie cum Anglis. pax 98
bellum cum Carolo Delfino. prima eius expeditio.
potitur patris cadauere 99
Equestri ornatur dignitate. Pugnat cum Delfinatibus. vincit. apud Burgundos inauguratur 100
vxoris primæ mors. Pax cum Anglis renouata.
victoria ad Creuantum 101
belli Hollandici causa 102
Hollandiæ ac Brabantiæ administrator appellatur.
bellum cum Iacoba Bauara. secunda vxorũ mors.
victoria ad Zuricz.am 102.103
Amersfortium obsidet 105
Seuenbergam expugnat 104
Namurci inauguratur. ab Anglis alienatur 105
Parisius venit. tertiam ducit vxorem. instituit ordinem Aurei velleris 106
militem contra Leodios mittit. fit Brabãtiæ Dux 108
Vaudemontio fert suppetias. in Burgundiam proficiscitur. Franciscum Borsellium capit. eum liberat. pacem facit 110
è Burgundia Francos pellit. cum Bethfortio tentata reconciliatio. Sicarius vitæ eius infidians punitus. in
Sabaudiam profectio. Brabãtorum ciuitates inuicem
conciliat. Borboniã inuadit. pax cum Borbonio 111
de pace acturus ad Anglos mittit 112
pax Atrebatensis 113
Anglis bellum infert. pericula eius 114
militem contra rebelles Flandros cogit 116
Brugas proficiscitur. cum Reinero Angium Duce
transigit 117
Brugis oppugnatus ægrè effugit 118
iterum Brabantos conciliat 119
deiurret Delfinum à coniuratione. coniuratis veniam
impetrat. Carolum Aurelianum carcere liberat 120
bellum contra Saxones ac Lutzenburg. 122
pax 123
conatur Holl. factiones tollere. vult se de Gandensibus vlcisci. nouum vectigal imperat. Audenardam
occupat 124
Gandẽses insequitur, lõgo obsidionis genere premit 126
Vuazenses inuadit 127
victoria 129
ægrotat. Gandensiũ agrestes migrare iubet. Flandros
ac Hannonios superiori in veste, crucem purpuream gestare iubet 131
alterum cum Saxone bellum. pax. Gandensium
munitiones expugnat. Gaueram obsidet 134
victoria Gauerana 137
verba post pugnam. clementia. pax. exercitum
dimittit 138
Middelburgi in Zelandia triremes instruit. Papæ auxilio mittit 139
sacrum vouet bellum 140
ad Imp. proficiscitur. ægrotat. conqueritur de Imperatore. Concilij generalis apud Belgas institutio 141
eius

eius sectio. negotia cum Vltraiectinis ac Transisulanis 142
cum filio dissidium 143
mente capitur. filium in gratiam recipit. inducie
cum Anglis. Gandauum proficiscitur 144
Christianorum Principum ad eum legati. morbus mirabilis. Aulicis iubet capitis comam radere. Lodouicum XI. in regnũ reducit. Parisios venit 145
filium iterum in gratiam recipit. interdicit tributi
Francici pensionem 146
triremes apud Zelandos iterum instruit. Romam mittit. irrita contra Turcas expeditio. filium Carolum ditiombus præficit 147
bellum Leodiense. corripitur apoplexia. Leodios oppugnat 148
Dinantum excindit. mors. atas 149
sepultura. corporis constitutio. forma. Encomia.
vxores. liberi 150.151.152.157
Elogia 190
Philippus Arteuilla Gandensium dictator 35
legionem educit. victoria. Brugas capit. spoliat.
sæuit 37.38
legatos in Franciam pro pace mittit. fœdus cum Anglis facit. Harzellium ad Audenardam relinquit.
Gandauo veteranos educit 40
Contracum pergit. Regem Lisa prohibere conatur 41
pugnat. occumbit. cadauer arbori suspenditur 42
Philippus Artheſius Equitum magister 58
calumniatur Cuchij victoriam 70
temeritas. cladis Nicopolitanæ auctor
mors 71
Philippi Valesij Vertuzij Comitis laus. mors 72
Philippus Namurcæus à Gandensibus interfectus 99
Philippus Valesius Franc. Rex ab Anglis victus 34
mors 18
Philippus Cominæus historiographus Gallus 19
Philippus Burgundus Brabantiæ Dux 162
mors 104
Philibertus Sabaudus insidias effugit 108
Piati Regulus Lysam tranicit 182
Pippinus Galliarum monarcha 41
Plebs Francica contra nobiles insurgit 5
Poperinga obsessa. liberata 20
Populus non temerè armandus 33
Præsidium Principum tutissimum 81
Prodigium in pane 18
Pugna Creciaca 112
Pugna Gandenses à Lodouico Malano victi 19
Petrus Syluius Brugarum Præfectus 33.34.35
Francos Lysa prohibere conatur. pellitur. Brugas 39
fugit 41
in Angliam exulatũ abit. pensionẽ à Rege obtinet 49
eius oratio. crudelitas 37
Prædatores Franciam turbant 20
eorum victoria 21

Q.

QVANTA cum diligentia vigilia sint obeunda 46
Quid in scribenda historia obseruandum 13.189
Quid Audax Brabantis sit pollicitus. quid tribuerit 62
Quare Aurelianus Audaci malè voluerit 60.61
Quàm variis homines miserijs Ambitio inuoluat 61
Qui Christianorum Principum Imperatori Sigismondo
auxilia contra Turcas miserint 68

R.

REGVM Castellæ historia ab anno 1365. 50
Reineri Angium Ducis bellum. superatur. capitur.
liberatur. filios dat obsides. filiam dat nuptum 110
filios redimit 117
Regem Lodouicum hæredem instituit 181
Reinerus Bruchusius Neomagensiam præfectus. vrbem
defendit 171
Reinerus Lotharingiæ Dux 175
Lutzenburgios vastat 177
fugit in Franciam 178
Heluetiorum castris præsicitur 182
quædam recuperat. Nancium obsidet. recipit.
ad Heluetios fugit 183
cum Campobachio de tollendo Pugnace transigit 184
victoria contra Pugnacem 185
loco pugnæ sacellum ædificat 187
Richardus 2. Angl. Rex 26
vxorem ducit 38
regno priuatur. moritur. vidua eius in Franciam
reuertitur 59
Richardus Alemannorum Rex 3
Rienſis ditionis metropolis 62
Rigidæ æquitatis memorabile exemplum 165
Rodolfus Burgundiæ inferioris Rex primus. oppugnatur
frustrà ab Imperatore Arnulfo. eius mors 6.7
Rodolfus secundus inferioris Burgundiæ Rex Normannos
reprimit. Hungaros fugat. ab Alemannis superatur. eius vxor. fit Rex Italiæ. Italiam deserit
moritur 7
Rodolfus tertius inferioris Burgundiæ Rex. cum Imp.
Conrardo in Italiam proficiscitur. senex Imp. hæredem nominat. Burgundionum ea de causa coniuratio.
eos in gratiam recipit. moritur 7
Rogerius Vternus Gandensium Prator cum turma equitum vrbem intrat. seditiosos corripere conatur.
pellantur equites. occiditur 30
Rothomagum Intrepido deditionem facit 88
Anglos recipit 89
Robertus Comes Namurcæus pro Anglis pugnat 24
Robertus Cotereau Pugnacem seruat 157
Rosbecana pugna 41
Rodolfus Burg. Dux creatur Rex Francorum 11
Rogerius Euertvunus 47.49
Rupertus Palatinus Antistes Colonienſis pellitur.
reducere cum Pugnax nititur 173

S.

SABAVDIÆ initium 8
vastantur 177
auxilia cadunter. Pugnacem deserunt. cum Franco fœdus 181
Sæuitia Parisiensium 88
Saraceni in Christianis militant castris 51
Secreti Concilij institutio 141
eius sectio 142
Schilperici Burgundi mors 3
Seuenberga expugnatur 104
Scornai dominus vexatus. contra Gandenses odium.
Audenardam astu occupat 44
Sigismondus Comes Tirolu ditiones ad Rhenum sitas oppignorat. pecuniam mutuo accipit. ditiones liberat.
fœdus cum Transrhenanis 175
militem

Universidad de Deusto
Biblioteca

militem contra Pugnacē mittit. eius victoria 176.177
Sigismondus Imp. Germanorum 65.68
Imp. Constant. auxilio it. legatos ad Turcam mittit. exercitum cogit. Christianorum auxilia 68
Danubium traiicit. aciei forma. Nicopolim oppugnat 69
clades. fuga 71
Sigismondus Burg. Rex malè pugnat. pax. filium interficit. cum vxore ac liberis capitur. regno fratri tradito fit monachus 3.4
Semliacum obsidetur 88
Singulare duorum nobilium Atrebati certamen 109
Sluze Flandriæ iunguntur. Castelli adificatio 46
ab Anglis oppugnantur 73
à Brugensibus oppugnantur 118
Sommersethi Dux 182
Suessones expugnantur 86
Suffron Nanceis fert suppetias. capitur. aperire Campobachij proditionem cupit. non admittitur. postrema eius verba. mors. mortis vltio 184
Schildericus Stupidus postremus Francorum Rex è stirpe magni Clodouei 5
Syntzij quare Heluetij dicti 9
Simonis Betæ mors 86
Schaldis fluuij fons 135

T.

THEODORICVS Namurci Comes ditionem Philippo Bono vendit 105
Teneramundam Gandenses oppugnant 31
in deditionem accipiunt 33
expugnant 34
Tanneguius Chasteletus Intrepidum ad Delfinum pertrahit 89
Thomas Buchingamiæ Comes Caletum tradicit 89.90
Britoni auxilio proficiscitur. agmen carpitur 31
Nannetum obsidet 32
Tornaci de pace agitur 42
Tornacensem agrum Gandenses populantur 40.133
Treuirorum vrbs coronationi Pugnacis destinata 173
Tungrorum clades 77
Tungri deditionem faciunt 161
Turca Rhodum tentat. relinquit 124
Theodoricus Vuestgothorum Rex 3
Temerè non fidendum 90
Theodoricus, Theodobertus, Theodobaldus } inferioris Burgundiæ Reges 4
Thorismondus Vuestgothorum Rex 3
Tormenti ænei, quod bombardam vocant, inuentio 43.22
Trimolius 56
Tamerlanes Tartarorum Rex 65
Turcarum conditio 66
Turcarum clades 70
Tirones Intrepidum recipiunt 87
Triremes è Zelandia Belgica, in Italiam profectæ 139.147

V.

VALENTINA Ioannis Galeacij filia 59
eius vita, consilia, inimicitiæ cum Margareta Flandrica. filium proprium veneno pomo necat. mariti indignationem incurrit. venefica habetur. ablegatur 60
marito reconciliatur 61
ius de mariti nece petit 75
obiectionibus Intrepidi respondet 76
moritur 78
Valesiorum Procerum apud Francos amplitudo at Laus 188
Vuarwici Comitis conatus. mors 167
Vaudemontij Comitis bellum pro Lotharingia 110
Vaticinium Turcæ de Ioanne Intrepido 72
Vaunarum obsidetur 180
Præsidiarij eruptione se seruant 181
Vuazensium ditio vastatur 129
Vendoniæ Comes 108
Bonum ad pugnam prouocat 109
Veræ Regulus Bono fert suppetias 118
eius mors 115
Veteranorum Gandensium virtus 134. 137
Venlonium oppugnatur. deditionem facit 171
Vuenceslai Imp. actio in Brabantiam ac Luxemburgum 62
Veteranorum in Francia coniuratio. Papæ Auenionensi pecuniam exterquent. eorum fortuna 20.21.22
Viennæ Galliarum primi Comites 9
Vigiliæ probè obeundæ 46
Vlissibonenses Regē creant 52 obsidētur. liberantur 53
Vrbanus Papa 51
Vuildeus Holl. Præfectus capite plexus 124
Victericus Vuestgothorum apud Hispanos Rex 4
Vuandelgem Lodouici Malam arcem, Gandenses spoliant ac exurunt 30
Vualeranus Lutzenburgius 61.80
eius vxor. filiam matrimonio locat 62
magister Equitum creatur 82

Z.

ZVTPHANIA Belgarum Prouinciis iungitur 169.171
Ziriczææ Bomi victoria 102.103
Zelandi triremes mittunt 139.147
Zeringensis familiæ vetustas. potentia. finis 8.9

FINIS.

ERRATA ALIQVOT SIC EMENDABIS.

Pag. 2. iura, *lege* Iura. *Pag.* 3. cumque omni thesauro, *lege* cumque omni. 6. cuius forte, *lege* forti. Francorum ibi Regium, *lege* Regum. 7. primoque pro, *lege* primaque. 10. ciuitatum Burgundiæ, *lege* Comitatum. 16. in Philippo postremo Burgundiæ Duce, *expunge titulum* Estampij. 21. pecuniæque inopia, *lege* pecuniæ. 22. Ioannem Reinerium, *lege* Riverium. Carnutensibus supra omnes infesti, *lege* supra omnes fuerant infesti. 24. Somanum amnem, *lege* Somanam. 36. infauste huius belli, *lege* infausti. 37. commeatum quærebat, *lege* quærebant. Donaturque ab Episcopo, *lege* donanturque. cæteræque vrbis hostes, *lege* cæterique. 40. Burgundiæque. proficiscetur, *lege* proficiscerentur. 41. ponte refecto, *lege* refecto. 46. iguem iniiciunt, *adde* indeque profecti. 48. aduenire conspiciebat, *lege* conspicerent. 49. qui vi aut astu, *lege* quibus vi aut astu oppressis populum rerum ignarum quidnis facilè admittere. consultum volueris, *lege* velis. ignauo mortis terrore, *lege* præ ignauo. 53. Vlissibonæ, *lege* Vlissibona. festo Reinero, *lege* confesso. 54. Villafrancium, *lege* Villafrancam. 56. Gangelium, Milla, ac Vuchtum, *lege* Gangelli, Millæ ac Vuchti. 57. in Audacem, *lege* inter. 59. liberalitate texebat, *lege* tegebat. muneratæ, *lege* numeratæ. 60. Regi sui iuris, *lege* Rege. Asueram, *lege* Asueram. 61. molebantur, *lege* moliebantur. In morbum relapso, *lege* relapsus. 62. supra manu, *lege* suprema. obeenturos se Brabanti, *expunge* se. 66. Mardum, *lege* Mardim. 67. prolataque, *lege* probataque. 68. magna circuitu, *lege* magno. 71. liberi inter duos, *lege* libero. 76. Auchianum *lege* Anghianum. ad Regem pertinere, *lege* non pertinere. 78. qui tamen, *lege* quum. 79. dominus Euchij, *lege* Cuchij. 80. Veromandius, *lege* Veromanduis. 83. editisque publicatis, *lege* edictisque. 86. Compeningam, *lege* Compenga. 87. quibus lectis, *lege* literis lectis. 90. ac omnibus, *expunge* ac. cocti, *lege* coacti. magis consulet, *lege* consulturum. 91. Amacrensis, *lege* Anacrensis. 96. comitatur latuam, *lege* latua. 97. per externa, *lege* propter. Aubugij, *lege* Antongij. 103. Meruaci, *lege* Meruani. Vetereque Viana, *lege* Veteraque, Viana. 119. aliquot funesta, *lege* aliuqui. 120. oheuntes, *lege* abeuntes. 127. Overmeraux, *lege* Overmeranæ. 128. Regulum, *lege* Reguli. 135. Præfectoisque Gauere, *lege* Præfectos. sese ad eum, *lege* ad Bonum. Aucto exercitu pressuram, *lege* pressurum. ad venditionem, *lege* deditionem. 141. ad Zomam, *lege* ad Schaldim. 144. Rollimum, *lege* Rollinum. consilio Burgundi ac procerum, *lege* consilio Burgundiæ procerum 145. sed vniuersam fermè, *lege* sed per vniuersam. 146. Burgundus interdicit, *lege* Burgundis. 148. reuocat nobiles, *lege* euocat. 149. sed hi in seditione, *lege* sed ij. 153. quarto Vindamo, *lege* Vuidamo. 154. Isabellæ Lusitaniæ, *lege* Lusitanæ. Torum, *lege* Tutorum. 155. cui tum temporis, *lege* dictioni Asperanæ tum temporis, &c. 156. huicà tergo, *lege* hinc, Mahendricum, *lege* Monherricum. 158. fugere non destitit, *lege* fugere. 165. aut ab eo, *lege* ac ab eo. 169. hæreditatem adimit, *lege* adiit. 181. primus subsidio, *lege* primis. Lignacus, *lege* Ligniacus. 184. quæ non minus ad vitæ quàm ipsius, *lege* quæ non minus ad vitæ quàm dignitatis ipsius, &c. scire enim se, *lege* scire enim eum. 187. prope docait, *lege* probè. 188. Struxerat enim, *lege* Struxerant. viduamqi nullis, *lege* viduaque. *In epistola dedicatoria libri sexti pag.* 2. *legitur*, Socratis quoque Proceribus. *emenda* Sacratis quoque Procribus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

GENEALOGIAE PRÆCIPVARVM ALIQVOT E GALLIA FRANCICA, AC BELGICA FAMILIARVM,

DE QVIBVS IN PRÆCEDENTI HISTORIA MAXIME AGITVR, AC ad eius intelligentiam plurimùm conducentes.

LIBER SEXTVS,

Auctore Ponto Heutero Delfio.

ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini.
M. D. LXXXIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD CLARAS INCLYTASQVE PRIMÆ NOBILITATIS FAMILIAS, PONTI HEVTERI DELFII EPISTOLA DEDICATORIA.

CVM *historiam rerum Burgundicarum, Viri Clariß. ac Nobiliß. eo quo inſtitueram ordine fermè abſoluiſſem, ac amicorum cenſuræ commiſiſſem, commodum ſunt arbitrati, ſi præcipuarum familiarũ, de quibus ſubinde fit mentio, ſtẽmata adiunxiſſem, ea ratione, qua in calce libri primi à me eſt factum, de Burgundicis Principibus, futurũ cenſentes, vti Lector certiùs de rebus geſtis iudicaret, ſi breui in tabella Principum virorum maiores, ac quibus vixiſſent temporibus, conſpexiſſet. Parui eorum conſilio: ſed cùm præcipuas fermè familias ex Hugone Capeto originem ducentes congeſſiſſem, ac hac in re me iis tantùm Gallis, qui Francorum gaudent nomine, pro parte ſatisfeciſſe viderem, idem mihi quod architectis, qui conceptum animo ſtructuræ ac ſumptuum rationem excedunt, accidit. Neceſſariò enim Francis Belgarum ſtemmata coniungenda videbam, quod in quatuor Burgundiæ Ducum vita promiſcuè de vtriſque non ſemel fiat mentio, quæ cùm non tantùm è ſcriptoribus, ſed hinc inde ab amicis conquiro ac accipio, creuit opus, ordoque confundi cœpit, quod diuerſo mihi tempore miſſæ, parum referre arbitrarer, primo, medio, an poſtremo loco, hæ aut illæ locarentur Genealogiæ, modo eas coniunxiſſem quæ ex vno deriuantur fonte. Conſilij quoque mei fuit, eas tantùm familias memoriæ poſteritatis commendare, quæ è vetuſtiſſimis clariores ſunt aut fuêre. Nam ſi equeſtris ordinis familias omnes illuſtrandas deſumpſiſſem, Deus bone, quàm immenſum, ne dicam infinitum opus ſummo cum labore, maiore cum inuidia, periculo valetudinis accerſita fame, dum famam quærere videor, mihi creuiſſet. Equeſtris enim ordo nobilitatis habere debet initium: ante hunc familiæ quanquam claræ ac potentes, populares tantùm, quod apud populum maximè emineant, dici debent. Qui autem Principis beneficio, aut alia de cauſa in equeſtrem aſſcribuntur ordinem, ac è plebe hac ratione eximuntur, nobiles dici ac haberi debent. Neque tamen hic ordo temerè ab omnibus conferri ſolet. Abſolutorum enim olim Principum, aut eorum tantùm legatorum munus erat, qui neminem equeſtri dignitate ornare ſolebant, niſi qui inſtructa acie iam iam cum hoſte eſſent congreſſuri, aut parta victoria inter multos conſpicui operam probaſſent. Sed huic legi non diu eſt ſtatum, tranſlato ad Imperatores imperio. Tanta enim Germanorum Imperatorum, ac Regum in conferenda hac dignitate liberalitas fuit, vt non ſolùm eum promiſcuè darent, ſed conferendi quoque poteſtatem fermè proſtituerent. Hinc factum eſt, vt nemini tandem ferè denegaretur, Principéſque ipſi cum hoſte primum conſicturi eum ab æqualibus, aut inferioribus etiam caperent, fiebatque ſcapulis medio in campo, inſpectante exercitu, leuiter gladio tactis. Tandem eo licentiæ eſt peruentum, vt liberos primùm natos dum ſacra abluerentur aqua, dignitate equeſtri condecorarent. Socratis quoque Proceribus, (paucis tamen, ac ſummis) tribuendi dignitatis honor eſt conceſſus, quemadmodum & publicis ſcholis, quas Academias vocant, ſed qui eum tantùm literatis, qui diſciplinarum Cyclopædiam abſoluiſſe iudicantur, conferebant, bellicorum facinorum iudicium ad ſe non ſpectare cenſentes. Principes profani vtriſque honorem meritò conferunt, quod non ſolis imperia armis tueantur, ſed etiam conſilio ac eorum opera, qui*

Universidad de Deusto
Biblioteca

curarum partem gerunt, muneráque publica cum honore obeunt. Nobilitatis enim decus non tantùm bello paratur, sed etiam ingenio ac eruditione quæritur. Corporeas enim vires, nec cor feruenti sanguine fidens, ac ad quæque audenda hominem sæpius sine iudicio concitans, non omnes accepimus, sed meremur honores variis virtutum generibus, inter quas potiorem semper locum in rebus publicis ac priuatis animi dotes obtinuere, deinde corporis. Minus ne Græcis ad Troiam pugnantibus, Nestor ac Vlysses, quàm Aiax ac Achilles profuere? Feroces ac robusti, quanquam stolidi, prælijs ac pugnis ad honores nituntur ac perueniunt: corpore debiles, at ingenio valentes, politicis artibus eodem contendunt, ac iure euadunt. Quibus verò Deus corpus solidum, vegetum, succulentum, ac in eo animum viuidum, perspicacem, acutum, ingeniosum, ac erga voluptates moderatum cautumque tribuit, etiam è fece plebis orti ad summa quæque, vel rumpente inuidia, peruehuntur, quanquam feliciter natorum insidiatrix tumida, ac benefactorum calumniatrix pestifera semper fuerit. Quid igitur, dices, sperare debent viri nobilibus orti maioribus, bonisque artibus ad honores aspirantes, quique in adolescentia voluptates, in virili ætate ambitionem, honesti terminis circumscripserint? Inuitis etiam his gloria crescet, auctoritas summo cum honore vbique locorum aderit, existimatio sarta tecta manebit, quæ si hominibus contracto supercilio extorquere volueris, nihil aliud efficies, quàm vt in facie lauderis, conuersa fronte irridearis, neglecta enim dormientem etiam non deserunt. Plato ac qui eum sunt secuti, quatuor nobilitatis species statuunt. Primam eorum, qui è sanctis ac iustis orti sunt maioribus. Alteram, quorum parentes clari ac patentes principatum aliquem obtinuere. Tertiam, quorum maiores domi militiæue, illustriore aliquo claruere facto. Quartam, quæ ex indolis generositate, ac animi magnitudine petitur, propriaque virtutis laude nititur, hanc omnium vult esse laudatissimam ac excellentissimam. Nam qui è maiorum meritis ac gloria existimationem metiuntur, nil ipsi nec audentes, nec valentes, vt degeneres contemnit. Quintam speciem addidit Aristoteles, eorum, qui literarum disciplina, ac abditarum rerum scientia florent, aut floruere, quòd ij non solùm familiam ac penates faciant clariores, verùm Vrbes ac Prouincias, quibus sunt oriundi, illustriores. Nostra ætas secuta veteres Romanos, qui omnibus in rebus naturam sunt imitati, tres tantùm Nobilitatis ponit gradus, non temerè ab eorum discedens institutis, quos nulla adhuc vicit Respublica. Primæ Nobilitatis eos ponunt, quorum maiores in equestri ordine, ante auorum memoriam fuere, similes hos Romanorum Patriciis ac Senatoribus statuentes, quòd initiò nascentis vrbis Romulus in hunc ordinem legeret viros non solùm cæteros ætate ac rerum experientia præstantes, sed genere quoque, ac gentilitatis honore clariores, quos primùm Patres ac Seniores, deinde Patricios ac Senatores appellarunt, sumebanturque initio ex hoc tantùm ordine, supremi Romanorum magistratus, aliumque præter hunc titulum Romani non ambiebant, defuncti enim publico munere, Reipublicæ quem sustinuerant officij ac dignitatis titulum, contenti Senatorio, reddebant. Secundæ nobilitatis loco eos habent, qui in equestrem ascripti non ita dudum ordinem auorum memoria inter populares familias numerabantur. Equitibus hi Romanis sunt similes, qui à Patriciis loco, honore, vestitu, annuli gestatione, ac necessaria equi nutritione distinguebantur. Tertia ac postrema nobilitatis species, popularis & olim erat, & nunc habetur, eorumque est qui in plebe magis eminent, in equestrem nondum asciti ordinem. Populi enim vox generalis est, complectens Nobiles ac Ignobiles. E populo Romani Equitum ordinem, bello aut pestilentia dimmutum supplebant: ex Equestri Senatorium. Sed cùm erepta libertate Romanorum Imperatores ad se summam rerum traxissent, in Senatorium ac Equestrem ordinem quos lubebat, veterimore abrogato, legebant. Hac ratione nostra tempestate dictas nobilitatis species, insuetata Latinis locutione, nominari audimus: Nobiles veteres, Medios, ac Nouos, non insulso iudicio rerum naturam, cum Romanis sequentes. Si enim sine inuidia virtuti ac ingeniis in Republica locum dare volumus, admittenda est hæc distinctio. Quis enim sine risu eum ferret Patricium, qui neget familiam suam è tenuibus initiis non aliquando ortam? Quis non stolidum iudicabit, qui stirpi suæ æternitatem pollicerì audebit? Vbi nunc Virgilius, qui Iouem hoc modo de Romanis mentientem inducit?

Imperium sine fine dedi. Iacet Roma cum Senatorio ac Equestri Ordine: Taceo de his qui ante Romanorum tempora clari fuere. Græciæ Nobilitatis ne vestigia quidem apparent, nisi eorum quibus aut philosophia, aut historia æternitatem dedit. Mirantur Belgæ mei, cùm in Annalibus suis, obsoleta vetustæ Nobilitatis cognomina legunt. Quæcunque sub Luna initium habuere, finem expectent necesse est. Proinde vetustissimis familijs intereuntibus, succedunt mediæ, his postremæ, exoriuntur rursum nouæ. Deprauatæ enim naturæ, ac distorti ingenij signum est, immutabili huic fatorum ordini, aut liuidè inuidere, aut stolido animo resistere. Contrà integri animi, ac bonæ indolis nota est, nullius virtuti inuidere nec malè velle, sed permittere vt pro suo arbitratu, rerum ille omnium conditor, ac moderator gubernet, contentique maiorum gloria, eos adæquare, aut, si datur animus ac fortuna, superare bonis artibus conemur. Interea admirabilem diuinorum donorum inter homines dispensationem, humilimente adoremus, alioqui animo nunquam quieti, illud in nos Poëtæ quadrabit:

Rabiem liuoris acerbi,
Nulla potest placare quies.

Nihil certè alienius est ab homine generoso, ac bonis artibus diuinitatem affectante, quàm inuidia. Nihil Nobilitati gloriosius, quàm procul ab omni inuidentia, nouarum rerum auctores fugere, pacem populis quærere, ac conseruare. Nihil magnanimitati conuenientius, quàm sine inuidia leges tueri, ac ne vlla ex parte conuellantur, animi corporisque viribus obniti, nec dubitare, si opus sit, pro maiorum institutis vitam fundere. Nihil denique ab omni hominum ordine ac classe magis natura petit, ac suo quodammodo iure postulat, quàm vt sorte nostra contenti viuamus, ac sine inuidia legitimo Principi (qui Dei manus, munus, ac legatus est) indissolubili amoris ac vnionis vinculo colligemur: ita enim facilè fiet, auctore Comico, vt sine inuidia laudem inueniamus, ac amicos paremus, familiæque nostræ æternum honorem ac decorem, apud omnes rectò iudiciores perpendentes relinquamus. Vt verò plenissimè hoc in negotio, Viri Clarissimi, vobis satisfacerem, in fine huius epistolæ addidi schemata tria, quibus diuersæ regiones vtuntur in collocandis Nobilium familiarum depictis stemmatum scutis, è quibus rationem discent (earum rerum imperiti) quo modo ac ordine ea sint disponenda, ac qua ratione Nobiles depictorum scutorum recta collocatione, nobilitatem probent ac æstiment. Vobis igitur Viri Nobilissimi ac Clariss. quorum animi à connato æqui rectique amore, ad verum æternumque decus stimulantur, ac proinde recta iustaque cordi esse non dubitamus, dedicare hoc Opusculum non dubitaui, tum quòd ita maximè conueniebat, tum quòd ad honestas voluptates, veram laudem, ac æterni nominis comparationem, bonis vos artibus, maioribus animis annixuros non dubitarem. Suauissimè enim illa cogitatio animum subit, quæ docet per multa nos secula apud domesticos exterosque, cum laude victuros, ac sine vlla nominis labe, familiæque dedecore, historias nostri mentionem abhinc annos sexcentos facturos. Me certè vix alios huius laboris decerpturum conspicio fructus præter bene honesteque triti impensique temporis recordationem, quod in hac lamentabili ciuilium bellorum tempestate solatio fuit. Non enim solùm hæ furiæ nos liberè agere, sed etiam loqui vetant: mihi certè impedimento fuere, ne Genealogias absolutiores,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iuniores, ac plures darem, cùm ipsos Proceres coram adire, ac ex eorum Archiuis quæ desunt depromere non potuerim. Vestrum erit, Viri nobiles, hæc qualiacunque æqui bonique pro vestra humanitate consulere, ac vbi erratum erit castigare, donec absolutiora acceperimus. Vereor enim ne subinde menda, aut in collocandis typis surrepserit (quod facilè vel diligentissimo typographo accidit) aut ignorantia mea peccatum alicubi sit, aut certè cum errore mihi aliquid transmissum fuerit. Difficulter enim propter rerum varietatem, ac antiquitatem in concinnandis Genealogiis error vitatur. Neque enim in hunc vsque diem auctorem vidi vel Latinum, vel Francicum, vel Belgicum, qui non errarit, quòd ab vno hæc homine absolui non possint. Plurium enim opera, vnius labore est opus in concinnatione. Ne verò plagiariorum more aliena mihi vendicare videar, qui in hac re me iuuerint, ac per quos profecerim, ingenuè iis in Genealogiis profiteor, quas amicorum amicitia sum consecutus, quorum hic nomina subiungere visum fuit, cùm vt semel vna in Tabella conspiciendos darem, tum vt notiores omnibus fierent, aliosque suo exemplo ad me iuuandum, ac opus hoc promouendum incitarent. Permittite igitur æquis animis, vt hæc sub nominum vestrorum patrocinio in lucem prodeant, ac obtrectatoribus calumniandi ansam vestra auctoritate præcidite. Non enim alia (post honestè transacti laboris suauem memoriam) me ad hunc laborem pertraxit causa, quàm sincerus amor, quo ab incunte ætate erga homines nobiles, ac bonis artibus claros, impensissimè semper fui addictus, quòd ex eorum pectoribus æqui iustique scintillulas, è diuina illa generositate depromptas, resultare mihi certò persuaderem. Valete, ac siquid hoc Opusculum ad nominum vestrorum æternitatem conducere arbitrabimini, cùm is meus fuerit scopus vnicus, Deum optimum maximum, vt ita fiat, ac generosos, piosque vestros conatus fortunet, quam possum animo maximè submisso precor per Iesum Christum filium eius dominum ac Seruatorem nostrum.

Vestræ omnium Claritudinis
obseruantissimus,

P. Heuterus Delsius.

AD LE

AD LECTOREM.

NE TECVM paruis de rebus amice Lector, quæ in Genealogiis subinde occurrunt subdubites, scito semicirculum, hoc modo factum ⸢ ac aciem in medio habentem, comprehendere sub se liberos vtriusque sexus eius viri aut feminæ, in quem acies semicirculi desinit. Quod si occurrerit semicirculus sine acie, aut tantùm linea recta hac ratione ⸣ scias eum aut eos, quem aut quos continent, præcedentis tantùm esse cognatos, aut affines, cognatum, aut affinem, non liberos. Idem iudicato vbi nullum reperies semicirculum, vel lineam. Elementa Latina, in Genealogiarum maxima parte sparsa, indicant locum illum ampliorem desiderare explicationem, quàm ibi poterat asscribi, necessariam tamen ad plenam Genealogiæ intelligentiam, ac proinde versa pagina, eò lectori properandum admonet. In iis verò Genealogiis, vbi nulla reperies Latina elementa maiuscula, supra hominum nomina depicta, scias quæcunque ad eius intelligentiam sunt necessaria, in Genealogia contineri, aut auctori incognita fuisse. Quæ verò præter hæc desiderari possent, minoris sunt momenti, quàm vt de iis te admonendum putem. Existimo enim adeò esse à me omnia clarè ac perspicuè ante oculos posita, vt non possit apertius; propterea etiam, omissis aliis modis omnibus, qui à variis Genealogiarum scriptoribus sunt vsurpati, hunc quem vides in vsum desumpsi, tum quòd sensibus humanis maximè sit expositus, tum quòd imitetur modum, quo vniuersa Europa in scribendo ac legendo vtitur, ac proinde facillimè ac citissimè ea quæ sunt scripta, ab oculis rapta ab animum transmittuntur, ac memoriæ statim ac tenaciter infigantur. Si tutè, vt cupiebat animus, per Belgarum Prouincias peregrinari potuissem, habuisses plures & absolutiores Genealogias; cùm id non licuerit, vtere ac fruere his Lector, tempus fortasse aliquando desiderio tuo satisfaciet. Quod ad me attinet, concinnaui Genealogias propter historiam Burgundicam ac Belgicam, quibus lucem sunt allaturæ, non historiam propter Genealogias. Vale, ac laborem nostrum in bonam partem interpretator.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NOMINA EORVM QVI IN CONCINNANDIS GENEALOGIIS AVCTOREM SVA INDVSTRIA AC LABORE IVVERVNT.

ANTONIVS *Burgundus Vuackæ ac Capellæ dominus.*

Arnoldus Sasboutius Spalandij dominus, ab Imperat. Carolo quinto Senator Hollandiæ factus, indeque à Rege Philippo, Caroli filio, Geldrorum Senatui titulo Cancellarij Præfectus, cooptatusque in Equestrem ordinem, tandem summi Belgarum Senatus, quem Arcanum vocant, Præses factus.

Ioannes Vanderdilfius nobilis Antvuerpianus. Obiit non ita dudum.

Læuinus Torrentius Archidiaconus ac Canonicus Leodienſis.

Hendricus Halmalius Coſti filius Senator Antvuerpianus.

Arnoldus Vuahtendonckius nobilis Gelder, Leodij in Collegio D. Martini Canonicus.

Ioannes Geuartius Turnholtius, à quo breui Hiſtoriam expectamus Brabanticam.

Auguſtinus Teilyngius, Iobi filius, nobilis Hollandus.

Cornelius Martini Zelandus, à quo breui expectamus Genealogias nobilium familiarum, qui à prima inſtitutione, in hunc vſque diem, in ordinem Equitum Auret Velleris, à Belgarum Principibus ſunt lecti, opus multæ lectionis, immenſi laboris, ac magnæ vtilitatis.

Ioannes Cuperius aliàs de Haze, vir hac in re bene exercitatus.

Antonius Roſa Curtracenus, Cornelij filius, vir huius ſtudij amantiſſimus, ac in eo diligentiſſimus.

Ioannes Barlarius Hollandus.

STEM-

STEMMATVM PER AVITA INSIGNIA DISPONENDORVM (VVLGVS QVARTERAS vocat) ratio, iuxta morem tam Germanis, quàm Francogallis receptum.

QVEMADMODVM olim apud Romanos in more poſitum fuit, vt maiorum imagines, ornandæ funebri pompæ adhiberentur, atriaque cereis per armaria diſpoſitis, ad gentilitatem oſtendendam ornarentur: ita & noſtro tempore in vſu eſt, vt viri nobiles in iuſtis funerum exequiis, nuptiarum ſolemnijs, quorundam etiam ſacrorum primordijs, longa ſerie à proauis demiſſum ſtemma in medium adducant, vt ſcilicet inde ortus ſui ſplendorem commonſtrent, dum quatuor, octo, ſexdecim, aut etiam triginta duo nobilitatis ſuæ membra (quas vulgò quarteras vocant) adferunt, licet non vno eodemque ordine à ſingulis inſignia locentur. Aliter enim Germani, quos Belgarum pars maxima ſequitur: Aliter Francogalli, quos Flandri imitantur, illa diſponunt, vt ex ſubiectis ſchematibus, cuiuis liquidò apparebit. Diſponuntur autem inſignia, ex enumeratione graduum conſanguinitatis, aſcendendo videlicet in parentibus; deſcendendo in nepotibus, muliebrium inſignium tantum habita ratione: ventrem enim è Iureconſultorum ſententia, ſequitur partus. Virorum verò nulla adferuntur inſignia (patris excepto, qui primum ſemper cum filio conſtituit membrum) niſi tantùm ornatus gratia, atque ad pleniorem graduum conſanguinitatis cognitionem ac demonſtrationem. Graduum verò conſanguinitatis enumeratio, è quibus membra componi debent, ſumitur aſcendendo à patre ad auum, proauum, abauum, attauum, tritauum, quemadmodum ſtirpis continua ſeries admittit, & vice verſa deſcendendo à patre ad nepotem, pronepotem, abnepotem, atnepotem, trinepotem, &c. Pater ac mater duo prima efficiunt membra: Auia paterna ac auia materna, reliqua duo; habeſque hac ratione quatuor prima nobilitatis tuæ membra ac teſtimonia, quæ vt melius intelligas, accipe ſchema, in quo illud obſeruabis, ſcutum quadrangulare quod in medio collocatur, filium eſſe cum vxore, aut ſine ea, qui quatuor nobilitatis ſuæ membra oſtendere cupit, quod quidem ad ornatum, non ad rei neceſſitatem facit.

Si octo membra deſideras, adiunge aui patrem ac matrem, deinde auiæ paternæ patrem ac matrem, poſtremò aui materni ac auiæ maternæ patrem ac matrem, voti compos fies. Si verò ſexdecim petis, aſſcribe proaui paterni, ac proauiæ paternæ parentes, deinde patrem ac matrem eorum, qui auiæ paternæ parentes genuerunt, idemque facito in proauo ac proauia materna, ac qui hos procrearunt, habebis ſexdecim à feminarum parte ſcutorum ſectiones, è quatuor gradibus reſilientes, nimirum à patre, auo, proauo ac abauo. Hucuſque humana modeſtia, rationique conſentanea moderatio auitorum inſignium in

ſua

Universidad de Deusto
Biblioteca

sua membra sectiones admittit, cùm vltra hos gradus memoria hominum plærunque euanescat, ac proinde intra hos limites consistentes non facilè homines fallere possunt. Qui ex vlteriori sectione nobilitatis vetustatem affectant, ad triginta duo sectiones parentum, parentes multiplicando perueniunt. Qui verò hoc termino non contenti in sexaginta quatuor, aut iti centum viginti octo membra parentum parentes multiplicando progrediuntur, fieri vix potest quin in tanta parentum multiplicatione non oriatur confusio ac error, fastuosa iactantia pro veris falsa, modò numerus constet, sibiipsi ac aliis obtrudente, cùm vix credibile sit in re tam vetusta ac intricata reperiri, qui errores aperire possint aut velint. Sexdecim aut ad summum triginta duo (vt dixi) membra, admittit ratio, modestiæ mater. Verùm vt semel concludamus, ac quæ polliciti sumus schemata lectori ad pleniorem rei intelligentiam exhibeamus. Primus gradus geminatur in patrem ac matrem. Secundus quadruplicatur addita vtraque auia, efficiuntque quatuor prima membra. Tertius gradus à proauo incipiens (vt ita loquar) octuplicatur, octo perficiens membra. Quartus gradus ad abauum numerans pro ratione personarum multiplicando singulas personas per proprios parentes scinditur in personas sexdecim, ac totidem feminea insignia. Quintus gradus ad attauum progrediens multiplicando parentum parentes, triginta duo quarteras, hoc est, membra conficit. Sextus gradus ad tritauum perueniens, sexaginta quatuor membra, eadem multiplicandi ratione perficit, vbi nos Plato (vt in prouerbio est) quiescere iubet, nisi in infinitum progredi velis. Simili ratione descendendo Nepos quatuor membra perficit, Pronepos octo, Abnepos sexdecim, Atnepos triginta duo, Trinepos sexaginta quatuor. Etenim cùm ascendẽdo Latini supra Tritauum propriam vocem non habeant, sed qui eum, ciusq; parentes genuere, *Maiores* appellent, ac descendendo vltra Trinepotem, qui hos sequuntur *Inferiores* vocent, stultum esset vltra hos gradus auitorum insignium memoriam velle proferre, cùm voces quibus eos appelles, memoriæ ac hominibus deficiant. Vnum adhuc restat de quo te Lector admoneam, morem esse longo vsu confirmatum, ac proinde instar inuiolabilis legis obseruandum, vt colores principum metallorum (auri nimirum ac argenti) nunquam in vno scuto concurrant. Virium enim illud apud nobiles est intolerabile, ac à nemine vsurpatum, sed vni tantùm ac soli Patriarchæ Hierosolymitano propter loci dignitatem, cui præsertim concessum. Quare si scuti color sit aureus, caue ne insigne quod præsefert sit argentei coloris, aut contra, sed cuiuscunque alterius quod placuerit. Sed iam schemata inspiciamus,

SCHE-

Schema collocandorum (excepto scutorum, cum auita insignia more Francorum ac Flandrorum.



Hæc collocandorum insignium varia nobilitatis ac doctis gradus exprimit, sed solùm quòd numerum, ac ordinem clarissimè ac distinctè ob oculos ponens, indicia ac memoriæ præstet, alias maximè consulas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SCHEMATA DVO ALIA COLLOCANDORVM SEXDECIM INSIGNIORVM E QVATVOR CONsanguinitatis primis gradibus resilientium, more Germanico, quos Belgæ quamplurimi, quanquam obscurior sit modus, tamen sequuntur.

Hic ab abauis ac abauis descenditur ad nepotes, vt etiam numerus ciferarum cũ præcedenti Flandrico conueniens schemate indicat. Nam si abauos omnes abauis coniunxeris (cùm hic numerus ciferarum tantùm feminas, hoc est abauias denotet) habebis sexdecim membra completa, vt in aliis modis. Abaui enim octo, cæterarum feminarum, neptium scilicet suarum scuta, seu natalitia signa referunt ac demonstrant.



Abauus paternus à parte aui paterni.

Abauus paternus secundus à parte aui paterni.

Abauus paternus tertius, à parte auiæ paternæ.

Abauus paternus quartus, à parte auiæ paternæ.

Abauus maternus, à parte aui materni.

Abauus maternus secundus, à parte aui materni.

Abauus maternus tertius, à parte auiæ maternæ.

Abauus maternus quartus, à parte auiæ maternæ.

Reliquæ quibus cifer æ sunt inclusa denotant abauias vt earundem ciferarum indicat numerus, cum præcedenti schemate (moris Flandrici) collatus.

Hic à filio ascenditur ad abauos ac abauias, vt demonstrat numerus ciferarum, qui per omnia mori Francico ac Flandrico respondet, vt videre quaque licet in præcedenti Flãdrico schemate. Poterit Lector è tribus hisce ordine, non rei natura diuersis schematibus in idem recidentibus, sequi quod ei magis placuerit.

TABV-

TABVLA GENEALOGIARVM HOC TOMO CONTENTARVM.

A.
ALENSONIA, stirpis Capeticæ pag. 15
Angium stirpis Capeticæ 2
Aquitanica 19
Atrebatensis 26
Anghianæ pars 41
Arculea 55
Arenbergica 80
Aureliana stirpis Capeticæ 2

B.
Burgundica stirpis Capeticæ 2
Burgundica stirpis veteris lib. 1. pag. 14. 16. 17
Burdigallica 2
Burgundica è nothis Philip. Boni 6
Borbonica stirpis Capeticæ 9
Britonum 16
Blosiana 21
Bearnij 24
Bigorræ 24
Bussuy 58
Brederodica 66
Brabantica 92
Bergarum ad Schaldim 90

C.
Caroli Magni lib. 1. pag. 15
Carnutum 21
Challonnica 27
Culenburgica 39
Crouiaca 48
Cliuiæ 82

E.
Eduardi tertij Anglor. Reg. 36
Egmondana 74
Engulemæ stirpis Capeticæ 2

F.
Francica stirpis Capeticæ 2
Francica stirpis veteris lib. 1. pag. 14
Foxij 24
Frisiæ 87
Flandriæ 96

G.
Geldriæ 84
Grimbergæ 50

H.
Hendrici septimi Angl. Regis 38
Heusdana 53
Hennina 58
Hollandiæ 87
Heukelana 52

I.
Iselsteinensis 75

L.
Lutzenburgica 42
Lalanæ pars 46
Leerdamij 79
Lanoia 72

M.
Monpenseria stirpis Capetiæ 9
Monsteratensis 29
Mercana 80

N.
Neapolitana 30. 32

P.
Pictauiensis 19
Polana 62

S.
Sabaudiæ 12
Siciliæ 30. 32
Tolosarium 19
Teilingana 70

V.
Vuassenara 62
Vendomæ stirpis Capeticæ 9
Vianæ 41

Z.
Zutphaniæ 84
Zelandiæ 87

Universidad de Deusto
Biblioteca

A.

HVGO Capetus nouæ stirpis Francorum rex obiit anno 996. reliquit successorem regni filium

- Robertum regem qui obiit 1030.
- Hendricus rex obiit 1060.
- Philippus rex obiit 1109.
- Lodouicus rex obiit 1137.
- Lodouicus Iunior rex obiit 1179
- Philippus Augustus rex obiit anno 1223.
- Lodouicus huius nominis octauus Franc. rex obiit anno 1226. relictis hisce quatuor filiis.

Alfonsus secundus natu nullis susceptis liberis obiit. Carolus natu tertius Comes Andegauensis factus est anno 1268. Rex Siciliæ ac Neapolis. Robertus filiorum natu minimus factus est primus Atrebatensium Comes. Lodouicus omnium natu maximus patri in regno successit, cognominatusque est ob morum probitatem Sanctus, obiitque anno Christi 1270. quatuor etiam relictis filiis his:

- Philippus tertius rex obiit
  - Philippus Pulcher obiit rex 1315.
    - Lodouicus Hutinus rex obiit 1316
      - Ioannes in cunis vagiens obiit.
    - Philippus Longus rex obiit 1321.
    - Carolus Pulcher rex obiit 1328.
    - Isabella siue Elizabeth nupsit Eduardo secundo Anglorum regi, peperitque Eduardum tertium.
  - Petrus primus Alensionorum Dux duxit Iohannam Blesensem
    - Carolus primus Valesij, ac secundus Alensonij Comes.
      - B. Philippus Comes Valesij, ac deinde Franc. rex obiit anno 1350.
        - Ioannes Valesius Francorum rex obiit anno Christi 1364. hisex vxore Bona relictis filiis.
      - C. Isabella.
      - Margareta.
      - Ioanna.
      - Lodouicus.
      - Carolus.
      - ..... nupta Philippo Tarentinorum Principi.
    - Lodouicus Comes Eureusij natus altera patris vxore quæ fuit Maria filia Hendrici 7. Ducis Brabantiæ.
  - Ioannes Tristanus.
- Robertus Comes Clermontij, ac Borbonij.

D. Carolus quintus Francorum rex obiit anno 1380 duobus relictis filiis.

- Carolus sextus Franc. rex obiit anno 1422. relicto filio
  - Carolus legitimus Franc. rex obiit sine liberis nomine
    - Lodouicus vndecimus Franc. rex obiit 1482.
      - Carolus octauus Francor. Rex obiit sine liberis, successitque illi Lodouicus 12. Aurelianorum Dux.
      - Ioanna nupsit Lodouico Duci Aurelian. qui eam Rex factus repudiauit.
    - Carolus Biturigum Dux iussu fratris veneno sublatus obiit sine liberis.
      - Anna vxor Petri Ducis Borbonij.
- Lodouicus Dux Aurelianorum Comes Engulemæ ac Vertuzij Parisiis fuit obtruncatus anno 1407. tribus relictis filiis.
  - Carolus Dux Aurelianorum relicto filio
    - Lodouicus Dux Aurelian. ac post obitum Caroli octaui Rex Francorum huius nominis 12. obiit anno 1514.
      - Claudia nupsit Francisco Engulemę Comiti, post mortem Lodouici 12. Franc. Regi huius nominis primo.
      - Reinera vxor Herculis Atestini Ferrariæ Ducis.
    - Maria.
    - Ioanna.
  - Ioannes Engulemæ Comes obiit anno 1467 relicto
    - Carolus Engulemæ Comes reliquit
      - E. Franciscus Comes Engulemæ Francor. Rex post obitum Lodouici duodecimi obiit anno 1547.
        - Franciscus.
        - Hendricus Francorum Rex huius nominis secundus obiit anno Christi 1558. relictis
          - Franciscus secúdus Rex obiit anno 1560.
          - Carolus nonus Rex obiit anno
          - Hendricus tertius Rex.
          - Franciscus Dux Alensonij.
          - Isabella Regina Hispaniarum.
          - Claudia Dux Lotharingiæ.
          - Margareta Regina Nauarræ Dux Vendomæ.
        - Carolus.
        - Margareta.
      - Ioanna.
      - Margareta.
  - Philippus Vertuzij Comes obiit sine liberis anno 1420.

F. Lodouicus Andegauensium Dux obiit anno 1384.

- Lodouicus secundus Dux Angium, obiit anno 1417. cùm ei essent nati
  - Lodouicus tertius Angium Dux obiit sine liberis 1433.
    - Ioannes Dux Calabriæ ante patrem obiit relinquens ex Maria Borbonica vxore sua filium
      - Nicolaus Calabriæ Dux iussu Regis Lodouici vndecimi veneno sublatus, sine liberis obiit ante auum Reinerum.
    - Iola nupsit Frederico Vaudemontio Lotharingiæ Duci.
    - Margareta vxor Hendrici sexti Anglorum Regis.
  - Reinerus Angium Dux obiit decrepitæ senex 1480.
  - Carolus Comes Cœnomanorum
    - Maria.
    - Margareta.
    - Catharina.
    - Ioanna nupta obiit.
  - Carolus Princeps Tarentinorum.

G.

- Ioannes Biturigum Dux, ac Monspensirij Comes.
  - Ioannes obiit sine liberis.
  - Bona.
  - Maria.

H. Philippus Audax Dux Burgundiæ obiit anno 1404. hisce relictis liberis

Filias Regis Ioannis Valesij studio omisi.

I.

- Intrepidus Dux Burgundiæ, Comes Rhetelensis, Flandr. & Artesij, obtruncatus ad Montereauij anno 1419.
  - Margareta.
  - Catharina.
  - Isabella.
  - Philippus Bonus Dux Burgundionum ac Belgarum obiit anno 1467.
    - Antonius Iodocus infantes obiere.
    - Carolus Pugnax Dux Burgund. ac Belgarum, occisus est prope Nanceum apud Lotharingos anno 1477. ex Isabella Borbonica vnicam tantùm relinquēs filiam, ditionum omnium hæredem.
      - Maria Burgundionum ac Belgarum Princeps, quæ nupsit Maximiliano Austriaco Imperatori huius nominis primo. Ipsa interuenandum equo decidens ex casu obiit, 17. Martij anno 1482. quinto ex marito grauida relicto filio Philippo, ac filia Margareta Austriaca.
  - Anna.
  - Maria.
  - Agnes.
- Antonius Dux Brabantiæ, & Limburgi, cecidit prœlio Azincurtiano anno 1415.
  - Ioannes quartus Brabantiæ Dux sine liberis obiit.
  - Philippus Brabantiæ Dux sine legitima quoque prole decessit, duobus relictis filiis nothis, nimirum, Antonio ac Philippo, qui à Brabantia sunt cognominati.
- Philippus Comes Nemrsij, Rethelli, ac Estampis, pugna quoque Azincurtiana anno 1415.
  - K.
  - Philippus in cunis obiit.
  - Carolus sine liberis decessit.
  - Ioannes Comes Estampij, ac morte fratris Caroli Comes Neuersij, ac Rethelli tres duxit vxores.
    - Philippus puer Bruxellæ obiit.
    - Isabella nupsit Ioanni huius nominis primo Cliuensium Duci.
    - Carola vxor fuit Ioannis Albrethi Orsvallæ apud Britones Reguli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A. Hvgo Capetus cùm virilem Caroli Magni stirpem degenerare conspiceret, conciliatis sibi plerisque Francorum proceribus, Regem Carolum ex hac familia posthumum, proditione captum perpetuæ in custodia vitam finire coëgit, seque Francorum Regem palam est professus. Moriens anno 996. octauo, cui successit Philippus filiorum natu maximus: is tres reliquit filios, Philippum cognomine Pulchrum regni successorem, Carolum Valesiorũ Comitem, cuius posteri in hunc vsque diem anni 1585. rem duxit, vnde nati liberi Nauarræ Reges sunt facti. Philippo Pulchro tres ex ordine filij Francorum in regno succedere masculis non procreatis liberis, quare Carolo Pulchro mortuo, Franci Regem creaunt Philippum Valesium Caroli filium, quod adeò ægrè Anglorum Rex Eduardus tertius tulit (quòd ciſſimo Anglos ac Francos innoluerit bello, non sine admirabili tamen Salicæ legis victoria.

B. Philippo Valesio, priore patris vxore nato (alteram in genealog. Alensoniorum reperies) succeſſit in regno filius Ioannes (alter enim filius Philippus Aurelianorum Dux liberis non creatis decesserat) huius nominis primus, qui è Bona Lutzenburgica filia Ioannis Comitis Lutzenb. ac Bohemiæ Regis, quatuor suscepit filios, quorum deinde filij ac nepotes Valesiorum nomen, per vniuersum terrarum orbem fortibus factis, ac moderata prudentique gubernatione clarum ac illustre reddidere.

C. Isabella Valesia secunda patris vxore nata, nupsit Petro Borbonij Duci. Margareta Guidoni huius nominis primo Blesensium Comiti. Ioanna Guilielmo tertio Hollandiæ, &c. Comiti. Lodouicus Comes Valesij, ac Alensonij sine liberis obiit. Carolus Comes fuit Alensoniorum.

D. Regi Carolo quinto successit è duobus filijs natu maximus Carolus sextus, illi Carolus septimus, huic Lodouicus vndecimus, qui veneno fratre Carolo sublato, regnum reliquit filio Carolo octauo, post quem (quòd liberis ex Anna Britona non susceptis è viuis decessisset) regnauit Lodouicus Aurelianus Rex huius nominis 12^mus. Alter Regis Caroli quinti filius Lodouicus fuit Aurelianorum Dux, qui capitales inimicitias cum Philippo Audace, eiusque filio Ioanne Intrepido exercuit, cuius tandem opera Parisiensi in vrbe est interfectus, vnde diuturnum ac calamitosum, inter Francos, Burgundos, ac Belgas bellum per 150. annos est gestum. Duxerat Lodouicus Valentinam filiam Ioannis Galeacij primi Mediolanensium Ducis, quæ ei excepta numerata pecunia in dotem attulit Comitatum Vertuzij, peperitque filios tres, qui vt patris vlciscerentur mortem, acerbissima cum Ioanne Intrepido bella gesserc. Captus Carolus Aurelianus, cum fratre Ioanne ab Anglis prælio Azincurtiano, liberatur post 25. captiuitatis annum à Philippo Bono, ducta in vxorem eius ex sorore Maria nepte, Adolphi Cliuiæ Ducis filia, quæ ei filias duas, ac filium Lodouicum peperit, qui Regi Carolo octauo sine liberis mortuo succeſſit, repudiata ob sterilitatem (vti credi volebat) Ioanna Regis Lodouici vndecimi filia, duxit Annam Britonam quæ duabus tantùm relictis filiabus viuere desiit. Maria verò soror Regis Lodouici duodecimi natu maior, nupsit Ioanni Narbonensi Nemorensium Duci filio Gastonis Foxensis. Soror altera Ioanna vxor fuit Ioannis Alensoniorum Ducis huius nominis secundi. Ioannes Engulemæ Comes liberatus Anglica captiuitate post annum 32. in vxorem accepit Mariam Rohanam, genuitque Carolum, qui Lodouicam filiam Philippi Ducis Sabaudiæ, ac Margaretæ Borboniæ vxorem duxit. Soror Caroli Ioanna nupsit Carolo Cortiuio Comiti Talleburgio.

E. Franciscus Engulemæ Comes mortuo Rege Lodouico 12. cuius filiam natu maiorem Claudiam in vxorem duxerat, Francorum fit Rex huius nominis primus. Margareta eius soror primum nupsit Carolo Alensoniorum Duci quarto, eoque sine liberis mortuo Hendrico Albretho Nauarræ Regi, peperitque filiam vnicam quæ Antonio Borbonio Vendomę Duci nupsit. Peperit verò Claudia Francisco filium Franciscum qui veneno extinctus ante patrẽ cœlebs obiit, quemadmodũ & Carolus Aurelianor. Dux. Margaretam vxorem Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis. Hendricum huius nominis Francorum Regem secundum, qui ducta Catharina Medicæa Ducis Vrbinatis filia septem ex ea genuit liberos. Franciscum secundum Regem, qui ducta Maria Scotorum Regina nullis ex ea susceptis liberis obiit. Carolum nonum Regem, qui ducta Elizabetha Austriaca Imp. Maximiliani secundi filia, vnica tantùm susceptа filia è viuis decessit. Hendricum tertium Regem, qui post fratris Caroli mortem, relicta Polonia, vbi Rex fuerat electus, in Franciam rediit, regnaque, ducta Lodouica Vaudemontana, è qua liberos dum hæc scriberem anno 1583. nondum susceperat. Cùm sacro fonte ablueretur, Alexandri nomen ei datum fuit, sed Rex factus patris nomen sumpsit. Franciscus Angium ac Alensoniorum Dux, Hercules sacro in fonte fuit appellatus, sed cum fratre nomen mutauit. Isabellam Philippi Austriaci Hispaniarum Regis vxorem tertiam, quæ duabus relictis filiabus, Isabella nimirum ac Catharina, è mundo decessit. Claudiam vxorem Caroli Lotharingiæ Ducis. Margaretam nuptam Hendrico Borbonio Nauarræ pro parte Regi.

F. Lodouicus primus Angium Dux adoptatus in filium, à Ioanna secunda Neapolis Regina ac Prouinciæ Lugdunensis Duce, profectus in Italiam haud procul Neapoli moritur, relinquens è Maria Caroli Blesensium Comitis filia, filios duos. Carolus natu minor Tarentinorum Princeps est appellatus. Lodouicus secundus Angium Dux ea in vrbe Academiam instituit, bisque in Italiam est profectus, quo paternæ adoptionis iure regnũ Neapolit. adiret. Sed cùm à Romano Pontifice impediretur, conatus eius in irritum cesſere. Duxerat Iolam filiam hæredemq; vnicam Petri Aragonum Regis. Sed huius quoque

quoque regni possessione armis exclusus, moriens multos reliquit liberos, nimirum: Lodouicum tertium Angium Ducem, qui dum Neapolim cum exercitu proficiscereтur, Regina Ioanna apparatu eius territa, Alfonsum Arragonum Siciliæque Regem in filium adoptatum contrà in auxilium euocat, ac mox mutata voluntate, quòd ab Alfonso duriùs se tractari existimaret, Lodouicum renouata adoptione reuocat, qui bellum contra Alfonsum parans, medio in apparatu moritur, nullis è Margareta, Amati Sabaudiæ Ducis filia, relictis liberis: successitque ei frater Reinerus, qui infeliciter contra Arragonios tentata belli fortuna, Italiam cum Neapoli deserere est coactus: eumque in vxorem duxisset Isabellam filiam hæredemque vnicam Caroli Lotharingiæ ac Barræ Ducis, mortuo tamen socero, vi eius è ditionibus ab Antonio Vaudemontij Comite pellitur, allegante filiabus in Lotharingia ius non esse, prælioque captus, Philippo Bono, Burgundiæ Duci, vinctus traditur. Sed facta pace liberatus, filiam natu maximam Iolam Frederico Vaudemontio, filiorum dicti Antonij natu maximo, dat vxorem; è quibus nati liberi in hodiernum diem Lotharingiæ Ducum stemma perdurat. Senex Reinerus (orbatus omnibus filiis ac nepotibus ex iis natis) hæredem omnium suarum ditionum & actionis Neapolitanæ instituit Carolum Pugnacem Burgundiæ Ducem, Frederico Vaudemontio Lotharingiæ Duci genero suo hæreditatem inuidens, donec Carolus à fortuna desertus, ac Reinerus Regis Lodouici vndecimi minis territus, dictum Regem mutatis tabulis hæredem instituerer. Obiit Reinerus octuagenarius instabilitatis fortunæ insigne exemplum. Reliqui Lodouici secundi liberi fuêre hi: Carolus Cœnomanorum Comes, liberis non procreatis obiit. Maria vxor Caroli septimi Franc. Regis. Iola vxor Francisci Britonum Ducis.

G. Ioannes Biturigum Dux genuit è Ioanna Armigniaca Ioannem Monspensierij Comitem, qui sine liberis obiit. Bonam Armigniaci Comitem vxorem Amati Sabaudiæ Ducis septimi huius nominis, eoque fatis functo Ioannis Borbonij, quem Monspensierij Comitem suis nuptiis fecit. Mariam nuptam Lodouico filio Guidonis Comitis Blosij, eoque mortuo, Philippo Artesio equitum magistro. Exinde Biturix alteram duxit vxorem, sed quæ non peperit.

H. Philippus Audax primò Turonum, deinde Burgund. Dux, in vxorem accepit Margaretam hæredem vnicam Lodouici Malani Flandr. Comitis, &c. quæ peperit, Ioannem Burgund. Ducem qui Intrepidus est cognominatus. Antonium Brabantiæ ac Limburg. Ducem, Comitem Fani D. Pauli, ac Lignij. Philippum Comitem Neuersij ac Rethellij. Margaretam vxorem Guilielmi Bauari Comitis Hollandiæ. Catharinam nuptam Leopoldo Austriæ Duci. Mariam iunctam Amato Sabaudiæ Duci primo.

I. Ioannes Intrepidus duxit Margaretam filiam Alberti Bauari Hollandiæ Comitis, genuitque Philippum Bonum Burgundionum ac Belgarum Principem inuictissimum, qui fortiter ac feliciter patris sui necem est vltus, Princepsque fuit sui temporis tam pace quàm bello clarissimus. Margaretam vxorem Lodouici Caroli sexti Franc. Regis filij natu maximi, eoque sine liberis mortuo, Archi Richemontij Britonum Ducis. Catharinam desponsatam Lodouico tertio Angium Duci, sed repudiata obiit innupta. Isabellam vxorem Comitis Ponteuræ apud Britones. Annam iunctam Ioanni Bethfordiæ Duci fratri Hendrici quinti Anglorum Regis. Mariam collocatam Adolfo Cliuiæ Duci. Agnetem vxorem Caroli primi, Borbonij Ducis: Princeps fuit fœcundissima.

K. Philippus Comes Neuersij ac Rethellij primò duxit Aleidam filiam Enguerrani Couchij domini, ac Comitis Suessonum, qui contra Turcas cum Ioanne Intrepido profectus ibi periit, è qua susceпto Philippo (qui puer obiit) cùm ipsa breui filium esset subsecuta, duxit Bonam filiam Philippi Artesij Comitis Eusij, sororem Caroli Artesij, Comitis Eusij, quæ ei peperit Carolum Neuersij Comitem, qui ducta Maria Albretha sine liberis obiit. Ioannem Estampij Comitem, ac fratre mortuo Neuersij quoque ac Rethellij, qui tres duxit vxores. Prima fuit Ioanna Alliaca Vidami Ambianensis filia, è qua susceпit Philippum, qui puer Bruxellæ obiit. Isabellam Neuersij ac Rethellij Comitem vxorem consensu Pontificis Romani Ioannis primi, Cliuiæ Ducis. Altera vxor fuit Paula Brossæa filia Comitis Ponteuræ, quæ vnicam quoque hæredem peperit. Carolam vxorem Ioannis Albrethi Orsvali domini. Tertia vxor fuit Carola Albretha soror dicti Ioannis, sed quæ non peperit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Philippus Bonus Burgundiæ Dux ac Belgarum Princeps, filius Ioannis Intrepidi Burgundiæ Ducis, nepos Philippi Audacis Burgundiæ Ducis, pronepos Iohannis Valesij Francorum Regis ac Burgúdiæ Ducis, è variis feminis quatuordecim nothos suscepit liberos, quorum hic sequitur Genealogia.

Cornelius Burgundus omnium natu maximus, vxore non ducta, prælio Morbecano contra Gandenses occubuit, relinquens è Margareta Corbaudæa, filium nothum

Philippus infans obiit.

Antonius Burgundus natus ex Iola Prellæa, fuit Beuerę dominus, duxitq; Mariam Viessuillam filiam Petri Modonis ac Tornehemi, quæ ei peperit

Philippum Burg. Beueræ dominum: duxit Annam Borfelliam Veræ, Vlissingæ, Brouuuerf hauæ ac Sandeci dominam, quæ ei peperit

Ioannem Delverdyngæ dominum, qui ducta Maria Halevuina duas tantùm reliquit filias:

Elizabetha [illegible] douico Flandr[illegible] peritque

Margareta vxor dæ domini.

Adolfum Burg. Veræ, Beuerę Vlissingæ &c. dominum, duxit Annam filiam Ioannis domini Bergarum ad Scaldim, genuit

Magdalena nupta Iodoco Crauningio.

Anna vxor Ioannis Bergij Vualhainæ domini.

Ioanna nupta Iaspari Culenburgensium domino.

Maria infans obiit.

B.

Antonius Burg. viduo patris lecto susceptus, Capellæ dominus, duxit filiã Andrei Andreæ Quæstoris Beuervuesterschelt[illegible], Vuackæ domini, è qua suscepit

Annam Burgund. vxorem Nic[illegible] sium domini.

Adolfum Burg. maris apud Zel[illegible] Iacoba Bonnera sine liberis

Antonium Burg. Vuackæ ac Ca[illegible] xit è familia Markæa.

Andream Burg. qui defunctus [illegible] nondum ducta, Bergis ad Sc[illegible]

C.

Dauid Burgundus Antistes Terouanæ, deinde Traiecti ad Rhenum.

Philippus Burg. Antistes quoque Traiecti ad Rhenum.

Maria Burgunda vxor Petri Baufremontij, Charnij apud Burgundos domini.

Raphaël Burg. Abbas Gandaui apud D. Bauonem.

Ioannes Burgundus Præpositus in Collegio D. Donatiani Brugis.

Anna Burgunda primùm vxor Adriani Borsellij Brigdami domini: deinde Adolfi Cliuij Rauastainæ domini. Neutri peperit.

Balduinus Burgũdus Falassij ac Somergemij dominus, duxit filiam Emanuelis Cerdæ Lusitani, quæ peperit

Filiæ quatuor, quarum nomina ignoro: prima nupta apud Britones Aiglæ domino: altera Vidamo Ambianensi. Tertia ac quarta Deo virginitatẽ dedicarũt.

Philippus Burgundus infans [illegible]

Maximilianus Burgundus A[illegible] desburgensis, ac posteà apud D[illegible] in Hannonia.

Carolus Burgund. Falassij ac Br[illegible] minus, duxit Margaretam V[illegible] Senescha[illegible]lli Hannoniæ filiam, [illegible]

Margareta Burgunda nupsit P[illegible] noio Molenbesij domino.

NOTHI.

Franciscus Burg. Neuvuerna[illegible] duxit filiam notham Philiberti Aurantij Principis.

Balduinus Burg. liberos mi[illegible] vxore reliquit.

Domina, quæ Lo[illegible] domino nupsit, pe[illegible]

ili Trasignij Armu[illegible]

Lodouicum Flandrensem Pratæ, Delverdyngæ ac Vuostinæ dominum, Aurei velleris Equitem, Caroli quinti Imper. Ærarij præfectum, qui ex vxore reliquit

Ioannem Flandrensem Pratæ, Delverdyngæ, ac Vuostinæ dominum, qui sine liberis obiit.

A.

pus Burgundus infans obiit.

milianus Burg. primus Veræ Marchio, ducta Lodouica ouiaca, sine liberis obiit.

icus Burgundus infans obiit.

a Burgunda bis nupsit.

oia Burgunda bis nupsit.

ba Burgunda bis nupsit.

ppus Burg. in viduitate patris creatus, Fontesij domi[illegible] as, duxit hæredem Hesdinæ domini

riesij Auvuegem en-

præfectum, qui ducta

ominum: vxorem du

præfecti classis, vxore sine liberis obiit.

Adolfus Burgundus infans obiit.

Maximilianus Burg. Fontesij dominus, sine liberis obiit.

Nicolaus Burgundus puer obiit.

Ioannes Burgundus Fontesij dominus, duxit Antoniam Validolitam; peperitque.

Martinus Burgund. Ten berge dominus, vxore non ducta, periit in Africa, infeliciter pugnans cum Sebastiano Lusitaniæ Rege, contra Fessæ Regem Mahumetanum.

Anna Burgunda nupsit Iacobo Smitio Baerlantij domino.

Lodouica Burgunda.

Antonius Burgundus Vuackæ ac Capellæ dominus, duxit Annam Bonneram, genuitque

Antonius Burgundus puer obiit.

Isabella Burgunda vxor Caroli Cottereli Lessenbossæ domini.

Maria Burgunda adhuc innupta.

D.

Iacobus Burg. Falassij dominus, primùm duxit Iolam filiam Vualrauij Brederodæ domini: deinde Iacobam Rymersvualeam, quæ filiam peperit

Elizabetham Burgundam adhuc anno 1582 innuptam.

Franciscus Burgundus sine liberis obiit.

Ioannes Burgundus Fromontij dominus, duxit Lodouicam Crouiacam viduam Maximiliani Burgundi Marchionis Verani, è qua tantùm nata Ioanna Burgunda, puella obiit.

Petrus Burgundus Protonotarius.

Carolus Burgundus Someldikij dominus, duxit Ioannam Culenburgicam, vterque anno 1582. obiit; duobus relictis filiis

Hermannus Burgund.

Ioannes Burgundus.

Helena Burgunda vxor Adriani Riselæi Fresnoij domini.

Antonius Burgundus Brigdami dominus, suscepit è Michaele Gauerensi legitima vxore, liberos tres

Ioannem Burgundum.

Petrum Burgundum.

Iolam Burgundam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPLICATIO PAVCORVM PRÆCEDENTIS GENEALOGIÆ.

A. Hic Maximilianus ab Imperatore Carolo quinto primus Veræ Marchio est factus. Soror eius Anna, primùm nupsit Iacobo Hornano: deinde Ioanni Hennino Bossui primo Comiti. Antonia primùm nupsit Carolo Crouiaco, Chimaij Principi: deinde . Iacoba primùm vxor fuit Ioannis Flandrij Pratæ, &c. domini: deinde Ioannis Cruningij.

B. Antonius Capellæ dominus post obitum soceri, eiusque filij vnici (qui vir factus, vxore non ducta, ardenti febre è viuis est abreptus) factus est nuptiis vxoris suæ, Vuackæ etiam dominus: nomen vxoris eius fuit, Maria Bruana: filius eius Antonius cùm fratri Adolfo in maris præfectura successisset, Zelandorum ciuili bello pro Philippo Rege Catholico in Vualachria pugnans tormenti globo traiectus occubuit.

C. Dauid Antistes Vltraiectensis est factus eiuratione Gisberti Brederodij, qui ab Ordine Ecclesiastico fuerat lectus, sed satagente Philippo Bono pro filio Dauide, à summo Pontifice, vt Ordinis Ecclesiastici iudicium ratum haberet, obtinere non potuit. Quare tandem certis conditionibus quas in dicti Philippi Boni vita scripsimus, iure suo cedens, dignitatem Dauidi Burgundo reliquit. Frater Dauidis Philippus Burgundus cùm aliquot annis Someldikij dominus fuisset appellatus, eo fratri Balduino tradito Antistes quoque factus est Vltraiectensis, cedente Frederico Badensi.

D. Iacobus Burgundus Falaisij Regulus, non contentus vetustis Belgarum sacris quibus fuerant vsi ab eo tempore cùm primùm reiectis Ethnicorum figmentis in Iesum Christum credidissent, Ioānis Caluini opinionibus abreptus, cùm iram Imp. Caroli quinti Belgarum Principis ea de causa natam, mitigare, nec ferre posset, in voluntarium profectus exilium Geneuam cum vxore contendit. Sed cùm ibi nouæ Religionis sacra, non adeò vt sperarat benigna esset expertus, relicta Geneua Basileam indeque Argentoratum migrauit, ac tandem è viuis decessit: vidua verò eius Iacoba Rymersvualea secundo nupsit Iacobo Iuliaco, Bergarum apud Iuliacenses domino, cuius pater filius fuerat nothus postremi Ducis Iuliacensis.

GENEA-

GENEALOGIA DVCVM BORBONII, VENDOMÆ, AC MONPENSERII.



Universidad de Deusto
Biblioteca

STEMMATIS BORBONII, AC CÆTERORVM EXPLICATIO.

A. Omissa veterum Dominorum ac Comitum Borbonij, qui Arcembaldi nomine sunt lætati, stirpis incertitudine, hanc exordiar genealogiam à postremo Arcembaldo, qui ducta Iola filia Guidonis Chastillonij ac Agnetis filiæ Aidmondi Comitis Neuersij, duabus tantùm genitis filiabus, Arcembaldicæ familiæ finem fecit. Earum natu minor Mahieldis vxor fuit Odonis, filij Hugonis Ducis Burgundiæ quarti huius nominis, idque circiter annum Christi 1270. sterilique matrimonio obiit. Agnes natu maior, nupsit Ioanni filio natu secundo dicti Hugonis Burgund. Ducis, peperitque filiam vnicam Beatricem vxorem nostri Roberti Clermontij apud Bouuasios Comitis, filio Lodouici Sancti Francor. Regis, qui omissis omnibus Titulis Comitem sese Borbonij ac successores appellari voluit, à quo, ducta in hodiernum diem, Borboniorum, Monpensteriorum, ac Vendomiorum genealogia, regij sanguinis ortu superbire videmus. Peperit verò Beatrix Roberto filios tres, ac totidem filias. Lodouicus filiorum natu maximus à Rege Philippo Valesio anno 1328. primus Borbonij Dux est renunciatus, duxitque Mariam filiam Comitis Hannoniæ, quæ ei liberos quinque peperit. Ioannes eius frater Comes fuit Charoloi ac dominus Fani D. Insti in Campanga. Blanca soror natu maxima vxor fuit Comitis Bolonię ac Aruernę. Margareta innupta obiit. Maria Christo virginitatem dedicauit.

B. Ioanna nupsit Ioanni Comiti Forestano· Maria Guidoni, Hugonis Cyprij Regis filio natu maximo, eoque mortuo, Roberto Principi Tarentino Neapolitanorum Regi. Beatrix vxor fuit filij natu maximi Philippi Principis Tarentini. Iacobus Marcæ, Clermontij, ac Pontiaci Comes Equitum magister (Connestablum Franci appellant) duxit Ioannam Comitis Fani D. Pauli filiam, quæ peperit Ioannem Marcæ Comitem, qui ducta filia hæredeque vnica Ioannis Vendomij, oriundi à Normannis ac Andegauensibus, factus est post mortem soceri Comes Vendomæ, Castresij, Lusignani, Espernomij ac Bretencortij, genuitque Ioannem qui infans obiit. Iacobum Marcæ Comitem qui à Ioanna Neapol. Regina ad nuptias vocatus, dum eò profectus verba sibi dari conspicit in Gallos reuersus Besanconi tonsæ religioni vitam vouit. Lodouicum filiorum natu maximum Vendomiæ Comitem, qui egregiam operam Regi Carolo septimo contra Burgundos ac Anglos præstitit, ductaque filia reguli Lauali apud Britones, genuit filium Ioannem Vendomæ Comitem huius nominis secundum, qui ex vxore suscepit Ioannam vxorem Ioannis Borbonij, sed qui liberis non procreatis obiit. Carolinam iunctam Engelberto Cliuensi Neuersiorum Duci. Franciscum Vendomæ Comitem, ac Lodouicum Principem Rupis ad flumen Ionam, de quo mox hic Franciscus Regem Carolum octauum expeditione Neapolitana est comitatus, sed in reditu Vercellis obiit, relictis quatuor liberis è Maria Lutzenburgica, cui anus fuit Lodouicus Parisiis iussu Regis Lodouici 11. capite plexus, nimirum Francisco Fani D. Pauli Comite qui Tuteuillæ Ducem in vxorem accepit. Antonia vxore Claudij Lotharingi Guisianorum Ducis, quæ multos peperit liberos. Filia natu minima Abbas fuit Fontenaij. Carolo Vendomiorum Comite, qui à Rege Francisco Valesio huius nominis primo creatus est primus Vendomiorum Dux, duxitque Lodouicam Reineri Ducis Alensonij filiam, quæ ei peperit filios quinque, ac filias tres: nimirum, Franciscum Comitem Anghianum, qui prope Cerisolas cum Guasta Marchione Imperatoris Caroli quinti legato confligens, victoriam memorabilem à Paulo Iouio copiosè ac eleganter in historia descriptam obtinuit. Sed dum Rupis ad flumen Ionam ludo paruæ pilæ cum reticula se exercet, deiecta è proxima fenestra arca ceruicem ei fregit: cœlebs moriens anno 1545. Carolum Borbonij Cardinalem. Ioannem mortuo Francisco Anghiani Comitem, qui cœlebs periit prælio ad Fanum D. Quintini in Veromanduis anno 1557. facto. Antonium filiorum natu maximum Vendomæ Ducem, qui duxit Ioannam Albretham filiam ac hæredem Hendrici Albredi Nauarræ Regis ac Margaretæ Engulemensis. Regnante apud Francos Carolo nono abdicata Picardia, Aquitaniæ gubernationem accepit, ciuilique Gallorum contra Regem ac religionem bello Regias defendens partes dum vrbem Rothomagensem, quam coniurati inuaserant, pro Rege oppugnat, tormento è muris ictus occubuit, vix quadragesimum attingens annum, duobus tantùm relictis liberis, Hendrico sicuti Vendomæ Duci, ac pro parte Nauarræ Regi, qui duxit Margaretam Francicam, filiam Regis Hendrici secundi, ac Catharinæ Medices; ac filiam Margaretam. Lodouicus filiorum Ducis Caroli natu minimus Condati Princeps, primis nuptiis duxit Leonoram Rhiensem, quæ ei peperit Hendricum Condati Principem, qui Ducis Neuersij filiam in vxorem duxit: Franciscum Conti Marchionem, ac Carolum. Alteris nuptiis duxit Franciscam Aurelianensem Longeuillæ Ducis filiam, quæ ei peperit Carolum Suessonum Comitem. Lodouicus ac Beniamin infantes obiêre. Ipse Lodouicus initio coniurationis Dux rebellium factus, conflictu Passacensi, contra regios Duces improsperè pugnans periit.

C. Petrus Borbonij Dux in vxorem accepit Isabellam Valesiam, Caroli Comitis Valesij filiam; periitque anno 1356. pugna Pictauiensi infeliciter cum Ioanne Valesio Francor. Rege contra Anglos pugnans, relictis filiis duobus, ac septem filiabus. Ioanna vxor fuit Franc. Regis Caroli quinti. Blanca Petri Castellæ Regis ac tyranni, à quo & iugulata fuit. Natu minima nupsit Godefrido Ioannis tertij Brabant. Ducis filio. Filius secundo loco natus fuit Iacobus Marcæ Comes, qui cum vnico filio Petro prope Lugdunum contra seditiosos milites tempore Regis Ioannis Valesij malè pugnans, post tertium diem, vulneribus confectus, Lugduni cum filio obiit. Lodouicus filius natu maior Borbonij Dux huius nominis secundus, duxit Annam filiam, hæredemque Berautij Aruernorum Delphini, gessitque cum Philippo Audace curam ac tutelam Franc. Regis Caroli sexti, morientisque anno 1410. reliquit ex vxore filium Lodouicum, qui ætatis suæ anno decimosexto obiit. Iacobum Prausij dominum, cuius filius prælio Azincurtiano periit. Ioannem Borboniæ Ducem, de quo in litera E.

D. Lodouicus Princeps Rupis ad flumen Ionam, ducta Lodouicæ filia, hæredeque vnica Gilberti Borbonij, quintus est factus Monpensterij Comes, reliquit Carolum Principem Rupis ad Ionam. Susannam vxorem domini Riussij. Lodouicum natu maximum primum Monpensterij Ducem, qui ducta Iacoba, filia domini Girij, è familia Challonnica, genuit Franciscum Monpensterij Ducem, dum pater viueret, Comitem Delphinum Aruernæ appellatum. Franciscam vxorem Ducis Bullonij. Ioanna Deo virginitatem Fonteraui dedicauit. Carolinam Iouarrensem Antistitem, sed quæ eiurata religione tertia vxor Guilielmi Nassauuij Aurantij Principis est facta, peperitque ei cùm hæc scriberem, anno 1582. filias sex, pauloque pòst morbo è viuis decessit.

E. Ioannes Borbonij Dux cùm duxisset Bonam, filiam hæredemque Ioannis Biturigum Ducis fratris Franc. Regis Caroli quinti, factus est Monpensterij Comes ac Aruerni Delphinus, genuitque Lodouicum ac Carolum. Lodouicus natu minor Comes Monpensterij est factus, primaque vxore sterili matrimonio defuncta genuit è Gabriele Turensi Gilbertum Monpensterij Comitem, qui duxit Claram Gonzagensem filiam Frederici Ducis Mantuani. Relictus à Rege Carolo octauo Vicerex Neap. ibi obiit, his è Clara relictis liberis. Lodouicus patrem non ita dudum Neapoli morte est subsecutus. Carolus Susannæ Borboniæ maritus, qui in oppugnatione vrbis Romæ periit. Franciscus Castellerautij Dux, qui anno 1515. pugna Marignana nullis relictis liberis occubuit. Lodouica vxor Lodouici Principis Rupis ad Ionam. Reinera nupsit Antonio Lotharingiæ Duci. Carolus Ioannis Borbonij filius natu maior, Dux fuit Borbonij huius nominis primus, duxitque Agnetem filiam Ioannis Intrepidi Burg. Ducis: cumque longo tempore partes Regis Caroli septimi secutus contra Anglos ac Philippum Bonum Burgundionum Belgarumque Principem pugnasset, tandem opera vxoris Agnetis cum Philippo Bono pacem facit moriens anno 1456. suscepit Lodouicum ac Iacobum, qui infantes periere. Carolum Borbonij Cardinalem. Lodouicum Episcopum Leodiensem. Ioannem natu maximum Borbonij Ducem, qui ter ducta vxore liberis è nulla procreatis obiit. Petrum Borbonij Ducem Susannæ patrem, de qua in sequenti litera. Ioannam vxorem Ioannis Challonnij Aurantij Principis. Catharinam nuptam Adolfo Egmondano Geldriæ Duci. Isabellam coniugem Caroli Pugnacis Burgundionum ac Belgarum Principis, matrem filiæ eius Mariæ. Margaretam iunctam Philippo Sabaudiæ Duci. Mariam primò nuptam Ioanni Calabriæ Duci, deinde Gastoni Foxensi.

F. Petrus Borbonij Dux genuit ex Anna filia Lodouici vndecimi Franc. Regis vnicam quoque filiam Susannam, quæ Carolo Monpensterij Comiti nupsit, eumque suis nuptiis Borbonij Ducem fecit. Sed cùm derelicto Francisco primo Francorum Rege ad Carolum quintum Imperatorem defecisset, eius auspiciis vrbem Romam oppugnans, paucis ante expugnationem horis inter primos pugnam acerrimè ciens, nullis relictis liberis plumbea glande traiectus occubuit: cumque posteà & Susanna supremum obiisset diem, Rege Borboniam sibi vendicante, Vendomæ Duces arma, titulumque iure cognationis retinuere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

STEMMA PRINCIPVM SABAVDIÆ.



EXPLI-

A. Beroaldvs filius natu minimus Hugonis Saxoniæ Ducis, fortunam quæsiturus anno 998. in inferiorem Burgundiam ad Regem Rodolfum venit, à quo propter expertam virtutem Comitatu Moriennæ est donatus, ductaque ibi vxore, filium genuit Humbertum Moriennæ Comitem, qui ducta Adelheida filia, hæredeque Marchionis Suzæ, hunc Marchionatum posteris in hunc vsque diem hæreditarium reliquit. Successit huic filius Amatus seu Amadeus, qui ex Anna Burgundica genuit Amatum, ac Humbertum secundum Moriennæ Comitem, qui ditionem Tarentesiacam (Centrones à veteribus appellati) armis obtinuit: profectusque in Asiam contra Mahumetistas, ibi è vitis decessit, relinquens ex vxore Laurentia Comitis Venicæ filia Adelheidam vxorem Lodouici Crassi Franc. Regis, ac Amatum secundum, qui ab Imp. Hendrico quarto (quem Romam corona aurea redimiendum fuerat comitatus) primus Sabaudiæ Comes est renunciatus, quem exinde Titulum Moriennæ prætulerunt, obiitque anno 1086. in Cypro, relicto è Guignona filia Comitis Albaniæ Humberto tertio, qui è tertia vxore Petronella Comitis Burgundiæ filia ac Austriæ Ducis vidua, vnicum genuit filium Thomam, comitatusque Francorum Regem Philippum Augustum contra Saracenos in itinere morieur, filio Thoma infante relicto, quem auunculus Burgundiæ Comes honestissimè educatum cùm adoleuisset, in Comitatu Sabaudiæ statuit.

B. Duxit hic Thomas Beatricem filiam Guidonis Geneuæ Comitis inuito socero, à quo bello vexatus ita se defendit, vt ad extremam socer redactus necessitatem, ei fidelitatis sacramentum dicere, ac Geneuam Comitum Sabaudiæ beneficium facere, successoresque omnes se eorum clientes agnoscere cogeret. Peperit Beatrix liberos decem: Humbertum, qui cum magno Prussiæ magistro contra damnatorum deorum cultores pugnans, anno 1235. perit: Gulielmum Antistitem Viennensem, Amatum Anachoretam, Bonifacium apud Anglos Antistitem Cantorbiensem, Beatricem vxorem Raimondi Comitis Prouinciæ Lugdunensis, quorum filia nupsit Carolo Neapol. ac Siciliæ Regi fratri Francorum Regis Lodouici Sancti, atque hinc actio Ioannæ Reginæ Neapolis, in Prouinciam Lugdunensem. Margaretam quæ in Germania nupsit. Amatum filiorum natu maximum Sabaudiæ Comitem huius nominis tertium, cuius prima vxor filia fuit Delphini Viennensis, quæ sterilis obiit. Cæcilia altera vxor filia fuit Reinoldi Comitis Fani D. Ægidij, peperitque Bonifacium Sabaudiæ Comitem, qui infeliciter contra Montisferrati Marchionem pugnans, captus in carcere cœlebs obiit. Petrum Sabaudiæ Comitem, qui etiam cœlebs fratrem paulò pòst est secutus. Philippum qui desertis sacerdotiis Comes sit Sabaudiæ, ductaque Adelheida Burgundica liberum natis, aqua intercute periit. Constantiam, quæ quanquam fratres ætate superaret ac superuixisset, in Sabaudiæ tamen Comitatu non succesit (filias enim imperio arcent) sed Amatus patruelis, de quo nunc est scribendum.

C. Thomas secundus duxit Ioannam Flandriæ Comitem filiam Comitis Balduini noni, sed quæ sterilis obiit. Deinde filiam Fresconis Genuensis, quæ ei filium peperit Amatum quartum Sabaudiæ Comitem, patruelibus sine liberis mortuis. Nominatus est ab Imp. Hendrico septimo Imperij Princeps, ductaque Sibylla Comite Brisgoiæ ac Bressæ, has regiones veteribus coniunxit, morienique anno 1323. reliquit Eduardum Sabaudiæ Comitem, qui è Ducis Burgundiæ filia, vnicam tantùm suscepit filiam ac hæredem Margaretam vxorem Ioannis filij Arthi Richemontij Britonis, quare in Sabaudiam frater Amatus quintus succesit, qui ex Iola filia Marchionis Montisferrati genuit filiam nuptam Galeacio Burchgrauio Mediolanensi, ac filium Amatum sextum Sabaudiæ Comitem, auctorem Ordinis Equitum, qui pro tessera gaudent signo Annunciationis D. Virginis matris. Huius Amati tempore, Humbertus Viennæ Delphinus, Delphinatum Ioanni Valesio Francorum Regi testamento reliquit, addita conditione, vt Delphini titulo regius semper filius natu maximus insigniretur, frustrà pro Comite Amato

fanagentibus Sabaudiæ Ordinibus. Moritur anno 1383. relicto è Bona foroie Ludouici Ducis Borbonij Amato feptimo, de quo nunc.

D. Amatus feptimus Comes Sabaudiæ anno 1416. in Concilio Conſtantienſi ab Imp. Sigiſmundo, primus Sabaudiæ Dux eſt nominatus, traditaque filio Ludouico Ducatus gubernatione vitam eſt amplexus monaſticam, paulóque póſt ſummus Pontifex creatus, curata mox dignitate, Cardinalatus titulo contentus vitam finiuit, cùm anteà filiam Mariam Philippo Mariæ, Burchgrauio Mediolanenſi connubio iunxiſſet. Filius Ludouicus ſuſcepit ex Anna filia Ioannis Cypri Regis Ludouicum, qui Carolam filiam hæredemque Ioannis Cypri Regis duxit, ſed Ægyptij Sultani armis repulſus (qui Iacobum vxoris Ludouici fratrem nothum iuuabat) regni poſſeſſione obtinere non potuit, eandemque Anachoreta quoque factus ſine liberis obiit. Frater eius natu maximus Amatus octauus Sabaudiæ Dux partes Caroli Pugnacis Burg. Ducis contra Francos exſtitit, cùm tamen duxiſſet Iolam filiam Francorum Regis Caroli ſeptimi, quæ et ſibios tres peperit. Philibertum Sabaudiæ Ducem, qui Lugduni cœlebs obiit. Carolum Sabaudiæ Ducem, qui è Blanca Montisferratenſi filium vnicum, qui puer obiit, ſuſcepit. Philippum Sabaudiæ Ducem, qui primis nuptiis duxit Margaretam filiam Caroli Ducis Borbonij primi huius nominis, quæ filium peperit Philibertum, qui ducta Margareta Imp. Maximiliani primi filia ſine liberis obiit. Ex altera vxore genuit Philippum Genouæ Comitem. Lodouicum vxorem Caroli Comitis Engulemæ parentes Francisci primi Franc. Regis. Philibertam nuptam Iuliano Medicco Senatori Florentino. Carolum Sabaudiæ Ducem, qui è Beatrice filia Emanuelis Lufitaniæ Regis, genuit Carolum & Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem, qui pulſus à Franciſco primo Franc. Rege in Belgas ad Imperatorem Carolum quintum fugit, ac abeius demum filio Philippo Hiſpaniarum Rege cùm pace cum Franco facta, anno 1559. eſt in Ducatu reſtitutus, in quo exinde nemine amplius ei negotium facſſente Dux vixit, feliciterque regnauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

STEMMA ALENSONIORVM.

Petrus filius Lodouici Sancti Francorum Regis à patre primus fit Alenſonij Comes. Verùm non ſuſcipiens è Ioanna Bloſia, præter filiam Mahtildim alios liberos, ditio Alenſonia ad Regem rediit, quòd in ea filiabus ius eſſe noluit. Philippus tertius Francor. Rex Lodouici Sancti quoque filius, Carolum filium natu minimum Alenſonij fecit Comitem, qui ter vxorem duxit. Prima fuit Clementia filia Caroli ſecundi Neap. ac Siciliæ Regis, quæ ei in dotem attulit ditionem Cœnomanorum, ac Andegauenſium, peperitque Regem Philippum Valeſium. Altera fuit Catharina filia Imperatoris Conſtantinopolitani, quæ Margaretam peperit. Tertia fuit Mahtheldis filia Guidonis Comitis Fani D. Pauli, quæ quinque liberos peperit, quos in Genealogia Capeti Francorum Regis inuenies, cùm hîc eos tantùm ſcribam, qui Alenſoniis præfuêre. Obiit verò dictus Carolus Valeſiorum ac Alenſoniorum Comes, anno Chriſti 1325.

- Lodouicus Comes Valeſij, Carnutum ac Alenſonij, ſine liberis obiit, ſucceſſitque illi frater.
- Carolus anno 1329. in Comitatu Alenſonij, duxitque Mariam filiam natu maximam Caſtellæ Regis, quæ Eſtampij Comitatum in dotem attulit. Periit anno 1346. pugna Cretiaca, infeliciter contra Anglos pugnãs cum fratre Philippo Valeſio Francorum Rege, tribus relictis filiis:
  - Petrus Alenſonij Comes genuit ex Margareta Burchgrauia Baumontij ——
  - Lodouicus Eſtãpij Comes.
  - Robertus Perchæ Comes.
    - Ioannes Alenſonij Comes renunciatus eſt à Rege Carolo ſexto primus Alenſoniorum Dux, periitque anno 1415. prœlio Azincurtiano malè cum Anglis pugnãs, relinquens ex Ioanna filia Ioannis Britonum Ducis filium.
      - Ioannes ſecundus Alenſonij Dux, duxit Iohannam filiã Caroli Aurelianenſiũ Ducis, quæ tres peperit liberos:
        - Reinerus Alenſonij Dux ac Perchæ Comes, duxit Margaretam Lotharingicã è Vaudemontiorum familia ortam, quæ filium tantùm peperit ——
          - Carolus Alenſoniorum Dux, &c. duxit Margaretam filiam Caroli Comitis Engulemæ. Fuga elapſus pugna Ticinenſi, in qua Franciſcus primus Francorum Rex auſpiciis Caroli quinti Imperatoris, ab eius Ducibus eſt captus, paulò póſt domi ſine liberis obiit. Ducatus verò Alenſoniorum in dicti Regis poteſtatem peruenit, marſitque donec eius ex filio Hendrico nepos Rex Carolus nonus eundem fratri Franciſco natu minimo, pro hæreditaria concederet portione, qui eum hoc anno 1583. vxore, cùm hæc ſcriberem, nondum ducta poſſidet.
        - Anna nupſit Guilielmo decimoſexto Monfetratenſium Marchioni.
        - Iſabella Alenſonia.

STEM-

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERIES DVCVM QVI APVD BRITONES IMPERARVNT.



EXPLI-

A. CVM Normanni Galliam infestis armis vexarent, Britonum Reges iis bello impares, non pauca regni oppida amisere, Nobilitasque in partes scissa, Salomonem Regem cum filio Albigeone per insidias trucidat, singuliq; ad regnum aspirantes, cum ferre par parem nollet, tandem obliterato Regis titulo, Godefridum Intrepidum Britonum Comitem communi consensu renūciant, qui vt res suas confirmaret, vxorem ducit Hennonam filiam Richardi Intrepidi Normanniæ Ducis. Regum Britonum seriem sciens omitto, quòd incertè à scriptoribus tradita, parum ad rem nostram faciat. Peperit Hennona liberos quatuor. Eudo filiorum natu minimus Comes Porthurtij duxit Bertam filiam Conani è fratre Berengario nati. Iuditha nupsit Richardo Normanniæ Duci huius nominis secundo. De Berengario ac Alano, seperatim est dicendum.

B. Alanus filiorum Godefridi Intrepidi natu maximus Britonum Comes duxit Constantiam filiam Guilielmi nothi Ducis Normanniæ occupatoris regni Angliæ, eaq; defuncta sororem Tibaldi Blesij Comitis, paulòq; post tertiam Comitem Andegauensem. Sed cùm liberi ex his suscepti ad pubertatem non peruenissent, è concubina Iuditha filios tres reliquit: Guerechum Comitem Nannetum: Hennonem natu minimum, qui victo occisoque patruele Conano fratrum suorum interfectore, Britonum Comes est factus, decessitque è viuis nullis relictis liberis. Holem nothorum natu maximus Britonum Comes cum fratre Guerecho per insidias à patruele Conano captus, veneno est extinctus, relicto vnico filio etiam notho Iudiciali Nannetum Comiti, qui ducta vxore breuis æui Princeps sine liberis obiit.

C. Berengarius filius etiam Godefridi Intrepidi Princeps Renesij filium ex vxore genuit Conanum Britonum Ducem, posteaquam veneno extinxisset nothos patrueles Holemum ac Guerechum. Sed pugnans contra eorum fratrem Hennonem prælio victus occiditur, relictis ex vxore quatuor liberis. Godefridus huius nominis secundus Britonum Comes, sine liberis obiit. Iudicialis Antistes Nannetum. Filia natu minima nupsit Godefrido Plantageneslo, qui mortuo Eudone ac Berta, Comitatum Britonum occupauit, excluso eorum filio Conano Richemontij Comite, relinquuntq; filiam vnicam Adelheidam, quæ Hendrico Anglorum Regi filio Guilielmi nothi Normanniæ Ducis nupsit: sed cùm ante patrem liberis non genitis decessisset, Britonum Comitatus (Hendrico Anglorum Rege mortuo) cessit Conano Richemontij Comiti Eudonis ac Bertæ filio iam sæpius nominato, qui ex vxore Margareta reliquit filiam hæredemque vnicam Constātiam vxorem Ioannis filij natu minimi Anglorum Regis, qui cum socero Conano pro Britonū Comitatu armis decertauit, allegās se hæredē fratris Plantageneslo Britonū Comitatu armis decertauit, allegās se hæredē fratris Plantageneslo Conano pro Britonū Comitatu armis decertauit, allegās se hæredē fratris Plantageneslo iustuis esse, quàm socerum Conanum. Hic Ioannes primus Britonum Dux vocari cœpit, genuitque è Constantia Arthum, Leonoram, qui mortuo patre impuberes à pāpit, genuitque è Constantia Arthum ac

mouicum, quæ duos peperit filios, deinde Iolam filiam Amaurij Comitis Narbonæ ac Montfortij, Burchgrauij Biturigum ac Carcassonæ, è qua filium vnicum ac filias quatuor suscepit. Filius dicti Arthi Ioannes natu maximus, è prima vxore natus, Britonum Dux, cum è tribus vxoribus liberos non suscepisset, testamento hæredem scripsit in assem Ioannam fratris germani Guidonis filiam hæredemque vnicam, causam sanguinarij belli: qui Guido Ioannam susceperat, ex hærede ac filia vnica reguli Vaugorij, duxitque eam Carolus Blosius, vnde inter Ioannem Montfortij Comitem ac hunc Carolo pro Britonum Comitatu acre bellum est ortum, in quo occumbente tandem apercum successoribus retinuit.

E. Diximus superiùs Arthum Britonum Ducem è secunda vxore Iola, suscepisse filium ac filias quatuor. fuère autem hæ: Natu maxima nupsit Comiti Barrensi. Altera regulo Lauallensi. Tertia Comiti Vendomæ. Quarta Deo virginitatem dedicauit: filius verò Ioannes Montfortij Comes, contempto fratris Ioannis testamento, asseuerabat filiabus in Britonum Ducatu ius non esse, bellumque hac de causa contra Carolum Blosium suscepit: sed blandis à Rege verbis Parisios vocatus, ac in carcerem coniectus, ibi obiit, Rex enim Blosio fauebat. Vxor huius Ioannis fuit Margareta filia Lodouici Comitis Neuersij, qui filius fuit Roberti Berthunensis Flandriæ Comitis, quæ ei filium Ioannem peperit Britonum Ducem huius nominis quartum, posteaquam conserto prælio Carolum Blosium vicisset ac occidisset: duxitque Ioannam filiam Caroli improbi Nauarræ Regis, è qua septem liberos suscepit, obiitque Ioannes anno 1400. Philippo Audace Burgundionum Duce, liberorum suorum Tutore nominato: filiaque Ioannis natu maxima nupsit Alano Burchgrauio Rohanensi. Altera Ioanni primo Alensoniorum Duci. Tertia Comiti Armignaco. Ægidius filiorum Ducis Ioannis natu minimus cœlebs Auxertæ obiit anno 1412.

F. Ioannes natu maximus filiorum Ioannis, Dux Britonum quintus huius nominis, duxit Margaretã filiam Caroli sexti Franc. Regis, morienſq; anno 1442. reliquit Franciscum huius nominis primum Britonum Ducem, qui priore vxore sine liberis mortua, duxit Isabellam Scotorum Regis filiam; morienſque anno 1450. duas tantùm reliquit filias. Margareta nupsit Francisco, filio Richardi Comitis Estampij cognato suo, eumque (vt statim dicam) Britonum effecit Ducem. Mariam duxit Burchgrauius Rohanensis, Francisci primi frater. Petrus Britonum quoque Dux, duxit Franciscam Ambosæam filiam Lodouici Burchgrauij Touarræ, liberisque non genitis, moritur anno 1457. Alter Francisci primi frater Ægidius Rosei regulus, Franciæ Marscalcus (sic castrorum vocant prefectum) elisis iussu fratris Francisci faucibus è mundo decessit, quòd nullis rationibus induci potuisset, vt desertis Anglis (qui eo tempore Francos acerbo vexabant bello) Francorum Regi operam nauaret.

G. Arthus etiam Ducis Ioannis quarti filius Richemontij Comes, ac apud Francos Equitum magister, mortuis filiis fratris sui Ioannis sine liberis masculis, Britonum Dux est factus, duxitque primùm Margaretam Burgundicam Ioannis Intrepidi Burgundiæ Ducis filiam: deinde Annam Lutzenburgicam, nullisque ex vtraque susceptis liberis obiit anno 1450.

H. Richardus tertius Ducis Ioannis quarti filius, Comes Estampij, genuit filium vnicum Franciscum, post mortem patrui sui Arthi Britonum Ducem: duxit Margaretam Francisci primi patruelis sui Britonum Ducis filiam, qua sine liberis mortua duxit Margaretam Foxensem filiam Gastonis Nauarræ Regis, quæ filium peperit, qui infans obiit, ac filias duas. Isabella innupta obiit. Anna nupsit Carolo octauo Francorum Regi; eoq; sine liberis mortuo, Regi Lodouico duodecimo, cui filias duas peperit, à quo tempore Britones Francorum regno sunt coniuncti, nec in hunc vsque diem diuelli potuere. Hic Franciscus Carolo Pugnaci Burgundiæ Duci, multisque aliis Francorum Proceribus iunctus, bellum gessit contra Lodouicum vndecimum Francorum Regem.

PICTO

PICTONVM AC AQVITANIÆ PRINCIPVM STEMMA.

- A. Eblo obiit anno 911.
  - Eblo 1. genuit ex Aleida
    - Guilielmũ, cui natus est ex Gerlona
      - Guilielmus 2. obiit anno 1026. relinquens ex Adomalda vxore
        - Guidonem, qui obiit anno 1041. suscepit ex vxore Aldenarda,
          - B. Guilielmum tertium, qui duas duxit vxores, ex quibus ei sunt nati
            - Guilielmus quartus Dux Aquitaniæ.
            - Raimondus Comes Pictonum.
            - Hendricus sine liberis obiit.
            - Ex altera vxore,
            - Hugo Aidmondus Comes Tolosatiũ.
    - Eblo Antistes Lemouicũ

TOLOSATIVM STEMMA.

- C. Raimondus primus Tolosarium Comes, reliquit filiã ac hæredẽ vnicam vxorem
  - Guilielmi tertij Aquitaniæ Ducis, idq; anno 1052. peperitq;
    - Hugonẽ Aidmondum Tolosatium Comitẽ, sed qui ditionem vendidit patruomagno, qui genuit
      - Bertrandum.
      - Guilielmum.
      - Alfonsum Tolosæ Comitem
    - Raimõdus Toloſę Comes, è quo est natus
      - Raimondus Tolosæ Comes, ex quo est natus
        - D. Raimondus quartus Tolosæ Comes, tantùm reliquit filiã hæredemque vnicam, nomine
          - Ioannam Tolosæ Comitem, quæ duxit Alfonsum, fratrem Lodouici Sancti Fracorum Regis, sed liberis non procreatis obierunt. ex quo tempore Tolosa regno Franciæ est iuncta.
        - Balduinus.

IN PRÆCEDENTIA STEMMATA.

A. Circiter annum Christi 875. Nortmannis Gallias vastantibus Carolus Caluus Francorum Rex ac Rom. Imp. eorum rabiem repressurus, viris fortibus è clara stirpe ortis beneficiario iure regni ac imperij aliquot ditiones vrbesque dono dedit: horum è numero fuit Arnulfus, deinde Guilielmus, quibus vrbem Pictauiensem dedit. Sed cùm vterque contra Nortmannos pugnans, cecidisset, tertio Aquitaniam cum Pictauis dedit Ebloni cuidam, qui ducta filia Hendrici Saxoniæ Ducis genuit Eblonem 2. qui ex Aleida genuit Guilielmum Ducem Aquitaniæ, Pictauorum ac Aruernorum, qui e Gerlona filia Rodolfi primi Nortmanniæ Ducis, genuit Guilielmum 2. qui primò duxit Agnetem quæ non peperit, deinde Adomaldam quę peperit Guidonem. Iple admodum senex obiit anno 1026. in Abbatia D. Cypriani apud Pictones vitam ibi amplexus monasticam.

B. Guilielmus tertius Aquitaniæ ac Pictonum Dux, dictus quoque Godefridus, primò duxit Gilbonam Nortmandicam quę filios quatuor peperit, deinde filiam Raimondi primi Tolosæ Comitis, quæ filium vnicum Hugonem Aidmondum peperit. Filius eius Raimondus Pictonum Comes, in Palæstina contra Saracenos bellans, cùm anno 1131. filiam Principis Antiocheni vxorem duxisset, sine liberis moriens fratri Guilielmo Pictonum reliquit Comitatum. Guilielmus quartus Aquitaniæ Dux Comes Pictonum, cùm filias tantùm duas genuisset, monasticũ amplexus ordinẽ condito testamẽto voluit Leonoram filiam natu maiorem nubere Lodouico iuniori filio natu maximo Lodouici Crassi Franc. Regis, eique in dotem adferre Aquitaniam ac Pictauos: filiam verò alteram bona sua Burgundica possidere. Posthæc factus Anachorita Guilielmensium Ordini initium dedit. Lodouicus iunior è bello Syriaco domum reuersus, cùm Leonora non placuisset, nuptias eius repudiás, dicit ob sanguinis propinquitatem eam sibi ducere non licere. Leonora verò nupsit Hendrico Anglorum Regi filio Godefridi Martelli, quorum liberi ac nepotes semper in Aquitaniam (quam Franci Guiennam vocant) ac Pictauos

ius suum retinuere, fuitque hæc causa ac occasio veteris odij, ac tot calamitosorum bellorum, quæ inter se Franci ac Angli gessère. Subsequentes verò Francorum Reges egrè ferentes Lodouicum iuniorem tam vtiles regno nuptias imprudenter spreuisse, priuatosque affectus publica vtilitate potiores habuisse, vt iustam bello causam prætenderent, Anglosque Aquitania ac Pictauis excluderent, allegabant ea Francici regni beneficia esse, quæ Anglorum Rex Hendricus, occiso crudeliter ac impiè cognato Artho Britone, perdidisset, lata contra Hendricum Regem hac de causa in Curia Parisiensi iuridico ordine sententia, bonisque eius beneficiariis omnibus fisco Gallico addictis. Sed Angli de sententia ad gladios appellantes, longo tempore non solùm Aquitaniam cum Pictauis, sed magnam quoque regni Francici partem possedere, donec intestinis fracti seditionibus tandem à Francis vniuersa pulsi Gallia in antiquũ repellerentur maritimum carcerem, posteaquam inter se non minoribus cladibus quàm odiis per quadringentos fermè sæuissent annos.

C. Vti volũt Francici scriptores tempore Hugonis Caperi, vixit primus Tolosatium Comes Raimondus, frater Raimondi Comitis Fani D. Ægidij, duxitque Ioannam filiam Comitis Constãtiæ ac Perchæ, è qua vnica tantùm susceptа filia ac hærede desponsat anno 1052. Guilielmo tertio Aquitaniæ Duci, generantque filium vnicum Hugonem Aidmondum Comitem Tolosatium, qui eum vendidit Patruo magno Raimondo Fani D. Ægidij Comiti, qui repulsis Anglis bello Tolosates inuadentibus ob ius Leonoræ prædictæ Comes mãsit Tolosatium ac Fani D. Ægidij, tribus genitis filiis. Bertrandus cum exercitu anno 1109. Tripolim profectus, fratri Tolosam reliquit. Guilielmus cùm Tolosates annos 14. gubernasset, sine liberis obiit, succedente fratre Alfonso, qui in Syriam cum exercitu profectus, accepto ibi veneno, obiit quatuor susceptis liberis. Filius natu maximus infans obiit. Filius alter ac filia à Saracenis capti post patris mortem ibi interiere. Raimondus Tolosatium Comes bellum gessit cum Anglis ius in Tolosam allegantibus. Primò duxit Beatricem filiam Delphini Viennæ, quæ non peperit: deinde Constantiam filiam Lodouici Crassi Franc. Regis, quæ duos peperit filios: Raimondum tertium Tolosatium Comitem, qui Albigeosorum hæresim fouens in Orthodoxos tyrannidem exercuit. Primò duxit Beatricem filiam Burchgrauij Leserij, eaque repudiata, posteaquam filiam suscepisset, duxit filiam Regis Cypri; qua etiam repudiata, tertiò duxit Ioannam filiam Hendrici Regis Angliæ, cedente Rege omne ius quod in Tolosates habebat, subitò moriens anno 1222. duobus è Ioanna Anglica relictis liberis, è quibus Richardus infans obiit. Balduinus Raimondi tertij frater, Comes Monsferrandi, à fratre est interfectus, quòd hæresim Albigeosorum abiurasset.

D. Raimondus quartus Tolosatium Comes, diu quoque Albigeosorum hæresim est professus. Sed tandem sacrosancto Veneris die, qui Paschæ festum proximè præcedit, publicè pœnitentiam est professus nudo capite ac pedibus, linea tantùm supra nudum corpus indutus veste, præsente Lodouico Sancto Francorum Rege ac duobus Cardinalibus. Profectus in Syriam contra Saracenos in itinere obiit anno 1249. relicta è filia Regis Arragoniæ, filia ac hærede vnica Ioanna Tolosatium Comite, quæ nupsit Alfonso fratri Regis Lodouici Sancti. Sed vtroque sine liberis extremum diem claudente, Tolosa regno Franciæ fuit coniuncta, vt conuentum fuerat Raimondo pœnitentiam faciente, cui in hunc vsque annum 1583. fidem nunquam fefellit.

GENEA-

Universidad de Deusto Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

PRÆCEDENTIS EXPLICATIO.

A. TIBALDVS primus, dictus senior, Comes Blosij ac Carnutum (quod armis acquisierat) vixit tempore Regis Lodouici Vltramarini, duxitque filiam Ducis Franconiæ, quæ filios ei tres peperit: Natu maximus Carnutum vrbem contra Nortmannos defendens pugnans perit. Rogerius natu minimus Sancerræ Comes, Antistes fuit ac Comes Bauuasiorum, facta commutatione cum Stephano Champangę Comiti, cui Comitatum Sancerræ tradidit, recepto Comitatu Bauuasij, quod in perpetuum Ecclesiæ coniunxit. Eudo secundo natu filius, fratre natu maximo sine liberis occiso, factus est Comes Blosij, Champangæ, Briæ, Turonum, ac Carnutū. Duxit primò filiá natu maximam Rodolfi postremi Burgundiæ Regis nomine Bertam, conatusque est post soceri mortem Burgundiam occupare, sed repulsus à Conrardo secundo Imp. eius filiam mortua Berta vxorem duxit, ac tres ex ea suscepit liberos. Postremò duxit Mahteldim filiam Richardi Intrepidi Nortman. Ducis, quibus nuptiis pacem à Nortmannis redemit, succedente ei filio Tibaldo 2. Blosij, &c. Comite, qui vxore non ducta perit pugnans contra Godefridum Martellum Angium Comitem prope Turonem vrbem, quem ex eo tempore Comitatum perdidit: succesitque illi frater Stephanus, qui Turones recuperauit, ducta Adela filia Guilielmi Nortmanni, occupatoris regni Anglici, quæ ei peperit filios quatuor. Stephanus secundo natu Comes Boloniæ, postea factus est Anglorum Rex. Humbertus tertio natu Comes fuit Vertuzij, cuius filia nupsit Franc. Regi Lodouico Crasso. Hendricus quarto natu filius Vintongæ in Anglia fuit Antistes, cuius operam dictus Stephanus ad Angliæ regnum peruenit. Tibaldus tertius, cognomine Magnus, filius natu maximus, primus se scripsit Palatinum Champangæ ac Briæ: Appellatus quoque est propter morum probitatem, Sanctus, ac Pater pauperum. Duxit Mahutam è Germanis ortam, quæ peperit filios quinque, ac filias sex. Filius natu maximus dictus est Solis dominus, quòd non esset sanæ mentis. Hendricus Comes Champangæ ac Briæ. Stephanus Comes Sancerræ, tandem factus est Cartusianus. Guilielmus Antistes Carnutum, consecrauit Regem Philippum Augustum. Filia natu maxima vxor fuit Eudonis secundi, Burgund. Ducis. Altera Comitis Bariæ. Tertia Ducis Apuliæ, deinde domini Mommirallij. Quarta Godefridi Comitis Percheani. Quinta Alisa Lodouici inuicti Regis Franciæ Regis. Sexta Alani Comitis Britonum. Filius natu maximus Tibaldus 4. dictus Bonus, Comes fuit Blosij ac Carnutum, Senescallus Francię, qui pacem procurauit inter Philippum Augustum Franc. Regem, ac Flandriæ Comitem pugnantes pro Comitatu Vermanduorum. Duxit Aleidam Francicam, quę filios peperit duos, ac totidem filias. Filius natu maior Lodouicus Comes Blosij ac Carnutum obiit anno 1205. in obsidione Adrianopolitana, sine liberis, succesitque illi frater Tibaldus 5. sed qui etiam sine liberis obiit, extincta horum duorum fratrum morte masculà stirpe, Gerlonis Nortmanni, posteaquam Blosiis circiter 280. annos imperasset: succesitque soror natu maior nupta Ioanni Chastillonio Auennæ domino, qui etiam liberis non procreatis obierunt: in eorum locum succedente sorore natu minima, quæ Gualtero Auennensi filio natu maximo, Iacobi Auennæ reguli apud Hannones nupsit, idque anno 1219. qui filiam vnicam Mariam susceperunt.

B. Maria Auennæ domina, Comes Blosij ac Carnutum, nupsit Hugoni Chastillonio Fani D. Pauli Comiti, peperitque filios duos. Ioannes natu maximus fuit Comes Blosij, Carnutum, ac dominus Auennæ, ductaque Aleida Britona peperit filiam vnicam Ioannam Blosij ac Carnutum Comitem, Auennæ dominam; nupsitque Petro primo Alensoniorum Comiti, filio Lodouici Sancti Franc. Regis, peperitque etiam filiam vnicam Mahteldim Alensoniam, sed non Comitem, quòd in hanc prouinciam filiæ non succedant, pars enim est regni Francici, in qua filiabus nihil est iuris. Fuit autem Mahteldis Comes Blosij ac Carnutum, domina Auennæ, Remorantij, &c. nupsitque primùm Amboſæ regulo, eoque sine liberis mortuo, Hugoni Chastillonio Fani D. Pauli Comiti, de quo nunc.

C. Ma-

C. Mariæ Auennensis, ac Hugonis Chastillonij filius natu minor pro hæreditaria portione accepit Comitatum Fani D. Pauli, fusceptique filios tres. De Iacobo natu minimo nil legi. Guido secundo natu Comes fuit Fani D. Pauli. Hugo natu maximus ducta Mahtelde Alensonia, post mortem prioris eius mariti Amboſæ reguli factus est Comes Blosij ac Carnutum, dominus Remorantij ac Auennæ. Sed Comitatum Carnutum vendiderunt Philippo Pulchro Franc. Regi, acceptis quatuor millibus librarum Turonensium singulis annis pro se ac successoribus, genueruntque filios duos. Altera enim Hugonis vxor Beatrix Flandrica non peperit. De Ioanne filio natu minimo nil legi. Guido natu maior Comes fuit Blosij, dominus Auennæ, duxitque Margaretam Valesiam filiam Caroli Comitis Valesij, sororem Philippi Valesij Franc. Regis, quæ liberos peperit tres. Maria vxor fuit Rodolfi Ducis Lotharingiæ. Carolus Chastillonius filius natu minor, ducta Ioanna Britona, pro eo Ducatu acerrimum gessit bellum, cum Carolo Montfortij Comite, eo tamen euentu, vt prælio victus vitam cum Britonum Ducatu amitteret.

D. Filius Guidonis natu maximus Lodouicus, Blosij Comes ac Auennæ dominus, duxit Ioannam filiam ac hæredem vnicam Ioannis Hannonij, fratris Guilielmi Hannoniæ ac Hollandiæ Comitis, qui Ioannes pro hæreditaria portione acceperat Baumontium apud Hannones, Tolam apud Zelandos, Gaudam ac Schonhauium apud Hollandos: peperitq; ei filios tres, è quibus Guido natu minimus, fratribus sine liberis mortuis, fit Comes Blosij, dominus Auennæ, Baumontij, Tolæ, Gaudæ ac Schonhauij. Duxit Mariam filiam Ioannis Flandri, Comitis Namurcensis, è qua filium suscepit Lodouicum, qui cùm duxisset Mariam filiam Ioannis Valesij Biturigum Ducis, nullis ex ea susceptis liberis, ætatis suæ anno decimoquarto supremum clausit diem: quapropter Guido animi dolore victus, vendidit Ioanni Francorum Regi huius nominis primo Suessonum Comitatum, ac Lodouico Aurelianensium Duci Comitatum Blosij, præteritis consanguineis qui iure propinquitatis fuerant successuri. Atqui hac ratione extincta quoque est Chastillonia apud Blosios mascula stirps, prouinciaque in hunc vsque diem anni 1583. regno Franciæ mansit coniuncta, Hannoniis, Zelandis, ac Hollandis sua recipientibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

GENEALOGIA COMITVM BEARNII, FOXII AC BIGORRÆ.



A. Mar-

GENEA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A.

- Philippus Augustus Francorum Rex in vxorem duxit Isabellam Hannonicam, cum ea in dotem accipiēs regionem, quæ nunc Artesia vocatur, genuitque filium
  - Lodouicum octauum Francorum Regē, qui testamento filium Robertum Artesiæ Comitem fecit
    - Lodouicus Sanctus Franc. Rex.
    - Alfonsus Tolosatium Comes.
    - Carolus Angium Comes.
    - Robertus testamento patris à fratre Rege est factus primus Atrebatensium Comes, ac Fani D. Pauli, duxitque in vxorem Mahteldim filiā Hendrici sexti Brabātiæ Ducis, moriens in Syria ad sacrum profectus bellū anno 1249. mense Decembri, suscepitque
      - Robertum Artesiæ Comitem, qui duxit filiam è familia Cortenaca, hic regnauit 53 annos, superuixitq; filium Philippum. Periit verò anno 1302. prope Cortracum infeliciter cum Francis contra Flandros pugnans, septimo die mensis Iulij, duobus relictis liberis
        - Philippo Artesio, qui ante patrem obiit anno 1288. relinquens è Blanca filia Ioannis Britonum Comitis
          - Robertus Artesius intentata lite propter Comitatum Artesiæ contra amitam Mahteldim, intercedente Rege Philippo Longo, cessit anno 1317. donatus à dicto Rege Comitatu Clermontij prope Rucheram apud Nortmannos. Sed cùm litem tempore Regis Philippi Valesij redintegrasset, repertosque esset falsis tabulis in iudicio exhibitis se causamque suam defendisse, amissa lite iubetur ne in perpetuum amplius, amitæ nec eius successoribus causa Artesiæ negotium in iudicio faceſſat. Obiit relictis liberis.
          - Filia vna nupsit Lodouico Comiti Eureusio filio Regis Philippi, qui filius fuit Regis Lodouici Sancti.
          - Agatha vxor fuit filij Raimondi Buardi Foxij Comitis.
        - Mahtelde quæ post mortem patris ac fratris Artesiæ Comes, est facta, ita iudicantibus Curiæ Parisiensis Senatoribus, vbi ei litem pro Comitatu Attesię intentarat Robertus fratris sui Philippi filius. Nupsit Ottoni quarto Comiti Burgundiæ, cui liberos peperit, quorum genealogiam inspicere oportet, quòd eius liberi denuò Artesiam ac Flandriam sub vnius Principis imperiū adduxerint.
          - Ioanna natu maxima Comes Burgundiæ ac Artesiæ, nupsit anno 1306. Philippo Longo Francor. Regi, peperitque tantùm filias quatuor, è quibus
            - Margareta nupsit Lodouico secundo, qui dicitur Neuersius, Comiti Flandriæ, genuitque filium vnicum, qui post mortem Philippi postremi Burgundiæ Ducis factus est
              - Lodouicus Malanus Comes Flandriæ, Burgundiæ, Artesiæ, Neuersij, Rethellij, quæ nupsit Philippo Audaci Burgundiæ Duci, peperitque liberos septem, quos in Genealogia Capeti reperies.
              - Margaretam Comitem Flandriæ, Burgundiæ, Artesiæ, Neuersij, Rethellij, quæ nupsit Philippo Audaci Burgundiæ Duci, peperitque liberos septem, quos in Genealogia Capeti reperies.

CHAL-

CHALLONNIÆ PROCERVM STEMMA.

B.

- Ioannes Comes Burgundiæ suscepit è Laura Commercia tertia vxore liberos hos
  - Ioannes Challonnius Baro Arlaij duxit anno 1278. Margaretam sororem Roberti Ducis Burgundiæ, huius nominis tertij, genuitque ——
    - Hugo Challonnius duxit Margaretam Marbaisiam, quæ filios tres peperit
    - filius alter Antistes fuit Besontiorum
    - Ioāna nupsit Roberto Tonnerræ Comiti, filio Roberti Ducis Burgundiæ.
  - Ioannes Challonnius ducta Blanca filia Amati Comitis Geneuæ, obiit sine liberis.
    - Hendricus Challonnius pugnās contra incredulos sine liberis periit.
  - Lodouicus Challonnius natu maximus, duxit Margaretam filiam Delphini Viennę, genuitque ——
    - C. Ioannes Challonnius nuptiis vxoris primus ex hac familia Aurantij Princeps, cui est natus filius
      - Lodouicus Challonnius Aurantij Princeps, cui è duabus vxoribus sunt nati
        - D. Guilielmus Challōnius Aurantij Princeps, suscepit ——
          - Ioannes Challonnius Aurantij Princeps genuit ——
            - Philibertum Challonnium Aurantij Principem, qui in Italia, sine liberis periit.
            - Claudia Challonnia Aurantij Princeps, nupsit Hendrico Nassauio, peperitque ——
              - Reinerum Nassauium Challonnij Regulum, ac Aurāij Principem, qui periit in obsidione oppidi Fani D. Desiderij, Francici imperij, quod auspiciis Caroli quinti Imperatoris Belgarumque Principis oppugnabat, testamento hæredem scribens Guilielmum Nassauium, patrui sui filium natu maximum.
          - Ex altera vxore.
          - Lodouicus Challonnius.
          - Hugo Challonnius.
        - Hugo Challonnius obiit sine liberis.

IN

28

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN GENEALOG. ATREBATENSEM AC CHALLONICAM.

A. Anno 1170. Flandriæ ac Veromanduorum (causa vxoris) Comes erat Philippus Alfacius filius Theodorici, morienſque ſine liberis, deſponſarat Iſabellam filiam ſororis ſuæ Margaretæ, ac Balduini quarti Comitis Hannoniæ ac Namurci Philippo Auguſto Franc. Regi, eique in dotem dederat regionem quæ nunc Arteſia vocatur, cum clientelaria beneficia eſſe volebat ditionem Bolonienſem, Guinenſem, ac Fanum D. Pauli, quod poſtea Boloniæ beneficium eſt factū. Scire enim oportet, Flandriæ fines olim multò latius quàm nunc patuiſſe. Comprehēdebantur enim ſub Flandria, quę nunc ſunt ſeparata, Arteſia, Guinetum, Bolonia, ac Fanum D. Pauli: quod non ſolum è vetericus conſtat hiſtoriographis, ſed etiam è priuilegijs dictis ditionibus à Flandriæ Comitibus donatis, ac quòd in Fano D. Vedaſti apud Atrebates, ac in Fano D. Bertini apud D. Odomarum, aliiſque locis Flandriæ Comites ſepulti conſpiciantur. Francorum Rex Lodouicus Sanctus primus Atrebatenſem Comitatū inſtituit anno 1238. ſcuti inſignia ei dans quæ etiamnum pingunt, his attributis oppidis: Atrebato, Fano Odomari, Heſdino, Aira, Lenſa, Baupama. Bethunia diu poſteà Comitatui fuit coniuncta.

B. Circiter annum Chriſti 1200. Stephanus Comes Challonnenſis ac Maſconnenſis, moriens filium reliquit Ioannem, qui mortuo ſine liberis Ottone Burgundiæ Comite nato è ſanguine Imp. Frederici Barbaruſſę, ſit anno 1236. Comes Burgundiæ, duxitque vxores tres. Prima fuit Mahteldis filia Odonis tertij Burg. Ducis, cuius liberi in Comitatum Burgundiæ ſucceſſere. Altera fuit Iſabella filia Roberti Cortenai, vnde Comites Auxerræ nati ad annum vſque 1370. durauere. Tertia fuit Laura Commercia, cuius liberi, contenti Titulo Challon, ea tantum obtinuere, quæ in hunc vſque diem Burgundi appellant, *Hæreditaria Challonniorum portio*; & quòd hi per legitimas nuptias ad Principatum Aurantij peruenēre, eorum hic genealogiam contexui.

C. Ioannes Challonnius vnicus patris, patruorum, ac fratris hæres, in vxorem duxit Mariam Bauſſiam Aurantij Principem, filiam hæredemque vnicam Reinoldi Bauſſij Aurantij Principis ac Comitis Geneuæ, peperitque filium Lodouicum, qui primis nuptiis duxit Iolam filiam Comitis Monbeliardi, è qua Guilielmum genuit. Alteris nuptiis duxit Leonoram filiam Comitis Armigniaci, quæ filios duos peperit: Lodouicum qui cum Carolo Pugnace Burg. Duce contra Heluetios infeliciter pugnans cœlebs periit: Hugonem Chaſtauguioni, ac Dolæ Regulum, qui ducta Lodouica Sabaudiæ Ducis filia liberis non procreatis obiit.

D. Gulielmus Challonnius è priore patris vxore natus Aurantij Princeps vxorem duxit Catharinam Britonam ſororem Franciſci Britonum Ducis, peperitque Ioannem vnicum patris ac patruorū hæredē. Prior eius vxor fuit Ioanna filia Caroli Ducis Borbonij quæ ſine liberis obiit. Altera fuit Philiberta Lutzenburgica Charnij Comes, filia Antonij Lutzenburgici, è qua moriens anno 1500. filium reliquit Philibertum Challonnium Aurantij Principem Neapolit. nomine Imp. Caroli quinti Proregem, vxoreque non ducta anno ætatis vigeſimo octauo periit in obſidione vrbis Florentiæ, relicta ſorore Claudia omnium fortunarum hærede, quæ Hendrico Naſſauuio iam anteà nupſerat, peperitque ei filiam, ſed quæ paucis vixit diebus, ac filium Reinerum Naſſauuium Aurantij Principem, hæredem auunculi Philiberti, qui Annam duxit Lotharingicam, è qua procreauit filiam, quæ paucos vixit dies. Reinerus verò obſidens Fanum Deſiderij è muris tormento ictus poſt paucos dies ſine liberis obiit. Imperator verò Carolus quintus approbato Reineri teſtamento Gulielmum Naſſauuium dicti Reineri patruelem in eius bona admiſit, qui primum duxit Mariam Egmondanam, Buræ Comitem, dominam Lerdami ac Iſelſteini, peperitque Philippum ac Mariam. Deinde Annam Saxonem Mauricij Saxoniæ Ducis, ac Electoris filiam quæ peperit Mauricium ac

Tertiò duxit Carolinam Ducis Monpenſerij filiam anteà ſacris initiatam, quæ hoc anno 1582. ſex ei filias, filios verò nullos pepererat, obiitq; menſe Maio anno iam dicto.

MAR-

MARCHIONVM MONFERRATI GENEALOGIA.



E GENEA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

- A. Tancredus Nortmannus suscepit è duabus vxoribus duodecim filios, è quibus hi in Italia rerũ sunt potiti
  - Drogo primus Apuliæ Comes, postquam regnasset annos vndecim, obiit anno Christi 1005. sine liberis.
  - Vnifridus Comes Apuliæ, obiit anno 1057 relicto filio
    - Baielardo Comite Apuliæ.
  - Robertus Guiscardus primus Apuliæ Dux, obiit anno 1085. relinquens
    - Bæmundum Ducem Antiochenum.
    - Rogeriũ Ducem Apuliæ, obiit anno 1110. relicto filio
      - Guilielmo Apuliæ Duce, qui obiit anno 1127
      - Rogeriũ, qui ante patrẽ obiit anno 1148 cùm suscepisset
      - Tãcredus ante patrẽ obiit.
      - Hendricus.
      - Constantia.
      - Guilielmus Rex Siciliæ ac Neapolis, obiit anno 1166. cùm ei essent nati
        - Rogerius sine liberis obiit.
        - Robertus sine liberis obiit.
        - Hendricus sine liberis obiit.
        - Guilielmus Bonus etiam sine liberis obiit, succedente ei in regno Siciliæ ac Neapolis Tancredo filio notho patrui Rogerij, qui obiit anno 1148.
  - B. Rogerius, pulsis Siciliæ Saracenis, primus Siciliæ Comes est nominatus, obiitque anno 1102. cùm suscepisset
    - Simonẽ Siciliæ Comitẽ, qui obiit 1110.
    - Rogeriũ Siciliæ Comitẽ, qui obiit anno Christi 1153. cùm genuisset
  - Tancredus è concubina natus, obiit anno 1194 relinquens
    - Rogerium Regem, qui paulò ante patrem sine liberis obiit.
    - Guilielmum Regem Sicil. ac Neapolis, in quo Nortmannorum virilis in Italia stirps defecit.
    - Filiæ tres, quæ sine liberis quoque mori sunt coactæ.
  - C. Constantia legitimo patris thoro nata, nupsit Imperatori Hendrico sexto, qui obiit anno 1198 cùm genuisset è Constantia filium
    - Fredericum secundum Imperat. Regem Siciliæ ac Neapolis, qui obiit anno 1250. cùm ex eo essent nati
      - Conradus Imperator, ac Siciliæ Neapolisq; Rex, qui obiit an. 1254. relicto filio vnico
        - Conrardino Regi Siciliæ Neapolis, qui interfectus est [illegible] roli Angium Ducis, à quo gna victus fuerat captus relictis liberis anno 1169 defecit virilis stirps in hisce regnis. Succ
      - D. Manfredus è concubina natus Neapolis ac Siciliæ Rex interfectus quoque fuit in prœlio à Carolo Angium Duce, ex vxore relinquens
        - Filiũ qui puer in carcere obiit.
        - E. Cõstantiam vxorem Petri Regis Arragoniæ, cui peperit filios duos
          - Iacobũ Arrago. ac Sicil. Regem tantùm, è quo sunt nati
          - Fredericum Siciliæ Regem ad vitã tantùm.

- Ioannes secundus Castellæ Rex duxit Mariam filiam Ferdinandi Regis Arrago. ac Sicil. peperitque
  - Mariavxor Alfonsi Regis Arrag. ac Siciliæ.
  - Maria nupsit Ioanni 2. Castellæ Regi.
  - L. Alfonsus Rex Siciliæ ac Neapolis adoptatus à Ioanna secunda Neap. Regina. Ipse obiit 1458. Cal Iunij.
    - Ferdinandus è concubina natus, nomine Valentina femina nobili, Rex Neapolis ac Siciliæ, obiitque anno 1494. quarto Calendas Februarij, è quo sunt nati
      - Ioannes sine liberis obiit.
      - Ioanna nupsit Philippo Austriaco Belgarũ Principi Imp. Maximiliani primi filio, peperitque
        - Catharina primùm vxor Arthi, posteà eius fratris Hendrici octaui Anglorum Regis.
        - Maria.
        - Isabella.
      - Ferdinandus Catholicus rex Arragoniæ, duxit Elizabethã Castellæ Reginam, factis his nuptiis Rex Hispaniarum, ac tãdem etiam Neapolis ac Siciliæ. obiit anno 1516. cùm ei essent nati
        - Carolus quintus Imp. Hispaniarum Neapolis ac Siciliæ Rex, Belgarum ac Insubrũ Princeps
          - Philippus Monarcha Hispaniarum, Rex Siciliæ, Neapolis, ac Sardiniæ, Belgarum, Insubriumq; Princeps.
        - Ferdinandus Rex Bohemiæ.
          - Maria Regina Bohemiæ.
          - Ioanna Regina Lusitaniæ.
        - Maria Regina Hungariæ.
        - Leonora Regina Franciæ.
  - M. Ioannes Rex Arragoniæ suscepit ex vxore
    - Hendricus Ordinis D. Iacobi eques.
    - Petrus Infans Arragoniæ dictus.
    - Ioanna nupta Regi Lusitaniæ.
  - Mariavxor Alfonsi Regis Arrag. ac Siciliæ.
  - Ioannes Cardinalis Sabinæ.
  - Franciscus.
  - Alfonsus Rex Neapolis ac Siciliæ, qui obiit anno 1495. mense Iulio, relinquens
    - Ferdinandum Neapolis ac Siciliæ Regem pulsis Francis, obiit anno 1496. pridie nonas Octob. nullis relictis liberis, succedente ei patruo Frederico.
    - Isabellam vxorem Ioannis Sforziæ Ducis Mediolanensis, qui fuit pulsus, ac postremùm veneno sublatus à patruo Lodouico Sforzia, Italiæ perturbatore.
  - Hendricũ quartum Regẽ Castellæ, qui sine liberis obiit.
  - Elizabetham Castellæ Reginam vxorem Ferdinandi Catholici Regis Arragoniæ ac postea Neapolis ac Siciliæ, cuius filia Ioanna nupsit Philippo Austriaco Belgarum Principi.
  - Fredericus post mortem nepotis ex fratre Ferdinandi Rex Siciliæ ac Neapolis, inde pulsus anno 1502. fugiens in Franciam ibi decessit.
    - Alfonsus (Paul. Iouius Ferdinandum vocat) Dux Calabriæ, Valentiæ in Hispania, nullis relictis liberis, captiuus obiit.
    - Maria desponsata Ioanni Galeacio Duci Mediolanensi, priore eius vxore mortua, sed quam non duxit.
  - Leonora vxor Sforziæ Mariæ Ducis Barræ in Apulia filij Francisci Ducis Mediolanensis, cõque mortuo Herculis Estensis Ducis Ferrariæ.

Versa pagina seriem huius Genealogiæ demonstrabit litterarum ordinem sequens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRÆCEDENTIVM REGVM SERIES
E FAMILIA FRANCICA.

F.

Carolus Angiú Comes, frater Lodouici Sancti Franc. Regis lectus est à Papa Clemente quarto Rex Siciliæ ac Neapolis contra Manfredum Imp. Friderici filiú nothum, quem in pugna occidit anno 1268. (quidam scribút 1266.) pridie Calendas Februarij. Duxerat Carolus in vxoré Beatricem filiam ac hæredē vnicam Raimondi Berengarij Comitis Prouinciæ Lugdunētis, moriens anno 1285. nati sunt ex ea

Carolus secundus Siciliæ ac Neapol. Rex, Comes Andium, ac Prouinciæ, obiit Neapoli quarto Nonas Maij anno 1309. cùm duxisset

Mariam hęredem Stephani Hungariæ Regis quæ 14. ei liberos peperit —

Martha vxor Balduini secundi Imp. Constantinop.

Catharina nupsit Roberto Bethuniensi, tertio huius nominis Flandriæ Comiti, qui propria manu Manfredum nothum Regem Neap. in pugna occidit.

Carolus dictus Martellus, Rex Hungariæ, genuit

Carolum Robertum Hungarię Regem, qui obiit anno 1342. cùm suscepisset

Lodouicum Hũgariæ Regem, qui tantùm genuit filias duas

Mariam vxorem Sigismondi Lutzenburgij Imp. Regis Bohemiæ ac Hungariæ.

Haduidis primò nupsit Duci Austriæ, deinde Regi Poloniæ.

Lodouicus Ordinis D. Francisci Monachus Anistes Tolosanus.

Andreas ducta in vxorem Ioãna prima fit Rex Neap. ab ea iugulatus anno 1345 susceperat

Carolum Martellum, sed qui in cunis obiit.

G.

Robertus Rex Neapolis tantùm obiit 14. Calend. Februarij anno 1343. ætatis suæ anno 80. relinquens

Carolum Calabrię Ducem obiit ante patrem anno 1328. secundo Nonas Nouembreis.

Ioanna prima Regina Neapolis nupsit Andreæ Hungaro prædicto, obiitq; nullis relictis liberis.

Carolus Martellus in cunis obiit.

Maria posthuma nupsit Carolo Duci Dyrrhachij, qui septimo Calend. Martij anno 1348. in prælio occubuit.

Raimondus Berengarius.

Ioannes sacris initiatus.

Tristanus puer obiit.

Petrus sine liberis obiit

H.

Ioannes Princeps Achaiæ, ac Dux Dyrrhachij, è quo sunt nati —

Robertus anno 1352 sine liberis obiit.

Lodouicus Dux Dyrrhachij, suscepit liberos tres

Lodouicus infans obiit.

Carolus Dyrrachij Dux ac Rex Neapol. genuit —

Agnes vxor Canis Scaligeri Veronæ reguli.

Ladislaus Rex Neapolis obiit sine liberis anno 1419. postridie Nonas Augusti.

Clementia.

Blanca.

Leonora.

Maria.

Beatrix.

I.

Ioanna secũda Regina Neapolis post mortem fratris femina inconstantissima, ac multorum bellorum causa, obiit anno 1434. susceperat ex Iacobo Borbonio Marchę Comiti secundo marito filium Leonardum, sed qui in cunis obiit.

Carolus Dyrrhachius periit, pugnans contra Lodouicũ Hungariæ Regem, fratris Andreæ mortem vindicãtem 22. Febr. anno 1348. cùm genuisset

Margaretam vxorem Caroli Ducis Dyrrhachij, ac postea Reginis Neapolitanorum, patrui sui Lodouici filij, vt paulò suprà patet.

Philippus Princeps Tarentinus, primò duxit filiam Græcam è familia Comminarum, quæ illi tres filios peperit, qui sine liberis obiere: deinde filiam Caroli primi Valesiorum Comitis sororem Franc. Regis Philippi Valesij, quæ ei vnicum peperit filium

Carolus in pugna sine liberis occubuit.

Robertus Imp. Constant. obiit sine liberis.

Philippus Imp. Const. obiit anno 1373. sine liberis.

Ex secunda vxore,

Lodouicus Princeps Tarentinus secundus maritus Reginæ Ioannæ primæ ab ea Dux Calabriæ nominatus. Obiit anno 1362. septimo Calend. Iunij sine liberis.

EXPLI-

A. ROBERTVS primus Normãniæ Dux Christianus, genuit Guilielmũ, is Richardum, hic Guilielmũ ac Richardum. Richardus è cõcubina suscepit Richardũ, Robertum, Guilielmũ. Richardus procreauit Tancredũ, qui è duabus vxoribus filios duodecim suscepit, nimirum: Semum, Godefridum, Drogonẽ, Guilielmũ, Malogerum, Alberedũ, Robertũ, Tancredũ, Frumentinũ, Guilielmũ, Vnifredum, Rogeriũ, viros fortes ac magnanimos, quibus cùm non posset apud Nortmannos pro dignitate opes relinquere, coacta mediocri militũ manu filius Ducibus anno 1008. in Italiam contra Saracenos proficiscitur, eosq; fauente fortuna non paucis oppidis, ac castellis pellit, ac tandem etiá Constãt. Imperatoribus eripit Apuliam, Calabriam, Tarentum ac Siciliam, idq; eo tempore quo apud Germanos imperabat Conrardus secundus, apud Francos Hendricus primus. Mortuo Tancredo, Apuliæ ac Calabriæ Dux fit filius eius Robertus Guiscardus, qui primus Ducis titulo est vsus: & quoniam Romani Pontifices conatibus eorum aduersati non fuissent, ditiones suas à sede Apostolica (quemadmodum iam antèa frater Rogerius de Sicilia fecerat) beneficiario iure acceperũt: moriens anno 1085. reliquit Boëmundum Ducem Antiochenum, & Rogerium Apuliæ ac Calabriæ Ducem, cuius vnicus filius Guilielmus sine liberis moriens ditiones suas reliquit testamento Rogerio tertio filio Rogerij patrui sui magni.

B. Rogerius filius quoq; Tancredi, pulsis Sicilia Saracenis, Comes Siciliæ vocari voluit: filius eius Rogerius fit Apuliæ ac Calabriæ Dux testamento cognati Guilielmi, ac Comes Siciliæ eripuit anno 1130. quinto Cal. Octobris Imp. Const. post longam obsidionem Neapolim, renunciatusque est à Pontifice Anacleto secundo Rex Neapolis ac Sicilię, repudiato Regis Italiæ titulo quem affectarat, ei iis de regnis Clientelare dicens sacramẽtum, quo non obstante varia gessit bella tribus cum Pontificibus, ac Afrorum aliquot regulis, sed vbique victor, gladio inscribi iussit: *Apulus & Calaber, Siculus mihi seruit & Afer.*
Triennio ante mortem, filium Guilielmũ regio diademate insigniri iussit, qui initio etiam contra Põtificem bella gessit, sed facta pace breui obiit, quatuor relictis filiis, quibus sine liberis mortuus Tancredus nothus testamento Guilielmi filij natu minimi Rex fit Neap. ac Siciliæ, sed qui Pontificis gratiam demereri non potuit, quare victus ab Imp. Hendrico sexto, filio Imp. Frederici Barbarussæ occubuit, filiusq; Guilielmus captus, excæcatus, ac testiculis est orbatus anno 1195. filiæ in carcere obiere, finiente in hoc Guilielmo Nortmannorum stirpe posteaquam in Italia 156. annos imperassent.

C. Constantia soror Tancredi, legitimo nata thoro, diu in monasterio virginum Abbas fuit, sed liberata à summo Pontifice annum agens quinquagesimum nupsit Hẽdrico Imp. Frederici Barbarussę filio, qui dicto Pontifici sacramento Tancredũ in pugna occidit, eiusq; liberos, vti diximus, extinxit. Constantia in foro Neapolitano (vbi hac de causa erat erectum Tentoriũ, vt quæ vellent matronæ ac obstetrices parientis veritatẽ cognoscerent) peperit filium Fredericum Neapolis ac Siciliæ Regẽ ac Ro. Imp. qui posteaquã 52. imperasset annos ac magna multaq; contra Italos gessisset bella, senex ac ægrotus lecto decumbens à filio notho Manfredo Tarentinorum Principe anno 1250. suffocatur Nonis Decemb. relicto Conrardo Neap. ac Sicil. Rege, ac Rom. Imp. quo in Germaniam profecto sollicitauit Manfredus Neapolitanos ad defectionem. Sed reuertẽte Conrardo, ac omnia condonante, Manfredus quoque in gratiam est receptus, qui tamen paulò pòst fratrem Conrardum veneno tolli curauit.

D. Manfredus malis artibus Rex Siciliæ ac Neap. factus, ita vixit, vt Pontifex Vrbanus quartus contra eius tyrannidem euocare sit coactus anno 1266. è Frãcia Carolum Andium Comitem fratrem Regis Lodouici Sancti, qui prope Beneuentum cum Manfredo congressus, victum, occidit, ac Rex Neapolis Siciliæque est factus, primus è Francorum stirpe. Interea adoleuerat Conrardinus Conrardi filius, ac cum exercitu è Germania in Italiam proficiscebatur aditurus paternam hæreditatem. Sed prœlio etiam à dicto victus Carolo, ac captus Neapolitano in foro publicè securi percutitur, in hoc finẽ apud Neapolit. accipiente Sueuorum stirpe. Sed quòd exinde Franci rerum omnium securi animos ad voluptates deflexissent, Siculosque omni tyrannidis genere opprimerẽt, insolentiam non amplius ferendam rati, festo Paschatis dum sacerdotes post meridiem Vesperarum solennia decantant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Francos, qui in insula erant omnes interficiunt, ac Vesperas Sicilianas inter Christianos celebres effecere, in auxilium statim aduocantes Petrum Arragoniæ Regem, qui in vxorem duxerat Constátiam filiam ac hæredem vnicam Manfredi nothi, eumque regio diademate rediminunt, qui mari congressus cum Carolo secundo victum capit, ac post quartum demum annum ea conditione dimittit, vt contentus Neapoli, Calabria, Apulia, ac Tarento, sibi Siciliam aç Sardiniam relinqueret. hæc acta tranſactaque anno 1297. durante adtempus horum regnorum diuisione. De Caroli secundi liberis, qui quatuordecim fuere, scribam, posteaquam de Arragonijs qui in Sicilia regnauere locutus fuero.

E. Constantia peperit Petro Arragonũ ac Siciliæ Regi filios duos, ac filiam Leonoram, quæ nupsit Ioanni primo Castellæ ac Legionum Regi. Fredericus natu minor dum vixit, Rex fuit Siciliæ, consentiente fratre Iacobo, qui Arragonia contentus erat, moriensq; Iacobus reliquit è Blanca filia Caroli 2. Neap. Regis filium Martinum, qui in ipso ætatis flore obiit, relicta filia ac hærede vnica, quam duxit Hẽdricus tertius Castellæ Rex, quo mortuo factus est Arragoniæ ac Siciliæ Rex Ferdinandus dicti Regis Hendrici frater, de quo in litera K. plura scribam.

F. In litera D. diximus Carolum 2. suscepisse 14. liberos. Fuere autem hi: Carolus Martellus Princeps Salernitanus post mortem aui materni Stephani factus est anno 1289. Rex Hungariæ, coronatusque inuito patre anno 1308. filius eius Carolus Robertus duxit filiam ac hæredem Casimiri Regis Poloniæ, quæ duos peperit filios: Lodouicum Hungariæ Regem, qui posteaquam frater Andreas Anethę in Italia esset suffocatus, cum exercitu Neapolim est profectus, pulsaq; Regina Ioanna prima, cum marito eius Lodouico Tarent. Principe, quinquennio eo est potitus regno: exinde intercedẽte Pontifice Clemẽte sexto, cum Ioanna pacem facit, relicto ei Neapol. regno. Duxit verò Andreas Hungarus Ioannam primam anno 1343. suffocatusque est eius iussu anno 1345. decimoquarto Cal. Octobres, cum ex eo esset grauida, qui natus in cunis periit. Ioanna verò capta à cognato Carolo Dyrrhachij Duce, ac Neapolit. Rege huius nominis tertio, vindicante Deo iniustam Andreę mortem, eius iussu anno 1382. sexto Idus Iunij iugulatur.

G. Robertus filius natu tertius Caroli secundi, mortuo patre Rex fit Neap. conatusque est post mortem Iacobi Regis Arrag. ac Siciliæ, qui sororem suam duxerat, recuperare Siciliam. Sed victus à Frederico Arragonio Regis Iacobi fratre, filiique eius tutore, innita fortuna nil amplius tentandum ratus, contentus Neapoli Siciliam reliquit. Duxerat Mariam filiam Lodouici primi Borbonij Ducis (Onuphrius scribit Sanctiam filiam Regis Arragoniæ ac Balearium) quæ peperit Carolum Ducem Calabriæ, qui ante patrem moriens, filias tantùm duas reliquit, è quibus natu maior Ioanna post aui mortem Neapol. fit Regina, nubitque cognato Andreæ Hungaro, de quo in litera superiori scripsimus, eoque interfecto, nubit cognato Lodouico Principi Tarentino, de quo litera sequenti. Territa aduentu Lodouici Hungariæ Regis cum marito Lodouico fugit Narbonam in Prouincia Lugdunensi ditione sua, donec pace cum cognato Hungaro facta, venitaq; Pontifici Romano non haberet, in filium adoptat Lodouicum Angium Ducem filium Ioannis Valesij Francorum Regis, idque in vrbe Auenione, opera Papæ Clementis septimi anno 1379. Quare Lodouicus post obitum Ioannæ comparato exercitu, bellum contra Carolum Dyrrhachij Ducem ac Neapolit. Regem, electum à Pontifice Vrbano sexto parat, congressuique eum eo, obiit in Italia e vulneribus, quæ in prœlio acceperat, anno 1384. bellum relinquens filio Lodouico secundo, Angium Duci, sed qui nil patre felicior Carolo Dyrrhachio Neapolim reliquit, moriens anno 1417.

H. Carolus hic Dyrrhachius videns Ioannam primam, post vtriusque mariti obitum nullis relictis liberis e Francia neglectis consanguineis, sanguine ei multo propinquioribus, hæredem quærere adoptasseque Lodouicum Angium Ducem, iniuriam animo non iusti-nens, cõciliata sibi gratia Pontificis Vrbani sexti, ac maximæ partis nobilitatis Neapolitanę, obtinuit vt in Regem coronaretur, neglecto Lodouico Andegauensi, qui frustrà vim parãs, quemadmodum eius filius Lodouicus secundus, in conatu periere, regnatque Carolus tertius ducta Margareta filia hæredeque patrui sui Caroli Dyrrachiani quæ ei filium ac filiam peperit. Vocatus ab Hungaris ad Regnum in Procerum cõcilio coniuratione inimicorum adeò

adeò vulneratur, vt breui interiret, relicto Hungariæ regno Sigismundo Lutzenburgico Bohemiæ Regi, ac Rom. Imperatori. Filius Ladislaus, cùm vndecim annis Neapoli imperasset, nullis è duabus vxoribus relictis liberis obiit, sorore Ioãna in solidũ hærede instituta.

I. Ioanna secunda Neapolitanorum Regina, vidua Guilielmi filij Lupoldi Austriæ Ducis, statim à multis vxor ambitur. Sed inconstantissima sui temporis femina omnibus nuptiarum spem faciebat, nec tamen nubere statuerat, dubia pudicitiæ fama per Europam tradućta. Tandem à Proceribus regni coacta nubit Iacobo Borbonio Marchæ Comiti, ita vt contẽtus titulo Principis Tarentini, nil vltrà attentaret. Sed cùm astu Castrum nouum Neapoli occupasset, Regem se nominari iubet. Quare pulsus à Ioannæ fautoribus, coactus est relicta Italia in Franciam reuerti, Besanconi in Burgundia monastico instituto vitam dedicans. Exinde Ioanna nuptias horrens, in filium adoptat Lodouicum tertium Angium Ducem, cuius pater ac auus capitales fuerant hostes patris ac fratris sui. Sed paulò pòst territa apparatu bellico, cum quo in Italiam tendere ferebatur, eo reiecto Lancelotum adoptat Hungarum, quem tandem etiam exosa, adoptat Alfonsum filium Ferdinandi Regis Arragon. ac Siciliæ, à quo cùm se durius tractari iudicaret, renouatis adoptionis tabulis filium iterum nominat Lodouicum tertium Angium Ducem, moriens paulò pòst anno 1434. femina leuissima ac multarum in Italia calamitatum causa. Lodouico tertio sine liberis mortuo, succedit Reinerus eius frater, qui Neapolit. actione fixus, in Italia proficiscitur. Sed victus ab Alfonso iam dicto, ac Neapoli in Castro nouo obsessus, anno 1442. cum Alfonso pacem facit, actioni Neapolitanæ penitus renuncians. Filius verò Reineri Ioannes conditionibus standum non censens, cum exercitu Neapolim profiscitur. Sed nil patre felicior, inglorius in Franciam reuertit, Arragonijs Neapolit. Regni possessione in pace relicta.

K. Quæ litera E. omissimus, hìc sunt repetenda. Posteaquam Hendricus Castellæ Rex obiisset (qui hæredem duxerat Martini Regis Arragon. ac Siciliæ) succedit illi frater Ferdinandus, qui bellum gessit cum cognato Ioanne Castellæ Rege, huius nominis secundo, ob regnum Arragoniæ. Sed Ferdinandus semper victor Rex mansit Arrag. ac Siciliæ, in vxorem dans filiam Mariam Ioannæ Castellæ Regi prædicto, eaque ratione controuersiam sopientes. Reliquit Ferdinandus filios ádhuc duos, Alfonsum ac Ioannem, de quibus separatim est dicendum.

L. Alfonsus Ferdinandi filius à Ioanna secunda in filium adoptatur an. 1420. decimanona Septemb. & quanquã anno 1433. eo reiecto illa iterum Lodouicum tertiũ adoptasset, ac post eius mortem fratrem eius Reinerum: Alfonsus tamen superato pulsoq; anno 1442. Reinero, Neapolis ac Siciliæ Rex mãsit, restaurata Arce noua: nullos suscepit liberos è Maria filia Hendrici tertij Castellæ Regis, sed è nobili concubina suscepit filiũ Ferdinandum, quem à Pontifice natalibus restitutum Calabriæ Ducem nominauit, tradita ei in vxorem Isabella Clermontia Ducis Venusini filia. Ferdinandus Rex Neapolis, Siciliæ ac Sardiniæ factus, bellum gessit cum Ioanne Reineri Angium Ducis filio, quem tandem Neapolim relinquere coẽgit. Alfonsus Ferdinandi filius vir fuit crudelis ac sæuus; quare qui Andegauensium fouebãt partes, cõtra eum suscitarunt auctore Lodouico Sforcia Carolũ octauum Franc. Regem ac Andegauensium procerum hæredem, qui cum exercitu Neapolim profectus, coẽgit Alfonsum relicta Italia cum filio Ferdinãdo in Siciliam fugere, vbi Alfonsus obiit: Ferdinandus verò auxilio Venetorum ac multorum Italiæ Principum, pulsis Italia Francis, Neapolim recuperauit, sine liberis moriens post decimum octauum victoriæ suæ mensem, succedente patruo Frederico, qui post quintum regni sui annum Neapoli ac Sicilia pellitur à Lodouico 12. Franc. ac Ferdinando catholico Hispaniarum Rege, qui regna eius inter se diuiserant, Frederico in Gallias fugiente, ac ibi supremum diem obeunte.

M. Ioannes alter filius Regis Ferdinandi, de quo in litera K. est dictum, Rex factus est Arragonum, successitque illi filius Ferdinandus dictus Catholicus, qui cum Francorum Rege Lodouico 12. Fredericum Regem Neapoli ac Sicilia pepulit. Duxerat Ferdinandus in vxorem Elizabetham filiam ac hæredem Ioannis secundi Castellæ, &c. Regis, quorum filia Ioanna natu secunda, nupta Philippo Austriaco Belgarum Principi, Imperatoris Maximiliani primi filio, posteaquam frater ac Isabella sõtor natu maior sine liberis obiissent, in regna successit Italica ac Hispanica, peperitque Imperatorem Carolum quintum, eius fratrem Ferdinandum, ac sorores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

STEMMA ANGLORVM REGIS EDVARDI TERTII.

A. Eduardus Anglorum Rex huius nominis tertius, ſuſcepit ex vxore liberos hos:

- Eduardus Princeps Vualliæ ante patrem moriens reliquit { Richardum 2. Anglorum Regem, qui captus, regnoque exutus, ſine liberis obiit.
- Guilielmus puer obiit.
- B. Leonellus Clarentiæ Dux, vnicam reliquit filiam { Philippam vxorem Aidmondi Mortemerij Marchiæ Comitis { Elizabetha peperit { Aidmondum. Rogerium. Leonoram. } ſine liberis obiere.
  - Rogerius ſuſcepit { Annam vxorem Richardi Comitis Cantabrigæ, ac Eboracenſis. Vide paulò infrà de hoc Richardo plura.
- C. Ioannes Lancaſtriæ Dux, ſuſcepit è priore vxore { D. Hendricum quartum Angliæ Regem, quod vi pulſo patruele Richardo ſecundo occupauit, filioque Ioanni Lancaſtriæ Ducatum dono dedit.
  - Thomas Clarentiæ Dux.
  - Ioannes Bethfordij Dux.
  - Hunfredus Gloceſtriæ Dux.
  - Hendricus quintus Rex Anglorum { Hendricus ſextus Anglorum Rex pulſus, ac tandem interfectus iuſſu Eduardi Ducis Eboracenſis, ac Anglorum Regis, huius nominis quarti. { Eduardus cum patre Hendrico puer interfectus. vide paulò infrà.
  - Blanca vxor Ioannis Banari.
  - Philippa Regina Daniæ.
- Aidmondus Dux Eboracẽſis, genuit { Eduardũ Abermaliæ Ducem, qui ſine liberis obiit. / Richardum primò Cantabrigę Comitẽ: deinde Ducem Eboracenſem, { Richardum Ducem Eboracẽſem reſumptoré diſſidij, cuius Principes ex alba rubraque Roſa cognoſci voluere, è quo ſunt nati { Eduardus quartus Anglorum Rex { Eduardus ac Richardus à patruo Richardo ante pubertatem interfecti. / Cæcilia. Anna. Catharina. Brigitta.
  - Edmundus.
  - Guilielmus. / Elizabetha vxor Hendrici ſeptimi Anglorum Regis, qui eam ſe ducturum receperat, ſi deuicto tyranno Richardo ad regnum peruenisſet.
  - Hendricus.
  - Ioannes.
  - Georgius Clarentiæ Dux, è quo eſt natus { Eduardus, qui iuſſu Regis Hendrici ſeptimi poſt diuturni carceris ſqualorem eſt interfectus, ne maſcula proles è familia Eboracenſi ad perturbandum Angliæ ſtatum in viuis relinqueretur, extinctis hac ratione Proceribus Lancaſtræ ac Eboracenſis familiæ, quod ad maſculinam attinet ſtirpem.
  - Thomas.
- Thomas Gloceſtriæ Dux, ſine liberis obiit.
- Maria vxor Ioannis Britonum Ducis.
- Iſabella nupta Comiti Bethfordio.
- Margareta coniux Comitis Penbrochi.

F. Richardus tyrannus Gloceſtriæ Dux, regnique Anglici per varia ſcelera occupator, tandem ab Hendrico ſeptimo in pugna victus, nullis relictis liberis occubuit.

Margareta vxor Caroli Pugnacis Burgund. ac Belgarum Principis tertia, non peperit.

Vrſula. Elizabetha. Anna.

EXPLI-

A. EDVARDVS Anglorum Rex, huius nominis tertius (ſeriem Regum Angliæ exordiendo, à Guilielmo notho Normanniæ Duce, ac Anglici regni occupatore) ducta in vxorem Philippa filia Guilielmi tertij Comitis Hollandiæ ac Hannoniæ, procreauit filios ſex ac filias tres, moritusque anno 1377. octauo Calend. Iulij, ætatis ſuæ anno 74. Regni 52. Principeſque fuit ſui temporis clariſſimus ac bellicoſiſſimus qui Francorum nomen ac regnum in ſummum adduxit diſcrimen.

B. Leonellus duxit Elizabetham filiam, hæredemque vnicam Ioannis Borgithi Clarentiæ domini, nominatuſque eſt Leonellus à patre primus Clarentiæ Dux. Peperit ei Elizabetha filiam vnicam Philippam Aidmondi Marchiæ Comitis vxorem. Hæc verò Aidmondo Elizabetham vxorem Hendrici Terchij Comitis Northumbriæ, cuius Genealogiæ ſchema hic ſcienſ omitto: ac Rogerium, cuius quatuor liberis, Anna tantùm vxor Richardi Comitis Cantabrigiæ liberos reliquit, vt in litera E. demonſtrabimus, ſpud Richardus propter Annæ nuptias in omnia Leonelli bona ſucceſſit, ac ſequenti in Angliæ regno, mortuo Rege Richardo ſecundo allegauit: quæ vt clariùs intelligas, lubetam E. diligenter infrà perpende.

C. Ioannes Dux Lancaſtræ quòd Blancam filiã hæredemq; vnicã Henrici Lancaſtræ Ducis in vxorem duxiſſet, quæ ei filiũ peperit Hendricũ, qua defuncta duxit Constantiã filiam natu maximã Petri Castellæ Regis tyranni, peperitq; filiã vnicã Catharinã vxorem Hendrici Caſtellę Regis. E. habuit verò nouẽ alia nomine Catharina, multos ſuſceptit liberos, è quibus Somberſetenſes regali, ac plurimi aliorũ principũ ſanguine traxere.

D. Hendricus Ioannis Lancaſtræ Ducis filius, Anglorum Rex, huius nouitatis quartus eſt appellatus, poſteaquã patruele Richardum vi regno ſpoliaſſet, ac publicè ſibi coronam cum ſceptro de manu tradente cogẽſſit. Duxit Mariam filiam Comitis Eſſexij ac Herfordiæ, mortuoq; anno 1413. ſex reliquit liberos, è quibus Hunfredus Gloceſtriæ Dux ad tempus maritus fuit Iacobę Bauariæ Hollandorũ Comitis. Hendricus verò natu maximus Anglorum ſit Rex, huius nominis quintus: ducẽq; Catharina filia Caroli ſexti Franc. Regis, moritur anno 1423. vnicũ reliquerus ſui nominis filiũ Hendricũ ſextum Anglorum Regem, qui à cognatis Proceribus familiæ Eboracẽſis poſt varios belli euentus eſt captus, regnoque exutus, ac tandem cum vnico filio Eduardo anno 1471. crudeliter interfectus. Duxerat Hedricus ſextus in vxorem Margaretam, filiã Reinerij Andegauẽſium Ducis, virilis planè animi fœminã, ac fortiſſimis inimicis, quàm maritus ſeu filius, præferentem.

E. Aidmondus Cantabrigiæ Comes à fratris filio Rege Richardo ſecundo, primus Eboracenſium fit Dux, moriens anno 1402. reliquit filios duos: Eduardũ Abermalliæ Ducem, ac Richardum, cum pater vixerat, Cantabrigiæ Comitem appellatũ, vnicum mortuo fratre patris ſui hæredem. Duxit Anstasiam, hæredemq; vnicam Rogerij Mortemerij, vtriq; ſiera Eſcripſimus, quæ ei filium peperit ſui nominis Richardum Ducẽ Eborac. quẽ ex vxore Cæcilia Clarentiæ domina, duodecim genuit liberos, albamq; in ſcuto ferens factionis Roſam cum Lancaſtrij rubram præferunt, diſſidioq; tandiu ſopito demũ occaſionem dedit. Hendricus enim tertius Angl. Rex, cùm moriens reliquiſſet filium Edmundum natu maximum, Lancaſtræ Comitem, ac Eduardum, Edmundus propter corporis deformitatẽ regnandi paſſus eſt defectus fratrem Eduardum (huius nominis Regẽ primum) ſe natu minorem Regem coronandi, factorũ originem dedit, ferens Edmundus Lancaſtræ Comes in ſcuto roſam purpuream, fratres verò Rex Eduardus primus albam. Prædictus Richardus Dux Eboracenſis, mortuo Rege Richardo ſecundo, regnũ Angliæ ad Leonellum, Richardi Regis patruũ natu maximũ, cuiuſq; ſtirpem proximã Leonelli hæredẽ, Dux Richardus Leonelio natu minorẽ, nec eius ſtirpem, ſeq; matris cauſa proximã Leonelli hæredẽ, Dux Richardus conſpiciens, Regemq; Hendricũ ſextum, Lancaſtriæ familiæ, Principẽq; eſſe mitem, pusillanimem, belligerandum, ac ſanctũ nomen affectantem, collectã clam militę, capere eum, aut regno pellere ſtatuit. Prima, ſecundaq; pugna, Dux Richardus victor, Regẽ Hendricũ vinctũ capit. Sed tertiò cũ Regina Margareta, virilis animi mulierę (quæ capto mario exercitu reparauerat) congreſſus, victus, cum filio Aidmondo pugnãs occubuit. Rex verò Hendricus carcere dimiſſus in libertatẽ reſtituitur. Eduardus verò filiorũ Richardi natu maximus, magno animo patris cauſam ſuſcipiẽs, adiunctaq; ſibi regnorum, vindicãdamq; patris mortẽ ſatisfacturus, poſt varios ſigitur belli euẽtus, deuicto, occiſoq; cum filio vnico Regẽ Hendrico ſexto, regnũ; Margareta, in Francia remiſſa. Rex ab omnib. Anglorũ Ordinibus ſalutatur, dictus Eduardus quartus. Sed paulò poſt regno pulſus à germano fratre Georgio Clarẽtiæ Duce, ac Comite Richardo Vuarwicano, ad Belgas profugit, vbi nauibus, milite, pecunia ac cõmeatu, à Carolo Pugnacis inſtructus, fratresq; Georgio interpellante in patrẽ traducto, in Anglia trahicit, conflictoq; vtrinq; ſanguine, victor Rex Eduardus primus, ſeruatis Regni legibus, ſine vllo ciuili motu, ſummaq; cum tranquillitate regnauit, moritq; an. 1483. ſeptẽ ex vxore Elizabetha reliquit liberos. Georgius eius frater, Clarẽtiæ ab eo Ducatu donatus, paulò poſt eiuſdem vino quo cum delectaretur ſuffocatus: cuius crudelitatis cũ paulò poſt adeò pœnituiſſet, vt cum à ſe quis poſtularet quid pia, ſemper reſpõderet: Me infelicem, quòd nullus vnquã pro fratre Georgio interpellare ſit auſus!

F. Richardus Regis Eduardi quarti alter germanus frater ab eo Dux Gloceſtriæ eſt appellatus, ac reſtamento ferente liberorum Tutor. Educatorque ſcribitur. Sed è Tutore latro, ex Educatore parricida factus, primùm fratris filios ſingulari iubet, matrem deinde cum filiabus tetro in carcere concludit, ſeq; Anglorum Ordines regnum Regem nominari præcipit. Verùm ob tyrannidem ac crudelitatem omnibus exoſus, Anglorum Ordines regnum Hendrico Richemontij Comiti offerunt, qui Richardum præclio victum in pugna an. 1486. occidit, coronatuſq; Londini ſumma omnium Ordinum cum lætitia. Hendricus ſeptimus eſt proclamatus.

Sed quòd generoſa Eduardi tertij ſtirps, ambitione infaniens, ciuilibus ſeſe bellis planè confecit: Hendricus ſeptimus ex incognita fœmè ſtirpe, præter ſuam multorumq; opinionem ad Angliæ regnum peruenerit, non abs re mihi viſum fuit, dicti Regis Hendrici ſeptimi originem hic ſubiicere.

Universidad de Deusto Biblioteca

STEMMA HENDRICI SEPTIMI ANGLORVM REGIS.

- Mortuo Hendrico quinto Anglorum Rege, vidua eius Catharina filia Caroli sexti Francor. Regis adhuc adolescẽtula, insciis Anglorũ Ordinibus clam nupsit cuidã Oweno Teuthero viro nobili è Wallia oriundo, vt vult Polydorus. Alij scribunt, Sutoris fuisse filium, qui vestimẽtorum Reginæ curam habere solebat. Aliis placet cereuisiopolæ fuisse filiũ. Ioannes Bemardus scribit eum laneos pannos, recenter à tinctore infectos apparare, ac tondere didicisse. Mortua Catharina Owenus Teutherus securi fuit percussus, iussu Hũfredi Glocestriæ Ducis, qui frater erat Hendrici quinti Anglor. Regis, nulla de causa quàm quòd propria auctoritate sanguinẽ suũ cum Regia miscere ausus fuisset. Peperit Catharina Oweno Teuthero filios duos:
  - Edmondus factus est à fratre Hendrico sexto Anglorum Rege, Richemõtij Comes, ductaque Margareta filia ac hærede vnica Ioannis primi Somersetij Ducis, genuit
    - Iasparus factus est à fratre Anglorũ Rege Hẽdrico sexto Comes Penbrothi, cuius stirps breui interiit.
  - Hendricus Comes Richemõtij post cladem patrui sui Regis Hendrici sexti, fugit cum patruo Iasparo ad Britones in Galliam, vitans tyrannidẽ Regis Richardi, qui eum ad necem quærebat. Tandem vocatus ab Angliæ Ordinibus, cõtra tyrannum Richardum, eum in prælio occidit, creatusque est communi Anglorũ consensu anno 1486. Rexit: duxit Elizabethã, filiam Eduardi quarti Anglorũ Regis, quod se factutum receperat, si se Deus Anglorũ regem fecisset. Obiit anno 1509. Regni sui 23. quinque ex Elizabetha relictis liberis.

- Arthus duxit Catharinam filiam Ferdinandi Hispaniarum Regis, obiitque post septimum nuptiarum mensem, nullis relictis liberis, septem ante patrem annis.

- Hendricus octauus fit Anglor. Rex anno 1509. 22. Aprilis. Initio de se spem magnam præbens, omnium tandem opinionem fefellit, animo ad voluptates ac crudelitatem conuerso. Primò duxit viduam fratris Arthi, dispensatione Pontificis Iulij secundi, quæ Mariam peperit. Mox ea repudiata, ducit Annam Bolonien sem filiam natu maximam Thomæ Bolonien sis Burchgrauij in Rochefort, quę Elizabetham peperit, Annamque adulterij accusatam anno 1536. in turre Londinensi capite priuat, ac cum ea Georgium Bolonien sem eius fratrẽ, Hendricum Norris, Marcum Siueton, Franciscum Westhem, ac Guilielmum Brereton viros nobiles Regi in comitatu suo seruientes. Tertiò ducit Ioannam Seymeram, quæ Eduardum peperit, eamque statim deserens, concubinam induxit Annam Blontiam, quæ filium peperit Hendricum, qui infans obiit. Dato Annæ Blontiæ marito, ducit Annam sororem Guilielmi Cliuiæ Ducis, eaquo post sextũ mensem repudiata, ducit Catharinam Hawart, filiam Emõdi Hawart, sed breui zelotypia tactus, ei caput abscindi iussit, ad patibulũ eam ob suspicionem strangulari Londini iubens, Francisco Derecham, ac Thomã Kulpeperum. Sextò ac postremò ducit Catharinam Paiar anno 1543. viduam Ioannis Nebol, sororem Guilielmi Marchionis Northampronij, quæ ei sterili matrimonio superuixit. qua de causa à Pontifice Romano, multisque viris doctis ac probis, de impietate admonitus, ac vti resipiscere, diuinamque erga se liberosq; suos vltionem non prouocaret, rogatus, Christianam castigationem tyrannicus non ferens fastus, mutatis diuinis humanisque in Anglia legibus, catholicam religionem sustulit, ac Ioannis Caluini opinionibus Angliam replenit, innocentes multos crudeliter interficiens. Obiit anno 1546. 28. Ianuarij, Regni sui 38. tribus relictis liberis:
  - Margareta primò nupsit Iacobo Stuvuardo Scotorum Regi huius nominis quarto, cui peperit
    - Iacobum Stuvuardum, huius nominis quintum Scotorum Regem, qui filiam hæredemque vnicam genuit
      - Mariam Stuvuardam Scotorum Reginam, quæ primò nupsit Francisco secundo Francorum Regi, eoque sine liberis mortuo, domino D'Arleij cui filium peperit Iacobum, Scotorum nunc Regem huius nominis sextum. Maria cùm maritum D'Arleij interfici curasset, ab Elizabetha Anglorum Regina capta, mense Iulio anno 1583. adhuc detinebatur in carcere.
  - Secũdò nupsit Archibaldo Douglas Comiti Daugu, cui filiã hæredemq; vnicã peperit
    - Margaretam vxorem Comitis à Lynnox, cui peperit filium
      - D'Arleij dominum prædictum, qui Mariam Scotorum Reginam in vxorem duxit, cuius iussu interfectus est, procreato ex ea filio Iacobo Scotorum hoc mense Iulio anni 1583. etiamnum Rege cœlibe.
  - Maria primò nupsit Lodouico 12 Francor. Regi, cui non peperit, eoque mortuo, Carolo Brandoni Duci Suffolkio, cui peperit.
    - Hendricus Comes Lyncolne, puer obiit.
    - Franciscæ nupsit Hendrico Graij Duci Suffolkio anno 1553. capite plexo. peperit
      - Ioannam vxorem Guilfortij Dudlaij filij postremi Ducis Northumberlandiæ.
      - Catharinam nuptam Hendrico Seymero Comiti Hertfortio filio natu maximo postremi Ducis Sommersetij, peperit
        - Eduardum.
        - Mariam.
      - Maria Gibbosa fuit corpore malè affecta.
  - Catharina innupta obiit.
    - Leonora vxor Caroli Cliffortij Comitis Comberlautij, peperit
      - Margaretam vxorem Hendrici Straulai, Baronis in Stranke ac Knokyng, filio natu maximo Comitis D'Erbij, cui filios duos peperit:
        - Ferdinandum.
        - Eduardum.

- Eduardus natu minimus natus est anno 1536. 12. Octob. patris testaméto Anglorum Rex huius nominis quintus. Obiit cœlebs anno 1553. 17. ætatis suæ anno.

- Maria natu maxima, nata est anno 1514. mense Febr. renunciataque Londini est Regina an. 1553. 19. Iulij testamento patris fratri substituta. Nuptit Philippo Austriaco Hispaniarum Regi, ac Belgarum Principi, sed nõ peperit, moriens an. 1558.

- Elizabetha nata est anno 1533. septima Septemb. patris testamento fratri ac sorori, sine legitimis liberis decedentibus, in Anglorũ regno substituta. Proclamata est Londini Regina an. 1558. 17. Nouemb. corona regali redimita 14. Ianuarij sequẽtis, quo facto statim Ioannis Caluini opiniones Anglos in religione sequi voluit, quas Maria restituta religione catholica sustulerat. Cùm hæc scriberem mense Iulio anno 1583. innupta adhuc viuebat.

CALEN.

CVLENBVRGORVM STEMMA.

- Robertus Boschemus primus fuit Culenburgij Regulus, obiitq; anno 1164 duobus relictis liberis.
  - Hubertus Culẽburgi dominus, suscepit è filia Zuueri Zulij filium. Ipse obiit anno 1205.
    - Ioannes Culẽburgi dominus, duxit filiã domini Ghistellæ apud Flandros, moriens anno 1240.
      - Hubertus 2. Culenburgi regulus, duxit filiam Hendrici Vornani, obiitque 1272.
        - A. Hubertus 3. regulus Culenburgi, suscepit ex vxore liberos tres
          - Ioannes 2. Culenburgi regulus, suscepit
            - Hubertus 4. dominus Culenburgi
              - Ioannes 3. Culenburgi dominus.
                - Hubertus 5. Culenburgi regulus.
                - Ioãnes quartus Culenb. regulus
                  - Gerardus secundus Culenburgi dominus
                    - C. Iasparus Culenburgi regulus, nullis suscepti filiis, reliquit filias tantùm quinque
                      - Elizabetha.
                      - Anna.
                      - Cornelia, nonnulli Ioannam appellant.
                      - Aleida vxor Frederici Egmõdani Iselstenæ reguli.
                      - Aleida.
                      - Filia altera, quæ Dipenueni Deo virginitatem dedicauit.
                      - Magdalena.
                    - Zuuerus sine liberis obiit.
                    - Euervuinus.
                    - Berta nupta Ioanni Heukelenẽsium domino, peperit Ottonem.
                    - Zuuerus è concubina natus.
                - Zuuerus.
                - Arnoldus.
                - Petrus.
                - Gerardus.
                - Filiæ tres.
              - Ioannes.
              - Filius tertius.
            - Filiæ duæ.
      - Filia nupsit domino Burano, cui ditionem Boschemam in dotem attulit

- B. Gerardus Culenburgi dominus
  - Petrus.
  - Filiæ sex.

N 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

A. HVBERTVS tertius duxit Gertrudim filiam Ioannis Arculei huius nominis noni, moriés anno 1296. cùm paulò ante vendidisset Reinoldo primo Geldriæ Duci anno 1280. supremam Culenburgicæ ditionis iurisdictionem, acceptis centum libris Hollandicis, ac præstito beneficiario sacramento. Successit illi Ioannes 2. qui primùm duxit filiam domini Manderici quæ Hubertum peperit. Deinde filiam Zvueri Abcoudani, quæ Ioannem peperit Vuodebergæ dominum, ac filium alium qui dominus fuit Vuanebergij ac Schunevenij. Hubertus 4. filiam duxit domini Leccani, occubuitque anno 1347. prælio Leodiensi nouem relictis liberis. Filia natu maxima nupsit Hendrico Vianę domino: Maria Gerardo Vuordano, Vltræ domino. Tertia Gualtero Minio. Quarta Zvuero Montfortij Burchgrauio apud Hollandos. Quinta Vuardēburgæ regulo. Sexta hermaphrodita fuit. Ioannes obiit anno 1377. sine liberis. Petrus ducta hærede familiæ Boxmeriæ, auctor eius quæ etiamnum extat, fuit.

B. Gerardus secundo natu filius Huberti 4. duxit Bertam filiam Ioannis Egmondij, moriens anno 1395. multos reliquit liberos. Zvuerus Antistes fuit Vltraiectensis. Petrus sine liberis obiit. Gerardus liberos genuit multos. Filia natu maxima nupsit Euerueldij regulo: altera Riperschetij domino. Tertia innupta obiit. Hubertus 5. duxit Iolam filiam Zvueri Abcoudani Gasbechæ domini, sed ipse liberis non procreatis obiit anno 1424. Ioannes eius frater Culēburgi regulus primò filiam duxit Gemenę domini, quæ non peperit: deinde filiam Comitis Benthemij quæ ei liberos peperit in genealogia positos. Instituit Culenburgi Collegium Canonicorum, moriés anno 1453. Zvuerus eius filius sine liberis obiit. Gerardus Culēburgi dominus, duxit Elizabetham filiam ac hæredem Ioannis Buræ reguli, ac Leonoræ Borseliæ fororis vnicæ Francisci Borselij Comitis Osteruantij, postremi mariti Iacobę Bauaræ Comitis Hollandiæ, &c. Gerardus moriés anno 1481. tres reliquit liberos, è quibus Aleida Buræ ac Martensdikij domina, nupsit Frederico Egmondio, Iselstenensium domino, ac primo Buræ Comiti.

C. Iaspar Culenburgi regulus, duxit Ioannam filiam Antonij Burgundi Strenbergæ reguli, filij nothi Philippi Boni Burg. Ducis, factusque est post morrem Leonoræ Borseleæ auiæ suæ, dominus Borselij, Hohstratæ, Evuikij, Doddendalæ ac Zulæ, peperitque ei Ioanna filias quinque. Elizabetha natu maxima primo nupsit Ioanni Lutzenburgio, Vignij regulo, fratri Iacobi Lutzenb. Fiennæ reguli, eoque mortuo Antonio Lalano Montilalano donauit. Anna vxor fuit Ioannis Palanti, Drossardi ditionis Valkenburgij, quo è matrimonio hodiernus Culenburgij Comes descendit. Ioanna coniunx fuit Guilielmi Comitis Reinebergij. Aleida apud Atrebates nupsit Balleuilæ regulo. Magdalena iuncta est Noëllæ domino, peperereque omnes excepta Elizabetha. Verùm vt intelligas meliùs lector, qua ratione bona Borseliorum ad Culenburgios deuenerint, inspice hanc Tabellam genealogicam.

Franciscus Borselus Osteruantij Comes, dominus Zulę, Sintmartensdikij, Hohstratæ, Evuikij, Doddendalæ, &c. ducta Iacoba Bauara Hollandiæ Comite sine liberis obiere.

Leonora Borselia vnica fratris hæres, excepto Osteruantio, nupsit Ioanni filio natu secundo Buræ reguli, peperitque filiam vnicam

Elizabetham Buræ, Borselij, Zulæ, Sintmartensdikij, Evuikij, ac Doddendalæ dominam, quæ nupsit Gerardo secundo Culenburgij regulo, peperitque

Iasparum Culēburgij, Zulæ, Hohstratæ, Borselij, Evuikij, ac Doddendalæ regulum, susceperitque è Ioanna Burgundica
- Elizabetham.
- Annam.
- Corneliam.
- Aleidam.
- Magdalenam.

Aleida patris testamento Buræ ac Sintmartensdikij domina, nupsit Frederico Egmondano Iselstenensium domino, &c. cui peperit

Florentium Egmondanum Buræ Comitem, dominum Iselstenæ, Leerdami, Sintmartensdikij, &c. vide genealogiam Iselstenēsium.

Hendricus Vianæ regulus, qui duxit filiam Huberti 4. Culenburgij domini, moriens anno 1352. reliquit

Gisbertus Vianæ regulus, duxit Beatricem filiam Ioannis 19. Egmondæ domini. Ipse obiit anno 1391. extructa Turri Paulina è peculiis Comitis Fani D. Pauli, in pugna quadam capto

Ioannes Vianensis, duxit filiam natu minimam domini Harlarij, ac Ameidæ, genuitque

Zvuerus Vianensis obiit sine liberis.

Hendricus Vianæ dux Vianensis sacris initiatus.

Ioannam, Vianę, Ameidæ, &c. dominam, quæ nupsit Vualtrario Brederodij regulo, cui peperit filios duos, ac filiam vnam, vt eorum in genealogia patet.

Gisbertus Vianensis Noydelozij dominus, duxit Menam, filiam Gerardi Henkerkij, quæ ei liberos peperit.

Maria Vianensis nupsit Ioanni Dasnemoordio, filio Arnoldi.

Hugo Vianæ regulus, qui obiit anno 1260. relicto filio

Huberto Vianæ regulo, qui obiit an. 1318. succedente ei filio

Zvuero Vianæ regulo, qui obiit an. 1333 cùm ei nati essent

Catharina sine liberis obiit.

Helvuiga nupsit Guilielmo Dimenwordio nocho, obiitque sine liberis anno 1343.

Reinoldus Vianensis sine liberis obiit.

Gualterum Anghianum, qui perit in obsidione vrbis Gandensis tempore Flandrorum Comitis Lodouici Malani, anno 1381. millis relictis liberis.

Gualterum Anghianum, qui duxit Helenā filiam ac hæredem Ducis Athenarum, Comitis Conuersanti), ac Brianę apud Francos magistri Equitum, quæ peperit

Guidonem Ducem Athenarum, Comitem Brianę, qui duxit sororem Ioannis domini Condei, ac Morianezi apud Hannones, quæ peperit

Margaretā nupsit Ioanni Lutzenburgio Beurnerij domino, in dotem ei adferens ferè omnia Anghianorum bona apud Belgas sita.

Ioannes susceperit Mariam, quæ primò nupsit Raimondo Baussio, Andriæ Ducidein de Lanceloto Hungaro.

Isabella Anghiana innupta obiit.

Helena Anghiana nupsit Seneschallo Prouinciæ Lugdunēsis.

Iacobus Anghianus electus Leodiorum Antistes.

Lodouicum, Engelbertum, Iacobū, Mariam, sine liberis mortui.

Ioannam nupsit Reinoldo Argentauuio.

Gualterus Anghianus, qui ex Iolanda filia Roberti tertii Comitis Flandriæ suscepit

Filia nupta Comiti Rechelensi.

Iolam, Comitem Brianę, qui suscepit Isabellam Comitis Lodouici Malani, ac Margaretam

Gualterum Anghianum, qui suscepit Ioannam Chastillonian in vxorem, quæ ei peperit

Guidonem Comitem Conuersanti), qui duxit Isabellam Comitis Fani D. Pauli, ac Tubisiæ dominus, duxitque Margaretam Comitis Lalani, peperitque

Marian.

Iolam.

Isabellam.

Margaretā.

Ioannā.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A.

Circa annum Christi 1248. Hendricus Lutzenburgij Comes, duxit Beatricem filiam Balduini Baumõrij apud Hannones reguli, qui frater fuit Ioãnis Auennensis Comitis Osteruãtij, è qua quinque suscepit liberos. Ea mortua duxit filiam Hendrici Comitis Barræ, quæ vnicam tantùm peperit filiam Isabellam. Periit Comes Hendricus tribus cũ fratribus pugnans cum Reinoldo Geldriæ Comite ac Archiepiscopo Coloniensi prope Arcem Vuoroncanam, contra Ioannem primũ. Brabantię Ducẽ, pro Ducatus Limburgij possessione, quam vterq; sibi deberi affirmabat. Fuere autem hi Comitis Hendrici Lutzenburgij liberi:

Cave tibi lector hic aberrare. Iacobi Meieri, qui in vita Guidonis Dampieri Flandria Comitis, huius Hendrici liberos eius facit fratres excepto Imperatore Hendrico.

Hendricus Comes Lutzenburgij electus anno 1308. Rom. Imp. huius nominis septimus, ductaque Margareta filia natu maxima Ioannis Brabantiæ Ducis, huius nominis primi pace cum eo facta geniti sunt

Balduinus Lutzenburgius, Archiepiscopus Treuerẽsis, filius natu minimus.

Vualleranus Lutzenburgius Lignij Comes duxit....

.....

à quo originẽ ducunt Comites Fani D. Pauli, Brianæ, Conuersantij, Leschesij, domini Fiennę, Richeburgij, Vilæ, aliique multi.

Philippa Lutzenburgica, nupsit Ioanni Auennẽsi Comiti Hollandiæ ac Hannoniæ, huius nominis secundo.

Isabella Lutzenburgica, nupsit Guidoni Dampetro Comiti Flandriæ, qui obiit anno 1304. eique liberos vndecim peperit, post mortem primæ vxoris.

B.

Ioannes Lutzenburgij Comes ac Rex Bohemiæ, cognomine Cæcus, periit an. 1346. pugna Cretiaca pro Francis contra Anglos dimicans, sepultus est Lutzenburgi.

Filius alter.

Beatrix vxor Balduini Hennini quarti, huius nominis Fõtaineæ Bossuti domini, qui obiit an. 1295.

Maria vxor Caroli Pulchri Franc. Regis.

Carolus Rex Bohemiæ ac Imper. huius nominis quartus, obiit anno 1379. relinquẽs:

Vuenceslaus primus Lutzenburgij Dux, duxit Iohannam Brabantię Ducem, vtero; sine liberis obiit.

Ioannes Hendricus Marchio Moraviæ, genuit—

Bona nupta Ioanni Valesio Francorum Regi.

Vuenceslaus Dux Lutzenb. Rex Bohemiæ, ac Rom. Imp. obiit sine liberis anno 1418.

C.

Sigismundus Dux Lutzenb. Rex Bohemiæ, Hungariæ, ac Rom. Imp. obiit anno 1437.

Ioannes Dux Gorlitzij, Lusitzij, ac Marchio Brandeburgẽsis—

Iodocus Lutzenburgius electus Rom. Imp. sed ante coronationem sine liberis obiit.

Elizabetha Lutzenburgica, nupsit Alberto Duci Austriæ, ex hac nupsit Boleslao Regi Hungariæ, ac Romanorum Imperatori, peperitque ei tres—

Elizabetha Ducissa Lutzenburgica, nupsit Ioanni Burgundiæ Duci, peperitque ei liberos multos.

Ladislaus Rex Bohemiæ, ac Hungariæ, desponsata sibi filia Caroli Franc. Regis, moritur ante nuptias sine liberis anno 1457.

Anna vxor Guilielmi Ducis Brunsvuicani, qui cum Philippo Bono pro Ducatu Lutzenb. pugnauit, tandemque ius suum ei vendidit.

Elizabetha vxor Casimiri Regis Poloniæ, qui actionem quam in Lutzenb. ditionem habebat, vendidit Carolo Pugnaci Burgundiæ Duci, peperitque hæc

Vladislaum Regem Bohemiæ ac Hungariæ, ducta vidua Regis Hung. Matthiæ Cornini, quam postea ob senium repudians duxit aliam è clara Francorum familia ortam, quæ ei filium ac filiam peperit

Lodouicum Hungariæ Regem, qui duxit Mariam Austriacam sororem Imperat. Caroli quinti. Ipse nullis susceptis liberis occubuit anno 1526. pugnans contra Solymannum Turcarum Regem.

Annam Hungariæ Reginam, nisi inde à Turcis foret pulsa. Nupsit Ferdinando Austriæ Duci, qui his nuptiis Bohemiæ Rex est factus ac Hungariæ, fratri Imp. Caroli quinti, peperitque ei liberos multos.

D.

Vualleranus Lutzenburg. Comes Lignij, suscepit ex vxore Guida filia hæredeque vnica Castellani hæreditarij vrbis Insulensis,

Elizabetha vxor Guilielmi Brederodij, qui obiit an. 1316. sed ipsa non peperit.

Ioannem Lutzenb. Comitem Lignij, ac hæreditarium ciuitatis Insulensis apud Flandros Castellanium, suscepit

Guidonẽ Lutzenb. qui duxit hæredem Comitis Fani D. Pauli, morienſque apud Geldros, multos reliquit liberos

Vualleranus Lutzenburg. Comes Fani D. Pauli

Ioanna Lutzenburgica.

Robertus.

Lodouicus.

Petrus Lutzenburgius.

Lodouicus.

Ioannes.

Ioannes Lutzenburgius.

Filiæ quatuor.

Filia vna.

E.

Lodouicus Lutzenburgius Comes Fani D. Pauli

Isabella

Ioannes Lutzenburgius Comes Marlæ, ac Fani D. Pauli.

Petrus Lutzenb. Comes Fani D. Pauli, genuit vnicam tantùm filiam Mariam Fani D. Pauli, ac Lignij Comitem, Anghiani dominam, quæ primùm nupsit Iacobo Sangio Comiti Ramondo ac Vaussio, cui filiam peperit nuptam Hendrico Nassauuio. Deinde nupsit Francisco Comiti Vendomio, cui filium peperit Carolum, primum Vendomæ Ducem.

Antonius Lutzenburg. Charnij Comes, genuit vnicam filiam Philibertam vxorem Ioannis Challonnij Aurantij Principis.

Carolus. Helena. Iacoba. Philippa Lutzenburgica.

Ex altera vxore,

Lodouicus Lutzenburgicus.

Thibaldus à Vernonurgius Fiennæ regulus è nuptiis geniti—

Isabelli

Anna, cui nulla pellitur Cha-rissima.

Iacobus Lutzẽburgius Fiennæ dominus, duxit Mariam filiam, ac hæredem Vilæ reguli, ortæ è filio natu minimo Barlamontiorum reguli, cui liberos quinque peperit.

Iacoba Lutzenburgica,

Maria Lutzenb.

Iacobus Lutzenburgius Fiennæ regulus—

Ioannes Lutzenb. obiit sine liberis.

Philippa Lutzenb.

Iacobus Lutzenburgius Fiennæ regulus, primus Gueræ Princeps. Obiit nullis ex Helena Crouiaca susceptis liberis.

Francisca Lutzenburgica Fiennę domina ac Gueræ Princeps, nupsit Ioanni Egmondano, cui peperit

Carolum Egmondanum, qui in Italia sine liberis obiit.

Lamoralem Egmondæ Comitem, ac Gueręs Principem.

Margaretam Egmondanam nuptam Nicolao Comiti Vaudemontano.

Iacobum Lutzenburgium Richeburgi regulum, cui ius in nubit filiæ na-tæ filiæ tres.

Isabella Lutzenburgica Richeburgi domina, nupsit Ioanni Meluno, Espinoi, ac Antongnij regulo.

Iola Lutzenburgica, Rubasij, ac Herfellæ domina, vxor fuit Nicolai Vuerchinij Senescalli Hannoniæ.

Lodouica Lutzenburgica coniunx fuit Ioannis Ghistellani Dudzellæ reguli, eoque mortuo Antonij Crouiaci Fand D. Piati reguli. Peperere hæ tres sorores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A. LVTZENBVRGII familiæ suæ originem ducunt ab Antonio Meluſinæ præſtigiatricis è decem filiis natu quarto, primo Lutzeburgenſium domino, vt plarunque omnes illuſtriores familiæ, heroica vulgò obtrudunt initia. Nos rei veritatem hic examinare nolentes, lector, quod lubet credere permittimus. Reperio apud probatos Scriptores, Gilbertum Lutzenburgij Comitem filiam ſuam Ogniam Balduino quarto Flandriæ Comiti in vxorem dediſſe, qui Balduinus obiit anno 1034. deinde Gerardum Lutzenburgium Lignij Comitem duxiſſe circa annum Chriſti 1092. Sibyllam filiam prædicti Balduini Comitis Flandriæ, Hannoniæ, ac Namurci, quos paruo interuallo eſt ſecutus noſter Hendricus Lutzenburgij Comes, à quo huius genealogiæ ſeriem deduximus, ſecuti partim exemplar manuſcriptum domini Sintpollij anno 1500. ac antea Lutzeburgiorum Genealogi: partim quæ nobis communicauit dominus Arnoldus Vuahtendonckius vir nobilis acdoctus, Leodij in Collegio D. Martini Canonicus.

B. Ioannes Lutzenburgij Comes, procurante patre Imp. duxit Elizabetham filiam natu maximam Vuenceſlai Regis Bohemiæ, factuſq; eſt poſt ſoceri mortem Rex cognomine cæcutiens, quòd acceptum pellere conatus venenum, vtroque eſſet debilitatus oculo. Secundis nuptiis duxit Beatricem Borboniam, quæ vnicum peperit filium Vuenceſlaum à fratre Carolo primum Lutzenburgij Ducem factum, ac tandem ducta Ioanna filia natu maxima Ioannis tertij Brabantiæ quoque Ducem, qui obiit anno 1383. nullis relictis liberis, ſepultuſque eſt Oriuali apud Lutzenburgios. Ioannis Lutzenburgij filius natu maximus, fuit Carolus quartus Imp. qui anno 1500. ab Ottone Bauaro emit Marchionatum Brandeburgenſem. Reliquit Carolus Imp. filiostres. Ioannes natu minimus Dux Gorlitzij, &c. vnicam ſuſcepit filiam Elizabetham alteram vxorem Antonij Burgundij Brabantiæ Ducis, dotatam a patruo Vuenceſlao Imp. Ducatu Lutzenburg. quem nullis editis liberis, poſt dicti Antonij mortem vendidit Philippo Bono Burgundionum ac Belgarum Principi, vt eius in vita ſcripſimus. Vuenceſlaus Imp. mortuo patruo Vuenceſlao Brabantiæ Duce, Lutzenburgij factus eſt Dux, quem exinde nepti ſuæ dictæ Elizabethæ in dotem dedit, moriens quoque ſine liberis.

C. Sigiſmundus Lutzenburgij Dux, Bohemiæ ac Hungariæ Rex, poſt mortem fratris Vuenceſlai, fit Roman. Imp. neptiq́ue Elizabethę Lutzenburgum quoq; gratis ceſſit. Duxit primùm Mariam filiam hæredemq́ue Lodouici Hungariæ Regis. Deinde Barbaram Ciliæ Comitis filiam, quæ vnicam peperit filiam Elizabetham vxorem Alberti Auſtriæ Ducis ac Rom. Imp. iureq́ue vxorio Regis Hungariæ ac Bohemiæ, deficiente hic apud Bohemos Lutzenburgica ſtirpe, poſteaquam ibi regnaſſet annos 126. obiit Albertus 1439.

D. Vualleranus Lutzenburgius cognomine Pulcher, Comes fuit Fani D. Pauli ac Lignij, ductaq́ue ſorore Richardi ſecundi, Anglorum Regis, genuit filiam ac hæredem vnicam Ioannam priorem vxorem Antonij Burgundi Brabantiæ Ducis, peperitq́ue Iohannem ac Philippum Brabantiæ Duces, qui ſine liberis obiere. Sorores dicti Vualleranı fuere: Ioanna vxor Comitis Vaudemõtij. Altera vxor Comitis Geneuæ. Tertia Comitis Leſchei. Quarta domini Moriamezi. Frater eius Ioannes Lutz. Baureuorij dominus, duxit Margaretam Anghianã, quæ mortuo cognato Gualtero Anghiano, nato è patruo Gohero facta eſt Comes Brianæ, Conuerſantij, ac domina Anghiani, peperitq; Lodouicum Lutzenb. natu ſecundum, Antiſtitem Terouanenſem ac Cardinalem Rothomagenſem. Ioannem Lutzenb. Lignij Comitem tertiò natu filium, ac filiam, quæ poſt mortem Ioannis ac Philippi Brabantiæ Ducum ſine liberis vita defunctorum facta eſt Comes Fani D. Pauli ac Lignij, obiitq́ue ſine liberis, ditionibus his relictis cognato Ioanni Lutzenb. nato è Lodouico Lutzenb. Petrum Lutzenb. natu maximum Comitem Brianæ ac Conuerſantij, qui duxit Margaretam Bauſſiam Andriæ Ducis filiam, quæ filios tres ac totidem filias peperit, de quibus nunc.

E. Iacoba

E. Iacoba Lutzenburgica primò nupſit Duci Bethfordiæ Angliæ Regis fratri: deinde Richardo Dondeuilio Comiti Riuerio. Iſabella vxor fuit Caroli Dauronij Comitis Cœnomanorum ac Guiſiorum. Anna (nonnulli Catharinam vocant) natu minima coniux fuit Arthi Britonum Ducis apud Francos Equitum magiſtri. Lodouicus filius natu maximus Comes fuit Fani D. Pauli, Equitum apud Francos magiſtri, capite plexus à Rege Lodouico vndecimo. Primò duxit Ioannam Barrenſem Marlæ Comitem: deinde Mariam filiam Lodouici Ducis Sabaudiæ, quæ vnicum tantum filium Lodouicum peperit: prior liberos quinque. Ioannem Lutzenb. Fani D. Pauli ac Lignij Comitem poſt mortem amitæ magnæ; genit anno 1476. pugnans cum Carolo Pugnace contra Heluetios. Petrum Lutzenb. Fani D. Pauli, Conuerſantij, Lignij, Leſchij, ac Brianæ Comitem, Anghiani dominum, qui duxit filiam Ducis Sabaudiæ, è qua ſuſcepit filiam vnicam Mariam. Antonium Lutzenb. Charnij Comitem ac Ruſlij dominũ, ſub Carolo Pugnace Burgundiæ Marſcalcum, qui è Franciſca Crouiaca filia Philippi Comitis Chimaij ſuſcepit vnicam quoque filiam Philiſbertam. Carolum Lutzenb. Antiſtitem Laonenſem. Iacobam vxorem Philippi Crouiaci Comitis Porcean, cui nupſit anno 1511. Helenam Comitis Geneuæ vxorem. Philippam nuptam Philippo Cluenſi Rauenſtani regulo. Tibaldus filius natu ſecundus Fiennæ dominus, duxit Philippam Meluniam, Dondæ ac Sottegemi dominam, peperitq́ue Iacobum Lutzenb. qui è Maria Vilæ domini filia ſuſcepit Iacobam Lutzenb. vxorem Caroli primi Comitis Lalani. Mariam Lutzenb. quæ nupſit Danieli Buchottio Bolleſij domino. Iacobum Lutzenb. Fiennæ dominum, qui duxit filiam domini Gruthuſæ, quæ peperit Iacobum ac Franciſcam. Ioannes duxit Elizabetham Culenburgicam filiam natu maximam Iaſpari Culenburgi regulı, ſed obierunt ſine liberis. Philippa Lutzenb. coniux fuit Antonij Lignij, Comitis Fauquenbergij. Iacobus Lutzenburgius tertio natu filius Petri Lutzenburgij Richeburgi dominus, duxit Iſabellam filiam, hæredemq́ue vnicam domini Rubaſij ac Herſelij, quæ filias tantùm tres peperit, Iſabellam, Iolam, ac Lodouicam, de quibus in genealogia. Tres hi fratres Lodouicus, Tibaldus ac Iacobus, anno 1450. ac ſequentibus, cum Philippo Bono, Belgarum Principe, contra Gandenſes, ac rebelles Flandros pugnarunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Otto dominus Lalani, duxit Isabellam Sarrebruſſam, è qua eſt natus

Simon Lalani regulus, duxit Mahutam Aſpremõtiam, è qua ſunt nati

Nicolaus Lalani regulus, qui duxit Mutiam Montigniacam, è qua eſt procreatus

Otto Lalani dominus, Præfectus Hannoniæ, duxit Iolam Barbanſoniam, vixitque ann. 108. obiit anno Chriſti 1441.

Filia nupta Raſſei domino.

Guilielmus Lalani dominus, Præfectus Hannoniæ ac Hollandiæ, duxit Ioannam Crecquiã Bignicortij dominam. Ipſe obiit anno 1434. cùm ei eſſent nati

Iacobus Lalani dominus, vxore non ducta, anno 1453. in obſidione Arcis Puequeanæ denſi tormento ictus: vir ſui temporis fortiſſ.

Ioannes Lalani Dominus ac Bignicurij, tharinam Vuietam, obiitque anno 1498.

Philippus Lalanus periit prælio Mouberm liberis anno 1466.

Antonius periit, contra Helvetios pugnans, ris anno 1476. cum Carolo Pugnace.

Iola nupſit Reinoldo Brederodio.

Iſabella vxor Petri Hennini Boſſui domini.

Sanſeus Lalanus, duxit Catharinã hęredem domini de Robertſã, quæ ei filiam vnicam peperit

Ioãnam Lalanã Philippi Borbonij Duiſantiorum Reguli vxorem, quæ peperit

Antonium Borbonium Duiſantij

Ioannam Borboniam vxorem Fra lini Bauchampij reguli, cui peperit Rollinum, Bauchampij ac Aim num, in cuius ego familia œcon lo miniſtrani, genuitque ex Anna filiam ac hęredem vnicam Annam R primo vxorem Maximiliani Melun mitis Gandenſis, eoque ſine liberis Roberti Meluni Marchionis Richa vterque adhuc hoc anno 1583. vi

Simon Lalanus Montigniacus dominus, duxit Ioannam Gauerenſem, obiitque anno 1478. decima Martij, Philippum Bonũ Burgund. Ducem omnibus ſecutus bellis, peperitque ei Ioanna

Iodocum Lalani ac Montigniacum, quòd ditionem Lalanum ſec à patruele ſuo Ioanne Lalan lielmi patrui ſui filio. Fuit ho Hollandiæ Præfectus. Pe Nonas Auguſti anno 148 dione vrbis Vltraiectenſis, ſent nati è Bona Viuilla liberi

Simõ Lalanus Cheuraini ac Deſcauſſini dominus, duxit Ioannam Ligniacam, obiitque anno 1488.

Maria vxor Engelberti Anghiani.

Machtildis Auſſaui Trafignij.

Ioanna nupta Ioanni Suzellio.

Simon Lalanus Cheuraini regulus, duxit Ioannam Reſſiam hęredẽ domini Deſcauſſini, è qua ſunt nati

Simon Lalanus Cheuraini ac Deſcauſſini dominus, duxit Ioannam Barbanſoniam filiam Ioannis, quæ ei peperit filias tantùm duas:

Ioannam Lalanam rem Oliverij Bo Comitis Pontæu

Mariam Lalanam ptam Ioanni C Chimaij Comitis noniorum Prætor peperit Philipp niacum Chimaiũ tem. Inſpice p giam.

Anthus Lalanus Bigaicurtij regulus, duxit Ioannam Habar ũ Noyellæ ac Vuionis dominam, è qua ſunt nati

Pontus Lalanus Bignicurtij regulus, qui obiit, nullis è Leonora Mommeranciaca filia Ioſephi ac Annæ Egmondanæ ſuſceptis liberis.

Anna Lalana vxor Nicolai Lannoij Mingouallæ reguli.

Bona Lalana nupſit Adamo Eſnio Betencurtij regulo.

Iola Lalana coniux fuit Ioannis Portæ Morſeledæ reguli.

Carolus primus Lalani Comes factus ab Imp. Carolo quinto, duxit Iacobam Lutzenburgicam, quæ peperit.

Carolus Lalani Comes, duxit Margaretam Crouiacam, quæ peperit Philippum. Secundò duxit . . . . . Horneam, quæ excepto Philippo cæteros peperit.

Philippum Lalani Comitem, qui duxit Margaretam filiam Ioannis Lingij Arenbergæ Comitis, quæ peperit. Ipſe obiit anno 1582.

Hugonem Lalanum Condei dominum, virum non integræ mentis.

Emanuelem Lalanum Montignij regulum.

Philippam Chriſtinam Lalanam vxorem Petri Melunij Eſpinoij Principis quarti.

Antonius Lalanus Montignij dominus, factus eſt ab Imp. Carolo quinto primus Hohſtratæ Comes, duxit Elizabetham filiam natu maximam Caſpari Culeburgij regis, à qua Hohſtratam obtinuit. Cumq; ſine liberis obiret, hęredem teſtamento inſtituit Philippum Lalanum nepotem ex fratre.

Antonia Lalana, nupſit Philippo Habarco.

Margareta Lalana vxor fuit primùm Philippi Contai: deinde Lodouici Longeualli.

Philippum Lalanum teſtamẽto patrui Antonij Hohſtratæ Comitem, cui ſunt nati ex Anna Comitis Rennebergij filia liberi multi:

Antonius Lalanus Hohſtratæ Comes, cui ſunt nati ex Anna Mommoranciæ ſorore Philippi Hornæ Comitis,

Georgius Lalanus Rennebergij Comes ac Vilæ dominus, vxore non ducta, obiit Groningæ anno 1581.

Margareta vxor Philippi Com. Lignij.

Anna Canonica Thoræ.

Cornelia vxor Monchauæ domini, è familia Hamala.

Barbara nupta fratri Comitis Emdæ.

Maria Lalana.

Iacoba Canonica Montibus Hannoniæ.

Guilielma Lalana.

Guilielmus Hohſtratæ Comes.

Philippus Hermannus Rennebergij Comes.

. . . . . filius tertius.

Anna Lalana nupta apud Francos Locæ domino, filio natu ſecundo Annæ Mommorãcij Equitum magiſtri.

Margareta Lalana.

Merentur Lalani Proceres, vel ob vnicum Philippi Cominæi Argentoniorum Reguli teſtimonium, in hominum memoria æternitatis beneficium. Ita enim hiſtoriæ ſuæ libro primo capite ſecundo, de Philippo Lalano Guilielmi filio loquens, ait: *Qui ea natus eſt familia, è qua fortes ac ſtrennus prodiere viri, ac qui pro maiori parte Principibus ſuis militantes mortem oppetiere.* Vtinam hæc omnibus cordi eſſent, qui fumo nobilitatis tumidi, nil præterea Reipublicæ conferunt; non per Deum immortalem tam miserè Reſpublicas ciuilibus bellis lacerari conſpiceremus, magna nobilitatis cum infamia ac iactura!

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. CROVIACOS Proceres originem non trahere è Palæologis, Castriotis, Comminatibus, nec Despotis, illustres potentesq; olim Græcorum familias, his patet rationibus. Palæologorum familia, cùm circiter annos ducentos Constant. imperasset, desiit in Constantino Imp. qui cum vniuersa stirpe masculà anno 1453. expugnata à Mahumeto Turcarum Rege huius nominis secundo Vrbe Constant. est interfectus. Deinde pulsis, extinctisque ab eodem Mahumeto Thoma ac Demetrio fratribus Palæologis in Peloponneso tum latè imperantibus. Stirps Comminatium, ac Despotarum, interiit morte prioris vxoris Philippi Principis Tarentini, filij Caroli secundi Regis Neapolitani, quorum tres filij liberis non susceptis obiere. Stemma Castriotorum periit morte Ioannis, qui à Baiazetho Turcarum Rege pulsus, exul in Francia sine liberis obiit. Quòd autem Crouiacos è Croatia Dalmatiæ regione oriundos inde nomen deducere nonnulli euincere conentur, falsum esse sequens historia docebit. Andreas decimus sextus Hungarorum Rex, qui anno Christi 1235. vixit (seriem eorum numerando à D. Stephano Rege, qui vixit anno Christi 997.) è priore vxore Gertrude genuit filios tres. Belam post se Hungariæ Regem, vexatum ac ad tempus pulsum à Tartaris (olim Scythæ) fratre Colomanno natu secundo in pugna desiderato. Tertio natu Andreas in Italiam ad Venetos rebus desperatis perfugit, vidensque fratrem Belam liberos suscepisse, vxorem Venetiis Sibyllam duxit Cumanam filiam Petri Cumani Senatoris Veneti, viri longè ditissimi. huius Andreæ soror fuit D. Elizabetha, vxor Lodouici Thuringiæ Lantgrauij.

B. Marcus Hungarus Andreæ filius, considerans parentum opes numerata in pecunia consistere, exosus mercaturam circiter annum Christi 1266. in Franciam proficiscitur, regnante Philippo tertio filio Lodouici Sancti, cuius in Aula cognitus probatusq;, vxorem meruit Catharinam, filiam heredemque vnicam, Baronis Araini ac Crouiaci, ea conditione, vt filius qui ex eis nasceretur natu maximus, retentis paterni stemmatis insignibus natalitiis, Baro Arainus vocaretur: Secundo autem loco natus filius, Baro Crouiacus appellaretur. Fuit olim Crouij castellum satis celebre ac munitum, sub imperio Vidami Ambianensis situm, eorumque beneficium, hoc tempore planè dirutum, extante tamen eiusdem nominis pago. Nati sunt è Marco ac Catharina, Ioannes Baro Arainus, qui ducta Ioanna filia Comitis Bellemontij liberis nõ genitis obiit. Guilielmus Crouiaci Baro duxit Annam filiam Arnoldi Comitis Guinensis, quæ ei in dotem attulit Burchgrauiatum Greuelingę ac Borborgi, clara apud Flandros oppida, morienssque ante fratrem Ioannem, reliquit filium Ioannem Crouiacum, patris patruique hæredem, qui seruato cognomine ac insignibus Crouiacis, Hungarica tamen in scuto superiorem dedit locum, constantibus è tribus rubris tignis per transuersum albi scuti positis, duxitque in vxorem Ioannam Arainiam, quæ ei inter alios peperit Antonium Crouiacum Baronem Arainum, Burchgrauium Greuelingæ ac Borborgi, qui duxit Margaretam Suessonam Moreli dominam è Francorum Regum stirpe ortam, quæ Iacobum peperit Crouiacum Baronem Arainum, Burchgrauium, &c. nupsitque illi Maria Picqueniaca Vidami Ambianensis filia anno 1313. peperitque Guilielmum, qui duxit Isabellam filiam hæredemque vnicam Andreæ Baronis Rentiaci ac Seningæ, ac Mariæ Brimeusię, idque anno 1354. ea conditione, vt filius natu maximus, insignia familiarum Crouij, ac Rentij vno in scuto coniuncta præferret: quod & hodie familiæ Crouiacæ Primatem obseruare videmus. Peperit Isabella Ioannem Crouiacum Guinesij Comitem Baronem Rentiacum ac Seningę supra veteres titulos, duxitq; Mariam Craonicã filiã filiæ Comitis Porciennę, cuius auia filia fuit Ioannis filij secundo natu Comitis Flandriæ, quæ ei in dotem attulit ditionem Thulensem, fuitque hic Ioannes summa in auctoritate apud Carolũ sextum, Francorum Regem, eiusque patruum Philippum Audacem Burg. Ducem, cuius nomine Picardiam ac Boloniam gubernauit, primusque eius Cubicularius ac Consiliarius, quemadmodum & Ioannis Intrepidi dum vixit fuit, quo tempore Crouiaci Proceres primum in Flandria, deinde in Brabantia cognosci, clarique haberi cœpêre. Periit anno 1415. septimo Cal. Nouembris, duobus cum filiis natu maximis prælio Azincurtiano

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro Francis contra Anglos infeliciter pugnans, multis aliis vtriusque sexus relictis liberis, de quibus nunc seperatim est scribendum.

C. Antonius Crouiacus Guinesij Comes, &c. Prima eius vxor filia fuit reguli Rubasij, quæ Ioannam filiam vnicam peperit, vxorem Montfortij Comitis. Altera Margareta filia fuit Antonij Comitis Vaudemontij, quæ ei in dotem attulit Airschotum, ac Birbecam Brabantiæ oppida, hac ratione. Godefridus frater natu minimus Ioannis primi Brabâtiæ Ducis pro hereditaria portione accepit, Airschotum, Birbecam, Sichenum, ac Sintahtenrodam, pugnansque pro Rege Francor. contra Flandros prope Cortracum, cum vnico filio Ioanne, multaque Francorum nobilitate, concessa Flandris victoria occubuit. Filiæ verò eius duæ dictas patris ditiones diuisere. Natu maior nupsit Comiti Vaudemontano apud Lotharingos, eique in dotem attulit Airschotum ac Birbecam, quæ Vaudemontiorum agnouere imperium, donec his Antonij Crouiaci nuptiis cum Margareta Vaudemontana dotis nomine Crouiacis cederent. Filia altera nupsit Comiti Lonæo (Lossensem alij, magis corrupta vernacula voce, dicere malunt) in dotem adferens Sichenum ac Sintahtenrodam. Fuit hic Antonius Philippi Boni Burg. Ducis Consiliarius, si quis alius, intimus ac secretissimus, filiique eius Caroli Pugnacis è sacro fonte susceptor, ac ditionis Lutzenburgij Rector, auxitque prædecessorum dignitatem titulo Comitis Porceani, domini Airschorani ac Birbecani, morienque anno 1477. è Margareta procreauit liberos multos, de quibus litera F. G.

D. Ioannes Crouiacus primus Chimaij Comes factus anno 1473. Brugis à Carolo Pugnace. Hannoniorum fuit Gubernator, ductaque Maria Lalana Qucurainj domina, genuit Iacobum Antistitem Cameracensem. Michaelem Fani D. Piati Regulum, qui sine liberis obiit. Oliuerium Rhodiorum nunc Melitensium Equitem. Iacobam vxorem Comitis Nesiæ. Isabellam coniugem reguli Vaurini. Philippum Chimaij Comitem, qui ducta Vualburga Meursia, genuit Carolum ac Antonium, de quibus litera H. I.

E. Ioanna senior primum nupsit Lannoij regulo, deinde Sombreffi domino. Iacoba eius soror vxor fuit domini Rubenpræi. Guilielma domini Manderschetij. Antonia Ioannis Bochainij. Ioanna iunior domini Baureuorij. Agnes gubernatrix fuit familiæ Isabellæ Lusitanæ vxoris Philippi Boni Burgundiæ Ducis, ac Belgarum Principis, obiitque innupta.

F. Antonij Crouiaci de quo in litera C. locuti sumus, liberi fuere hi: Ioanna vxor Lodouici Bauari. Maria Guilielmi Lossij Comitis Blanquenhemij. Iacoba domini Lignij. Ioanna iunior Abbas fuit apud D. Marcellum prope vrbem Parisiensem. Habellam duxit Guido Tuteuilius. Philippus Porceani Comes anno 1511. duxit Iacobam Lutzenburgicam filiam Lodouici Fani D. Pauli ac Lignij Comitis, quæ peperit Antonium Antistitem Terouanensem. Guilielmum Marchionem Airschoti, qui ducta Anna Hamalia liberis non procreatis obiit. Hendricum Comitem Porceanum, qui anno 1514. Catharinam Chastaubriantiam duxit, peperitque ei Guilielmum Antistitem Cameracensem, Archiepisc. ac Card. Toletanum. Roberti Episcop. Camerac. Carolum Antist. Tornac. Helenam vxorem Iacobi Lutzenburgij Gaueræ Principis, qui sine liberis obiit. Annam nuptam Antonio Marchioni Montibus ad Scaldim. Carolum Comitem Porceanum, qui filiam Caroli Ambosii duxit, vnde natus Antonius Crouiacus sine liberis obiit. Philippum Cro. qui ab Imp. Carolo quinto primus Airschoti Dux est creatus, primaque eius vxor fuit Anna filia Caroli Crouiaci, primi Chimaij Principis, Altera fuit Anna Lothoringa, vidua Reineri Nassauuij Aurantij Principis quam duxit anno 1549. genuitque ex ea vnicum filium Carolum Philippum Crouiacum à Philippo Austriaco Hispaniarum Rege, Belgarumque Principe primum Haurechi Marchionem factum, duxitque Dianam Dommartinam. E priore vxore genuit Philippus Crouiacus Carolum Crouiacum, qui è duabus vxoribus liberis non genitis obiit. Guilielmum Marchionem Rentiaci, qui ducta Anna Renessia filiam genuit Annam Crouiacam. Lodouicam vxorem primi Maximiliani

ximiliani Burgundi primi Veræ Marchionis, deinde Ioannis Burgundi reguli Fromontiorum, vnde nata Ioanna Burgundica puella obiit. Philippum Ducem Airschotranum, qui ducta Ioanna filia hæredeque vnica domini Halevuini, genuit Carolum Chimaij Principem, qui filiam duxit domini Quinij è familia Brimæa, quæ eum Megij Comitem fecit. Post mortem vxoris stirpis Halevuinæ, duxit Philippus Dux Airschotanus anno 1582. Ioannam Blosiam sororem domini Treflongi, viduam Philippi Lannoij Bauuorij domini.

G. Ioannes Reusij regulus, alter Antonij Crouiaci filius, ducta filia hæredeque vnica domini Crecquij apud Atrebates, genuit Isabellam vxorem domini Molinij. Fredericum Reusij dominum, qui è Lamberta Brimeusia genuit Eustatium Antistitem Atrebatensem, ac Adrianum Crouiacum Reusij Comitem, qui ducta Claudia Meluna procreauit Ioannem Crouiacum Reusij Comitem, qui è Maria Liequesia, moriens anno 1581. liberos non genuit. Eustatium Rennegemij regulum, qui Lodouicam Ghistellanam duxit. Lambertam primo nuptam Antonio Crouiaco, deinde Ægidio Barlamontij Comiti, regulo Hergiano, liberisq; ex ea non genitis, periit tormenti fortuito ictu anno 1579. in oppugnatione vrbis Traiectensis ad Mosam. Claudia nupsit Adriano Rubempræo Beurani regulo.

H. Carolus primus Chimaij Princeps creatus ab Imp. Carolo quinto, duxit Lodouicam Albretham Auennæ dominam, quæ filias tantùm quatuor peperit. Anna natu maxima Princeps Chimaij ac domina Auennæ, nupsit Philippo Crouiaco primo Airschotensium Duci, de quo suprà in litera F. qui tradidit Imp. Carolo quinto munitiones oppidi Auennæ, vt iis suo arbitrio contra Francos vteretur, seruatis sibi annuis reditibus. Margareta, Vuarini domina, nupsit Carolo Comiti Lalano, cui peperit Philippum Lalani Comitem.

I. Antonius Crouiacus filius alter Philippi Crouiaci filij Ioannis, de quo suprà in litera D. Fani D. Piati regulus fuit. Prior eius vxor fuit Lodouica Lutzenburgica: altera Anna Vandergrachtia, genuitque è prima Iacobum Crouiac. Fani D. Piati regulum, qui primò duxit Annam Henninam, deinde Annâ Hornanam, postremò Iolam Lannoiam. E prima natus est Antonius Crouiacus Fontainesi regulus, qui ducta Lamberta Crouiaca sine liberis obiit. Ex altera nata est Anna Crouiaca. E tertia Philippus, Antonius, ac Iacobus Crouiacus. Antonius Crouiacus genuit ex Anna Vandergrachtia filiam Annam vxorem Martini Hornani Gasbecæ reguli. Prior eius soror Catharina nupsit Roberto Marcano. Francisca Antonio Lutzenburgio Charnij Comiti, &c.

Illustrem hucusque stirpem prosequi libuit, posteros posteri celebrabunt. Huius verò genealogiæ exemplum nobis fecit vir nobilis ac in quærendis Nobilium familiarum stemmatibus diligens, nepos mihi ex sorore Ioannes Dilsius, plura nobis ad communem vtilitatem communicaturus, nisi eum hæc molientem intempestiua mors rapuisset.

Universidad de Deusto Biblioteca

GENEALOGIA HEVKELANA.

- Otto Arculeus filius natu secundus, Ioannis Arculensium Reguli, huius nominis octaui à patre factus est dominus Heukelanus ac Asperanus, suscepit è priore vxore filia Heusdana filios duos
  - Ioannes Heukelemi dominus ac Leidenburgi, duxit in vxorem filiam reguli Burani, quæ peperit
    - Ottonem Heukelemi dominum, cui est natus è filia Leccana
    - Otto Asperæ dominus, nec non Ackoij, ac Lounij.
  - Lodouicus Cliuię Co. obiit sine liberis.
  - Euerardus Cliuię Co. è quo eorũ deducitur series.
  - A. Robertus Com. Teisterbantij, qui suscepit è Cunigũde Hoij Com. filia.
  - Lodouicus Co. Teisterbantij.
    - Robertus primus Heusdæ regulus, Comitis tamen Cluræ beneficiarius, duxit Adamam filiam Hẽdrici Com. Cucani, obiitq; an. 857.
    - Theodoricus primus Alsenaæ dominus Comitis quoq; Cliuij beneficiarius.
  - B. Balduinus 2. Heusdæ dominus, duxit Sophiã Angliæ Regis filiam, obiitq; anno 870. relinquens
    - Aidmondũ Heusdanum.
    - Robertus 2. Heusdæ dominus, duxit Adelheidã filiam Comitis Zutphaniæ, obiitque anno 914.
      - Aidmondus Heusdæ dominus, duxit Hildegondim filiã Comitis Seinæ, obiitque anno 929. cùm ei esset natus filius
        - Ioãnes Heusdæ dominus, qui obiit an. 936 cùm suscepisset è Lonij Comitis filia
          - Robertũ Heusdæ dñm, qui obiit anno 972. cùm ei vxor Gertrudis filia Com. Spanhemij peperisset
            - Balduinum 3. Heusdę dominũ, qui obiit anno 1028 cùm procreasset ex Aleida Geneppæ dñi filia
              - Ioannem Heusdæ dñm., qui obiit 1073 cùm genuisset ex Mahtelde Stenuordij domini filia,
                - Alverardis nupsit Theodorico 2. Bruderodæ regulo.
              - Robertũ 4. Heusdæ dñm. obiit anno 1092. cùm esset natus è Ioanna filia Ioãnis Alteinareguli
                - Aleida vxor Ioãnis Arculei quinti
              - Balduinus 4. Heusdæ dominus, obiit 1110. peperitque ei Bertranda Lippiæ domini filia
                - Ioannẽ 3. Heusdæ dominũ. obiit 1135. suscepit è Christiana filia domini Arentsbergij
                - Guilielmũ, qui sine liberis obiit 1153.
                - Arnoldũ Heusdæ dominũ, qui è Maria filia Comitis Salmæ procreauit. obiit an. 1168.
                - Ioannẽ 4. Heusdæ dominũ. Duxit Luciã fil. dñi Hornani, obiit 1192.
                - Baldui nus Cu stinus Herf vuici dñs.
                - Robertus 5. Heusdę dominus, duxit Philippam filiam domini Diestani, obiitque anno 1202. succedente filio Ioanne quinto *
                - Vualterus Spirin gius.
    - Ioannes Heukelemi dominus, duxit primò filiam Hornanam: deinde hac mortua è Teilyngijs, reliquit
      - Ottonẽ Heukelemi dominum, qui duxit Elizabethã Liendanam. Ipse obiit anno 1408. natus ei est
        - Ioannes Heukelemi dominus, duxit Bertam Culenburgicam filiã Ioannis. Ipse obiit anno 1465. relicto filio
          - Ottone Heukelemensium domino, qui duxit filiã ac hæredem domini Vuaerdenburgij ac Ameroię. Capitis cum patre à Carolo Pugnace Burgund. Ducẽ fuit dimissus nisi ei ditionẽ cessisset Heukelanã, in quam Carolus fuit inauguratus. obiit Otto anno 1505. hisce relictis liberis:
            - Ioannes dominus fuit Heukelemensium, Vuaerdenburgij ac Ameroiæ, duxit Adrianam Bac Ioannis Astę domini filiam, è quæ est natus — obiit Ioannes anno 1512.
              - Posthumus, qui post tertium natiuitatis diẽ obiit.
            - Gerardus Heukelemi dominus, ducta Margareta Praetensi, sine liberis anno 1547. obiit.
            - Vualrauius Heukelemi, Vuaerdẽburgi, ac Ameroiæ dominus, filiam duxit nothamCaroli Geldriæ Ducis nomine Catharinam, è qua ei sunt nati hi liberi
              - Otto Heukelemi dominus, duxit Mariam Immerselliam. Ipse obiit anno 1567. relicta filia ac hærede vnica
                - Maria Heukelemensium domina.
              - Carolus Vuaerdenburgi dominus, duxit filiam natu minimam Caroli Hannarti domini Likerkij, obiit sine liberis.
              - Georgius Ameroiæ dominus, duxit filiam domini Lochorstij nomine Annam.
              - Gerardus Heukelanus.
              - Elizabeth Heukelana vxor domini Castresij in Flandria.
            - Berta vxor Rutgeri Botselarij, Asperæ ac Langeraci domini.
            - Hendrica nupsit Hendrico Assendelfiio Gauriæ domino.
            - Anna, Vualrania, Helvuiga. } Heukelanæ adhuc innuptæ.

HEVSDANÆ FAMILIÆ STEMMA.

- Balduinus filius Roberti primi Cliuiæ ac Teisterbãtij Comitis, genuit è filia Lodouici Comitis Pro inciæ Lugdunensis filios tres:
  - Lodouicus Cliuię Co. obiit sine liberis.
  - Euerardus Cliuię Co. è quo eorũ deducitur series.
  - A. Robertus Com. Teisterbantij, qui suscepit è Cunigũde Hoij Com. filia.
  - Lodouicus Co. Teisterbantij.
    - Robertus primus Heusdæ regulus, Comitis tamen Cluræ beneficiarius, duxit Adamam filiam Hẽdrici Com. Cucani, obiitq; an. 857.
    - Theodoricus primus Alsenaæ dominus Comitis quoq; Cliuij beneficiarius.
  - B. Balduinus 2. Heusdæ dominus, duxit Sophiã Angliæ Regis filiam, obiitq; anno 870. relinquens
    - Aidmondũ Heusdanum.
    - Robertus 2. Heusdæ dominus, duxit Adelheidã filiam Comitis Zutphaniæ, obiitque anno 914.
      - Aidmondus Heusdæ dominus, duxit Hildegondim filiã Comitis Seinæ, obiitque anno 929. cùm ei esset natus filius
        - Ioãnes Heusdæ dominus, qui obiit an. 936 cùm suscepisset è Lonij Comitis filia
          - Robertũ Heusdæ dñm, qui obiit anno 972. cùm ei vxor Gertrudis filia Com. Spanhemij peperisset
            - Balduinum 3. Heusdę dominũ, qui obiit anno 1028 cùm procreasset ex Aleida Geneppæ dñi filia
              - Ioannem Heusdæ dñm., qui obiit 1073 cùm genuisset ex Mahtelde Stenuordij domini filia,
                - Alverardis nupsit Theodorico 2. Bruderodæ regulo.
              - Robertũ 4. Heusdæ dñm. obiit anno 1092. cùm esset natus è Ioanna filia Ioãnis Alteinareguli
                - Aleida vxor Ioãnis Arculei quinti
              - Balduinus 4. Heusdæ dominus, obiit 1110. peperitque ei Bertranda Lippiæ domini filia
                - Ioannẽ 3. Heusdæ dominũ. obiit 1135. suscepit è Christiana filia domini Arentsbergij
                - Guilielmũ, qui sine liberis obiit 1153.
                - Arnoldũ Heusdæ dominũ, qui è Maria filia Comitis Salmæ procreauit. obiit an. 1168.
                - Ioannẽ 4. Heusdæ dominũ. Duxit Luciã fil. dñi Hornani, obiit 1192.
                - Baldui nus Cu stinus Herf vuici dñs.
                - Robertus 5. Heusdę dominus, duxit Philippam filiam domini Diestani, obiitque anno 1202. succedente filio Ioanne quinto *
                - Vualterus Spirin gius.
    - Ioannes Heukelemi dominus, duxit primò filiam Hornanam: deinde hac mortua è Teilyngijs, reliquit
      - Ottonẽ Heukelemi dominum, qui duxit Elizabethã Liendanam. Ipse obiit anno 1408. natus ei est
        - Ioannes Heukelemi dominus, duxit Bertam Culenburgicam filiã Ioannis. Ipse obiit anno 1465. relicto filio
          - Ottone Heukelemensium domino, qui duxit filiã ac hæredem domini Vuaerdenburgij ac Ameroię. Capitis cum patre à Carolo Pugnace Burgund. Ducẽ fuit dimissus nisi ei ditionẽ cessisset Heukelanã, in quam Carolus fuit inauguratus. obiit Otto anno 1505. hisce relictis liberis:
            - Ioannes dominus fuit Heukelemensium, Vuaerdenburgij ac Ameroiæ, duxit Adrianam Bac Ioannis Astę domini filiam, è quæ est natus — obiit Ioannes anno 1512.
              - Posthumus, qui post tertium natiuitatis diẽ obiit.
            - Gerardus Heukelemi dominus, ducta Margareta Praetensi, sine liberis anno 1547. obiit.
            - Vualrauius Heukelemi, Vuaerdẽburgi, ac Ameroiæ dominus, filiam duxit nothamCaroli Geldriæ Ducis nomine Catharinam, è qua ei sunt nati hi liberi
              - Otto Heukelemi dominus, duxit Mariam Immerselliam. Ipse obiit anno 1567. relicta filia ac hærede vnica
                - Maria Heukelemensium domina.
              - Carolus Vuaerdenburgi dominus, duxit filiam natu minimam Caroli Hannarti domini Likerkij, obiit sine liberis.
              - Georgius Ameroiæ dominus, duxit filiam domini Lochorstij nomine Annam.
              - Gerardus Heukelanus.
              - Elizabeth Heukelana vxor domini Castresij in Flandria.
            - Berta vxor Rutgeri Botselarij, Asperæ ac Langeraci domini.
            - Hendrica nupsit Hendrico Assendelfiio Gauriæ domino.
            - Anna, Vualrania, Helvuiga. } Heukelanæ adhuc innuptæ.

- Ioãnes 5. Roberti quinti filius Heusdæ dñs, duxit filiam Comitis Vuarneburgij, obiitque an. 1235.
  - Guilielmus Hedechusij dominus
  - Ioãnes 6. Heusdæ dñs, duxit Catharinam filiam Comitis Lonij, obiitque anno 1279. successitque filius —
    - Ioannes Venę dominus.
  - C. Ioannes 7. Heusdę dñs, duxit Aleidã Comitis Vuibesteinei filiam: deinde Ermengardim filiã domini Vuiccurij, obiit 1303.
    - Arnoldus Slusæ dñs.
    - Ioãnes Hesbenij dñs.
  - Ioannes 8. Heusdæ dñs, Aleida natus, primò duxit Margaretã filiam dñi Cucani: deinde Sophiã filiã dñi Cranedonckij, quæ non peperit, obiitq; anno 1318. duobus relictis liberis.
    - Ioãnes Heusdanus Aleida quoque natus Drongeli dominus, genuit ex vxore
      - Guilielmũ Drõgelium, cui ex vxore sunt nati
        - Robertus Drongelius anno 1333. ex vulnere sine liberis obiit.
        - Ioannes Drongelius.
        - Herberus Drongelius.
        - Theodoricus Drõgelius.
        - Arnoldus Drongelius.
    - Ioannes Heusdanus Ermingarde natus, dominus fuit Elshautij.
  - D. Ioannes 9. Heusdæ dñs, duxit Cunigundim filiam Ioãnis Arculei 10. obiitq; an. 1334 nullis relictis liberis, succedẽte illi Ioanne Brabantiæ Duce.
    - Sophia Heusdana nupsit Sassenburgij regulo.
  - Ioãnes 3. Brabantiæ Dux, empta à Sassenburgio vxoris Sophię Heusdanæ actione, factus est Heusdę dominus, huius nominis decimus, ac fundamentum arcis Heusdanę primus iecit, obiitque anno 1355. succedente illi filia è tribus natu maxima
    - Ioanna Brabantiæ Duce ac Heusdæ domina, quę nupsit Vuenceslao Luxenburgensiũ Duci. Sed ortis inter Brabantos ac Flandros de iusta hæreditatis diuisione controuersia (Flandri enim mater, huius Ioannæ erat soror) cùm aliquandiu inuicem bello vexassent, tandem intercessione Guilielmi Bauari Hollādię Comitis dissidium componitur, vtin huius genealogiæ explicatione litera D. latiùs declaratur.

Guilielmus Banarus Hollādiæ Comes, cùm pacem inter Flandros ac Brabantos fecisset, sui non oblitus, effecit vt Brabantus veteri obliterata lite Hollandis ditione Heusdanæ absolutè cederet, à quo tempore in hũc vsq; annum 1583. Hollandiæ Comites Heusdanam ditionẽ nemine litẽ mouente pacificè possedere, ac cũ Hollandia iunxere. Ne verò Drongeliis conquerẽdi relinqueretur locus, dictus Comes Guilielmus Ioãni Drongelio filio Guilielmi omni quod in Heusdanã ditionẽ habere poterat cedẽte iure, dono dedit pro se ac successoribus ditionẽ Ethenam ac Meuvuanam, seruato Hollandię Comitibus patronali iure, quemadmodum & in ditione Drongelana habebant; ædificauit exinde Ioannes Drongelius Meuvuæ insignem arcem, vbi sedem figens, vitam finiuit.

* 1 1

N 1

HEVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN GENEALOG. HEVSDANAM EXPLICATIO.

A. TEISTERBANTII Comitatus olim continebat insulam Bommelanam, ditionem Heusdanam, Arculeam, Altenaënsem, Vianensem, Culenburgēsem, Buranam, ac quod à Lecca Lingaque (olim Aqua longa dicta) ad veteris Mosæ alueum continetur, desinq; hic Comitatus amplius nominari, tempore Comitis Anfredi, qui vixit anno 994. ac Traiecti ad Rhenum Antistes factus dictas regiones inter propinquos ac cognatos diuisit, parte tamē Ecclesiæ Vltraiectensi ac Leodiensi tradita, quòd iam antea Comites Cliuię Teisterbantij Comitatū ab Episcopis Vltraiectensibus beneficiario iure accipere essent consueti. Extinct enim Episcopatus Vltraiectensis ducentos circiter annos ante Comitatum Cliuiæ.

B. Hic Balduinus cum Heinoldo Comite Andegauensi in Angliam profectus, diu Aidmondo Anglorum Regi militauit, eiusq; tandem filiam Sophiam abductam Heusdæ in vxorem duxit, quam dum pater quæri iuber, mortuo iam Balduino inuenta est Heusdæ sericum purpureum contueta ac nota rotulæ rubra machina nere. Rex Aidmondus ab amicis placatus nepotes ad se profectos blandè suscepit, voluitq; vt maternæ memoria fortunæ armorum insignia mutarent, acciperentq; purpuream in scuto aureo rotā, supra verò galeā ponerent aures asininas cum cærulea corona ac purpurea rotula intra asininas aures collocatas, quæ in hunc vsque diem Heusdani seruarunt. Robertū liberaliter donatum exinde domum dimittit: Aidmondus verò apud auum sine liberis obiit. Sophia è viuis decessit anno 890. sepultaque est Altheusdæ. Balduinus eius maritus pagos condidit, Puderoam, Brakelam ac Alstam.

C. Ditio Heusdana beneficium Cliuiæ Comitum eo vsque mansit, donec anno 1290. Theodoricus Cliuiæ Comes 25. Florentium quintum Holl. Comitem filium Guilielmi Imp. inuiseret. Tum enim vt in mensa prandebant, liberali manu dicto Comiti Florentio ius omne quod in ditionē Heusdanam ac Altenaënsem Cliuius habebat transfert, factisque ea de re publicis tabulis, quæ non ita pridem in Hollandorum adhuc seruabantur Archiuis, Heusdam, ac Altenaam Hollandiæ beneficium facit: quæ causa fuit vt hic Ioannes Heusdæ dominus, ditionem suam ab Hollandiæ Comite beneficiario iure repeteret. Sed eùm paulò pòst quæstio orta esset inter Heusdæ dominum, ac Buscoducenses, Heusdanus illis impar, auxilium ab Hollando patrono suo petit: Buscoducenses à Duce Brabantiæ, qui (Hollando adhuc imparato) facilè Heusdam in potestatem redegit, pauloq; pòst amicorum intercessione Heusdæ domino reddidit, ea conditione vt posthac ipse, ac eius posteri se beneficiarios Brabātiæ agnoscerent: Cumq; accessisset venditio Ioannis Heusdani huius nominis postremi sine liberis morientis, Brabanti absolutum se ius quæsiuisse allegabant. Sed quis tandem huius controuersiæ finis fuerit, lege litera sequenti.

D. Ioanne hoc mortuo variè iactata est hac de causa ditio Heusdana: Ioannes nonus Heusdæ dominus, liberis non genitis, Heusdanam ditionem, Ioanni huius nominis tertio Brabantiæ Duci vendidit, rem promouentibus Ioanne Cranendonckio ac Ioanne Elshotio. Sed Ioannes Drongelus ac Sophia propinquiores hæredes quantum potuere ne fieret venditio obstiterunt, tutatusque est ius suum Guilielmus Drongelus, quinque adiuuantibus filiis summo studio, adeò vt ad tempus ea de causa, ditione Drongelana (occupante eam Brabanto) pelleretur. Sassenbergæ dominus, Sophiæ Heusdanæ malam profitiscitur, tentaturus an ne in æquissima causa plus quàm Drongelij esset obtenturus. Perit à sibi verba dari conspiceret, iterum plenus ad Hollandiæ Comitem (cui antiquius in Heusdam ius Pavendit, vnde primò bellum, deinde pax inter Hollandum ac Brabantum secuta: quæ cùm Sassenbergio non placeret, exusto Turnotio, multisque aliis Brabatiæ pagis, propriis auspiciis ac viribus, bellum contra Brabantum aggreditur. Sed res tandem hac conditione componitur, vt Brabantus Heusdam possideret, Sassenbergio autem cum successoribus pro vxoris iure solueret singulis annis trecentos Regales aureos, pro quarum solutione vrbs Buscoducensis spopondit, vtroque non considerante venditionem consistere non posse, quòd Sassenbergius paulò ante ius suum Hollando vendidisset. Cumque bellum esset ortum inter Vuenceslaum Lutzenburgi ac Brabantiæ Ducem, ac Lodouicum Malanum Flandriæ Comitem causa vrbis Mechliniensis propter hæreditariam matris Lodouici Malani portionem, quam Flander detineri à Vuenceslao allegabat, post aliquot vltrò citroque illatas clades, tandem communi consensu addita solemni stipulatione ad arbitrium Guilielmi Bauari Hollandiæ Comitis controuersiam deferunt, qui pro Brabanto lata sententia addidisse audacter fertur, tantum Brabantis esse iuris in ciuitatē Mechlinienſem, quantum Hollandis in ditionem Heusdanā: ac proinde tua, inquit, est Mechlinia, Heusda mea, his vernacula lingua vsus verbis: **Mechelen dijn / Heusden mijn.** Atqui ex eo tempore nemine amplius controuersiam mouente, ditio Heusdana membrum beneficiarium Hollandiæ mansit, cùm primò fuisset beneficium Ecclesiæ Traiectensis ad Rhenum, deinde Cliuiæ, exinde Hollandiæ, quartò Brabantiæ, postremò rursum Hollandiæ, cuius solum Comitem iure Patronum in hunc vsque diem agnoscit.

ARCV-

A.

Heimanus factus est à Theodorico primo Hollandorū Comite Arculi dominus, quē quidā eius Oeconomum fuisse volunt: alij Præfectū partis Frisiæ fuisse dicūt. Arculei alleuerant vixisse nobilē, ex Hūgaria in Hollandiā profectum, atque ob virtutem dictione Arculea donatum; genuit

Dodonē, qui eam obtinuit primo. Comite Arculi dominus, quē quidā fuisse volunt; Præfectū partis Frisiæ fuisse dicūt. Arculei alleuerant vixisse nobilē, ex Hūgaria in Hollandiā profectum, atque ob virtutem dictione Arculea donatum; genuit

Arculei domi-nus, duxit Elizabethā filiā Guielmi Comitis Cucani, obiit in Syria pugnans

Ioannes 1. Arculei dominus, duxit Margaretam filiā domini Altenæ, peremptique iniquè ab oppugnatione Castelli Iselmondij, anno 1082.

Ioannes 2. Arculei dominus, duxit Adelā Heusdanā. Recidit à Syria in Asiā minorē, obiit anno 1112

Ioannes 3. Arculei regulus, duxit Adelā Heusdanā. Recidit à Syria in Asiā minorē, obiit anno 1112

Ioannes 4. Arculei regulus, duxit Petram filiā Comitis Atæ. Periit secunda Grimbergēsi pugna anno 1144.

Folpardus Arculeus Lerdami regulus.

Hugo Arculeus nupsit Roberto nono Heusdæ dño

Ioāna Arculea nupsit Boetio, ac illi succedentibus Hollandiæ Comitibus.

Maria Arculea nupsit Ioanni Egmondano filio Arnoldi, cui peperit Arnoldum Geldriæ Ducem, &c. ac Guilielmum Egmondæ Regulum, vtriusq; pater genealogia.

Ioannes 5. Arculei regulus, duxit Gertrudim filiā Henrici Comitis Loonij. Recidit à Syria, emitq; opidū cum Arce Asperanā à Gerardo Asperanā. Burchiportā, quæ nunc diruta est. obiit anno 1225.

Ioannes 6. Arculei dñs, duxit Margaretā filiā Balduini Niniuitę Comitis Flādriæ. Ædificauit hic Arcē Heuskelacē, emitq; opidū cum Arce Asperanā à Gerardo Asperanā. Burchiportā, quæ nunc diruta est. obiit anno 1225.

Ioannes 7. Arculei regulus, duxit Mariā Vianēnsē filiā Balduini Comitis Oethę apud Hollādos. Adeò robustus fuisse fertur, vt vna manu equum è terra leuaret, ac admurmurita adigeret, vt sui imgnans cū Ioāne 17 Hollādiæ Comite an. 1197. cōtra Frisiōs.

Ioannes octauus Arculeidominus, duxit Berthā filiam Comitis Stakenburgij. Pugnauit pro Ioanne primo Brab. Duce ad arcē Vnoroncanā obsidiumque ab eo Gotinchemiis Portorij immunitatē per Brabantiā. Perit pugnans cū Ioāne 17 Hollādiæ Comite an. 1197. cōtra Frisiōs.

Otto Arculeus primus Heukelemi dominus, duxit filiā Heusdanam.

Filia quę nupsit Humbert o 3. Culenburgium regulo, cuius insigne genealogiam.

C.

Ioannes decimus tertius Arculei regulus, duxit Ioannā filiam Guielmi Ducis Iuliacensis ac Geldrensis, sororem Guilielmiac Reinoldi Ducum Geldriæ, quibus finē liberis mortuis iure ad eius imperium deuolebantur Iuliacum, Geldria, Zutphania, ac Berga. Sed pulsus, exul obiit anno 1416. duobus relictis liberis

Ioannes decimus Arculeus, nunquam possessione dominij, periit nullis relictis liberis pugnans contra Iacobam Bauaram Hollandiæ Comitem ac Vualrauium Brederodiū in oppido Gorichemo, quod dicitur Guilielmus (quamuis pater Ioannes vendidisset) opera Ioannis Egmondani denuò occupaneat, idque anno 1417. cadentibus in oppido circiter duobus virorum millibus, ac illi succedentibus Hollandiæ Comitibus.

Ioanna Arculea nupsit domino ab Schoonevvort.

Ioannes vndecimus Arculei dominus, obiit ante patrem, nullis relictis liberis, Dordraci in iudicio equitum decursu cala vulneratus.

B.

Ioannes vndecimus decimi filius, Arculei regulus, duxit Ermgardim filiam, hæredemq; vnicam Ottonis Cliuiæ Comitis filij Theodorici noni. Obiit anno 1355.

Otto Arculei dñs, duxit Elizabethā Barrensem, moriensanno 1396.

Ioannes iunior Antistes primò Vltraiectensis, quod perpetuis inuolutus bellis gubernauit, sed semper victor; tandem Antiste sit Leodiensis. Nonnulli eum appellant Arnoldum, quòd sacra abiuratus aqua, Ioannes Arnoldus fuerit vocatus.

Cunigundis Arculea nupsit Ioanni vigesimo Heutdēlium Regulo.

Arnoldus dominus Auizati, Nordelozij, ac Alblasserdami.

Robertus dominus Aertsbergæ ac Stolvvijkij, duxit cognatam suam hæredem Aspere.

Herberus Slingelandi dominus.

Guilielmus puer obiit.

Elizabetha vxor domini Hornani.

Mabelia nupsit Ottoni Egmōdano filio Ioānis decimi octaui regulī.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A. PROVINCIA Arculea, cuius Metropolis Gorinchemum est, tum ferè initium sumpsit, quum Batauia mutato veteri nomine, Hollandia vocari cœpta, Comitatus titulo, à Carolo Caluo Imp. ac Francorum Rege, anno circiter Christi 861. ornaretur. Theodoricus enim secundus Hollandorum Comes, Heimanno cuidam nobili, militaríque viro, agros dono dedit Arculeos ac Lerdamios, qui sub Hollandia tum comprehensi, propriis hisce nominibus carebant. Cùm enim finibus illis olim Hercules à Romanis præsidiariis cultus Fanum obtinuisset, idque semidirutum, vetus etiamnum nomen seruaret, fabulosi numinis auctoritatem, Heimannus delere ac obliterare apud homines in Christiana religione nondum satis confirmatos volens, Fanum restitutum D. Virgini Mariæ consecrat, propeque iacto superbæ Arcis fundamento sedem sibi posteríque elegit. Indigenæ verò assueti Herculis nomen in ore habere Pago ac Arci, Heimanno facilè conniuente, vetustum Fani nomen dedère. Decorum enim arbitrabatur vir fortis ac strennuus, olim fortissimi, ac inuictissimi Græcorum Regis nomen, Prouinciam suam referre. Temporis verò successu suppressa aspiratione, ac omissa commodioris enunciationis causa, postrema syllaba ex Hercules, factum est Arkel. In ditione Arkulea Heimanno successit filius natu minor Foppo (Dodone suam partem obtinente, vbi nunc est Lerdamum cum maxima parte ditionis Arkulei, à quo ortos volunt Dalemios, Ghellichemios, Kedechemios, Zeuenderanos ac Haeftenses) qui Arcem Arkuleam auxit, filiusque eius Ioannes primus, eam planè absoluit.

B. Quod hic Otto Comes Cluiæ non fuerit factus, cùm mater eius Ermgardis filia vnica fuerit Ottonis Cluiæ Comitis, filij natu maximi Theodorici noni, causa fertur quòd Cluia ex iis Imperij sit beneficiis, quæ ad feminas non transeunt: Feuda mala appellant. Proinde mortuis Theodorici noni Cluię Comitis filiis sine liberis masculis, magno cum tumultu pro eo Comitatu est certatum. Otto enim hic Arkuleus, quòd natus esset è filij natu maximi vnica filia Ermgarde successionem sibi deberi allegabat. Pervuesij dominus quòd ortus esset ex Elizabetha, Theodorici noni filia vnica, se iure potiorem censebat. Engelbertus Marcæ Comes, natus è Theodorici decimi filia vnica cum fratre Adolpho electo Colonienſium ac Monasterienſium Antistite, sibi Cluiæ possessionem vendicabant. Sed omnibus his repulsam passis, quòd è filiabus essent geniti; factus est Cluiæ Comes Ioannes, Theodorici noni filius natu minimus, qui relicta Canonicatus apud Colonienses dignitate, vxorem duxit Margaretam, filiam natu maiorem Reinoldi secundi Geldriæ Ducis, sororem Reinoldi ac Eduardi. Sed cùm nullis ex ea susceptis liberis esset mortuus, vetus resuscitatur aliquandiu sopita de successione in Comitatum Cluiæ quæstio. Occupat astu Pervuesius Craneburgum, ac Orsoum cum aliquot castellis, quòd vno gradu propinquitatis Arkuleum ac Marcanum præcederet, qui non desistebant, quemadmodum & Pervuesius Imper. Carolum quartum rogare pro possessione Cluiæ. Is edoctus Cluenses inclinare animis ad Adolphum Marcanum electum Colon. ac Monast. Antistitem, eum Cluiæ Comitem renunciat, præterito fratre eius natu maximo Engelberto Marcæ Comite, Ottone Arculeorum regulo, ac Pervuesij domino. Adolfus ciurata episcopali dignitate præstito Imp. fidei sacramento ab omnibus ordinibus summo cum gaudio inauguratur, eorumque auxiliis, Pervuesium, ac Arculeum vim inferentes repressit. Tandem Otto Arculeus, inuitis Fatis nil conandum iudicans, opera Ioannæ Brab. Ducis vidua Vuenceslai cum Adolfo Marcano transigit, acceptaque pecuniæ non parua summa, omnem ei Cluiensem actionem vendidit, quemadmodum & paulò pòst etiam fecit eius frater Engelbertus Marcæ Comes, vterque ei auxilium contra Pervuesium ferens, qui cùm se tot Proceribus imparem conspiceret, suum etiam ius, satagente dicta Ioanna Brabanta, Adolfo vendidit, possidentque in hodiernum vsque annum 1583. nusquam interciſa stirpe cum pace Cluiam eius successores è familia Mercana.

C. Hic

C. Hic Ioannes diu cum Hollandiæ Comitibus Alberto ac Guilielmo Bauaris bellum gessit, tandem captus à propriis subditis, ac post decennalem detentionem dimissus, nunquam tamè est iterum Gorinchemi admissus, Lerdami vitam finiuit, cùm prius Arnoldo Egmondano Geldriæ Duci, consensu filij sui Guilielmi Arculei, ditionem Arculanam vendidisset. Geldrus ius huius emptionis in Guilielmum Bauarum Hollandiæ Comitem transtulit, ratumque id Guilielmus Arculeus iterum habuit, quòd è centum millibus aureorum Liliorum quæ hac de causa in numerata pecunia Hollandus Geldro soluerat, ipse partem accepisset. His omnibus non obstantibus, mortuo dicto Guilielmo Bauaro Holl. Comite, Guilielmus Arculeus pactis conuentis violatis, Gorinchemum cum armato milite, opera Ioannis Egmondani, qui sororè Mariam in vxorem duxerat, occupat. Sed Iacoba Hollandiæ Comes, dicti Guilielmi filia hæresq; vnica, cum Vualrauio Brederodio ex Hannoniis eò profecta Guilielmum Arculeum pugnain oppido Gorinchemo superatum cum duobus circiter virorum millibus (per arcem enim admissa fuerat) occidit, cadente sua à parte Vualrauio Brederodio. Exinde ditio Arculea Hollandiæ, vnde olim fuerat separata, denuò coniungitur, posteaquam in ea Heimanni primi stirps, circiter annos quadringentos viginti cum laude imperasset.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A.
Simon Comes Alsaciæ & Kiburgi, duxit Rosillã Bauarã, è qua ei sunt geniti filij tres:

Theodoricus Alsacius filius natu minimus, duxit Gertrudim filiam natu minimam Roberti primi Flãdriæ Comitis, viduam Hendrici Brabantiæ Ducis, è qua sunt procreati illi filij duo:

Simon Comes Alsaciæ, genuit è filia Ducis Suenorum hæredem vnicam filiam

Heluidiam vxorem Alberti Comitis Habspurgi, è quibus est procreatus magnus ille

Rodolphus Comes Habspurgi, Alsaciæ, Kiburgi ac Roman. Imperator. Duxit Annã Suenorum Ducis filiam Comitis Hohenbergij, vnde nati sunt liberi multi.

Hermannus Kiburgi Comes, qui ex filia Comitis Sabaudiæ, genuit filiam vnicam

Elizabetham Kiburgi Comitem vxorem Euerardi Comitis Habspurgensis, cognatum Imp. Alberti Habspurgij. Ipsa obiit sine liberis, succedente sibi Imperatore Rodolpho Habspurgio.

Theodoricus Alsacius Comes Flandriæ suscepit

Philippum Alsacium, qui sine liberis obiit.

Margaretam Comitem Flandriæ nuptam Balduino quarto Hannoniæ Comiti.

Simon Alsacius, duxit Margaretam filiam ac hæredem vnicã Reguli Henninij ac Lierarti (quæ est nobilis, ac vetus familia apud Flandros Gallicè loquentes) è qua est natus

Balduinus Regulus Henninij ac Quinchij. Duxit Elizabetham hæredem Philippi Hannonij reguli Seburgij: hic primus relicto Alsacij cognomine, Henniniorum sumpsit, seruatis tamen Alsaciorum insigniis.

B.
Balduinus 2. dominus Hẽninij, Quinchijac Seburgij, ex vxore suscepit decem liberos

Balduinus 3. dominus Fontaneſij ac Seburgij, obiit 1279. genito è Mahute Bossua

Albertus, Ætainus, Elias, Ioannes — infantes obiêre.

Gualterus Henninus Canonicus apud Fanum D. Virginis Cameraci, obiit anno 1279.

Ioãnes Henninus Bossui ac Cuuillerij dominus, duxit Mariam hæredem reguli Blangisiorum, obiit anno 1300.

Elizabetha abbãs Mabusæ, obiit anno 1291.

Basilia Bauuorij dña, obiit 1287.

Huga Hennina Canonica apud D. Vaudrium, obiit anno 1284.

Balduinus 4. suscepit ex Beatrice Lutzenburgica filia Imper. Hẽdrici 7. filios duos, obiitq; anno 1295.

Balduinus quintus Fontaneſij Regulus, ex vxore filiam tantùm vnicam reliquit

Elizabetham Fontaneſij dominã, vxorem reguli Condrusiorum apud Hemonem, quæ obiit anno 1307.

Ioannes Henninus Seburgi regulus, suscepit

Balduinus 6. Seburgi regulus, genuit ex Elizabetha Aspremontia filios duos

Balduinus anno 1398. sine liberis obiit.

Gerardus Hẽninus Seburgi regulus, vxorem duxit anno 1350. è qua et sunt nati

C.
Balduinus 8. sine liberis obiit.

Ioannes secundus genitus ex Ghiza vxore reliquit, ipse verò peremptus anno 1415. gestis Azincurpij Francis contra Anglos pugnãs infeliciter

Balduinus nonus Fontaneſij, Seburgi, ac Marcæ regulus, suscepit è filia Gerardi Barlamonij Vilę domini, liberos duos

Balduinus decimus Seburgi regulus, &c. duxit Annam Aillaicam Vidami Ambianensis filiam, è qua sunt nati

Ioanna Hennina Niellæ domina, vxor Banhij Iofinij.

Antonia Hennina Mabusæ Abbas.

Lodouica Hennina.

Balduinus vndecimus, suscepit è filia domini Montenaci filiam tantùm vnicam, Ioannis Harzellij. Ipse ante patrem obiit.

Annam Henninam vxorem Ioannis Harzellij.

Ioannes tertius Fontaneſij dominus, duxit Iacobã Lannoiã, è qua suscepit

Balduinum duodecimum Fontaneſij regulum, qui è Iosina Gauerensi Escornai domina, genuit

Annam Henninam vxorem Iacobi Croniaci Fani D. Piati Reguli.

Antonia Hennina.

Guilielmus Henninus.

Iacoba Hennina Marcæ domina, vxor Ioannis Hamall Moncaui Reguli.

D.
Balduinus Henninus, genuit ex vxore Alexandra

Balduinum Henninum qui obiit sine liberis.

Ioannem Henninum etiam sine liberis obiit.

Ioannes.

Margareta.

Nicolaus.

E.
Gualterus Henninus tertio natu filius, obiit anno 1319. cùm ei essent ex vxore nati

Balduinus Henninus, è Margareta natus

Bandarius Hẽninus ex vxore genuit filium

Richardus Cremonæ in Italia sine liberis obiit.

Gualterus.

Ioannes.

F.
Ioannes Henninus junior, obiit anno 1379

Elizabetha.

Geleina.

Petra.

Ioanna.

G.
Gualterus Henninus Bossui regulus.

Theodericus.

Ioanna.

Elizabeth.

Ægidius.

Balduinus Henninus, cui ex vxore sunt geniti liberi quatuor:

Ioãnes Henninus Bossui regulus

Iacobus.

Gualterus.

Gerardus.

Balduinus.

Theodoricus.

Anna.

Ioãnes Henninus ex vxore suscepit

Antonium Henninum, cui ex vxore est natus

Ioannes Henninus Cuuillerij dominus, qui duxit Ioannam Prouostiam à Basserode, dominam Gaueræ ac Dudonliuæ.

Maria Henhina vxor Ioannis Gusselinij.

Iacobus Henninus, duxit Clarã Quaribbiam, quæ ei peperit

Georgium Henninum, qui suscepit ex Anna Malia

Antonium Cuuillerium.

Ioanna vxor Iacobi Vendignæ.

Catharina nupta Antonio Crehino.

Margareta Hennina coniux Gerardi Blosij domini Iamiguij.

Maria Hennina matrimonio iuncta Nicolao Bolengerio Derndonnæ regulo.

H.
Petrus Henninus Bossui reguhus, suscepit

Margareta.

Elizabeth.

Anna.

Gualterus.

Philippum Henninum Bossui regulũ, tertio natu filium.

Iacobum.

Guilielmam.

Gerardum.

Elizabeth.

Gabriellam.

Franciscam.

Ioannes Henninus creatus ab Imp. Carolo 5. primus Bossui Comes

Philippa cum alia sorore infans obiit.

Iola Hennina vxor Francisci Merodij Moriamezi domini.

Carolus Henninus Bossui Comes, equo decidẽs, periit, nullis è Carola Vuerchina Seneschalli Hannoniæ filia relictis liberis.

Maximilianus Hẽninus Bossui Comes, duxit Carolam Vuerchinam Caroli fratris viduam, è qua filium suscepit. Ipse obiit Antuerpiæ anno 1577.

Petrus Henninus Bossui Comes, dominus Iumontij, Blangisij, Gammeragij.

Philippus in cunis obiit.

Leonora Hennina.

Iacobus Henninus Aussij dominus, duxit Mariam filiam natu maximam Caroli Likerkij Burchgrauij Bruxellensis, suscepit

filios duos ac filias quatuor.

Antonius Henninus Domprostius Traiecti ad Rhenum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A. HOMINES non paucos reperi non minus nobili quàm ignobili loco natos, quibus pro certo persuasum erat Henninos equestri tantùm familia ortos inter illustres familias numerari non debere, existimantes eos nunquam ex illustri familia vxorem duxisse, præterquam ex Vuerchina, huc inducti quòd plærosque inferioribus è locis vxores cepisse animaduerterent, quod tamen nouum non est, cùm familiæ illustres ob fœcunditatem ad inopiam redigantur. Populo hæc sunt condonanda: Nobili verò viro minimè, cùm eius maximè interest ex scriptoribus non ex fama de dignitate ac loco inter se iudicare. Consulturo igitur famæ clarissimæ familiæ, eam hic delineare visum fuit, vt eam accepi à viro nobili Hendrico Halmalio vrbis Antuerpiensis Senatori, harum rerum studiosissimo, vnde apparebit non solum eos illustri esse loco ortos, sed etiam ex illustribus sæpè familiis vxores accepisse.

B. Vxor Balduini secundi Mahuta fuit Fontainæ domina, idque dono fratris mariti sororis suæ Nicolai Cameracensium Antistitis circiter annum Domini 1222. vendiditq; hic Balduinus ditionem Henninam Lietartam, quò ea pecunia se instrueret ad bellum quod tum Christiani Principes contra Mahumetistas in Syria gerebant.

C. Hic Balduinus Fontainæ, Seburgi ac Marchæ apud Hannones dominus, ducta filia Melunensi, sine liberis è vita decessit. Frater eius Ioannes dictus est Niellæus.

D. Balduinus cognomine Pætus, Bossui, Blangisij, ac Londillerij regulus, ducta Alexandra Reussij domini filia, periit pugna Cortracensi anno 1302. infeliciter pro Francis contra Flandros pugnans. Frater eius Nicolaus Canonicus fuit Cameraci in Collegio D. Virgini sacrato. Ioannes puer obiit. Margareta vxor fuit domini Hameidæ. Huius Balduini filius natu maximus, Balduinus etiam vocatus anno 1317. vitam cœlebs finiuit. Alter filius Ioannes fratris sui Balduini hæres, ducta Ioanna Angluana anno 1348. sine liberis obiit.

E. Gualterus hic Cuuillerij ac Quinchij dominus, duxit Ioannam Mouiacam, è Veromanduorum nobili familia ortam, quæ anno 1316. viro orbata reliquum vitæ tempus exegit apud Ioannam Valesiam Hannoniæ Comitem, multis relictis liberis, è quibus Elizabeth obiit anno 1388. Gualterus puer decessit anno 1316. Ægidia Abbas fuit Spenluij, obiitque anno 1375. Petra Canonica obiit anno 1362. Ioanna Canonica Mabusæ obiit anno 1393. Ioannes quoque puer è viuis decessit. Balduinus natu maximus, Cuuillerij ac Quinchij dominus, duxit Margaretam Montiguiacam apud Osteruantios, quæ peperit Bandartum Cuuillerium, qui ex Elizabetha filia domini Baumontij apud Cameracenses, genuit Bandartum secundum Cuuillerij dominum, qui è Maria filia Ioannis Bugerij, ac Margaretæ Broconiæ à Rosai procreauit Balduinum Cuuillerij dominum, qui ex Elizabetha filia domini Crucis quatuor genuit liberos. Ioannem qui è Iacoba D'Estenæa sustulit Antonium Cuuillerij dominum, is verò ex Antonia Maiacurtia, suscepit Ioannem Henninum.

F. Ioannes Henninus quarto loco natus factus est Bossui ac reliquarum ditionum regulus, per mortem patruelis sui Ioannis, qui sine liberis obiit anno 1348. Duxit Ioannam filiam domini Rochefortij apud syluam Arduennam Comitis Montorgolæ, quæ ei quinque peperit liberos: Ioanna obiit anno 1382. Theodoricus natu maximus infans obiit. Elizabeth nupsit Clareuancij domino apud Lutzenburgios, obiitque anno 1408. Ægidius Blangisij dominus, è viuis decessit anno 1374.

G. Gualterus Ioannis filius natu maximus Bossui dominus, &c. duxit Sibyllam filiam domini Viesæ Neniuæ Cupelij apud Atrebates, è qua multis procreatis liberis obiit anno 1422. Iacobus, Gualterus ac Gerardus infantes obierc. Balduinus fuit Vuicquegemi dominus.

dominus. Theodoricus Hierosolyma rediens Venetiis, liberis non procreatis, obiit anno 1430. Anna vxor fuit . . . . . Egmondani, eoque mortuo Iacobi Borselij Brigdami domini. Ioannes liberorum natu maximus Bossui regulus, duxit Catharinam filiam Ioannis Bethunensis Morelæ domini, obiitque anno 1452. quinque relictis liberis, de quibus nunc.

H. Gualterus Henninus D'Autreschæ dominus, Suessonum fuit Præfectus (Ballyf vocant) Margareta obiit 1441. Elizabeth nupsit Aërio Blosensi Terlongæ domino. Anna vxor fuit Zegerij Heriuei. Petrus natu maximus Bossui dominus, Eques Aurei Velleris, duxit Elizabetham filiam Guilielmi Lalani Bignicurtij reguli, è qua multis susceptis liberis obiit anno 1490. nimirum: Iacobus Henninus, qui nullis è Maria Duchia genitis liberis, in obsidione oppidi Nanceani apud Lotharingos anno 1476. periit. Guilielma nupsit Philippo Barbansonio Vuegæ domino. Gerardus liberis è filia Lutzenburgica non procreatis obiit. Elizabeth vxor fuit Guilielmi Gucij, domini Vuedergaten. Gabriela iuncta fuit Ioanni Barbansonio. Franciscа infans obiit Philippus filius natu tertius Bossui dominus, duxit Catharinam Ligniam filiam domini Barbansonij, è qua est nata Philippa Henninа, quæ cum alia sorore infans obiit. Ioannes Henninus primus Bossui Comes Eques Aurei Velleris, ducta Anna Burgundica, vidua Iacobi Hornani, sex ex ea suscepit liberos in genealogia positos, neque solùm claritatem rebus feliciter bello gestis, auspiciis Imp. Caroli quinti est adeptus, sed ædificata Bossui amplissima, ac quæ cum multorum Regum superbis certat operibus, sumptuosissima æde.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iacobus Burchgrauius Leidæ, dominus Superioris ac Inferioris dominij Rynlandij, reliquit

- Christianam vxorem Theodorici Cucæ domini, quæ ei in dotem attulit minus dominū Rynlandij
- Hendricus Cucæ dominus, suscepit ex Hevuina Egmondana
  - Theodoricum, qui obiit sine liberis.
  - Bertham vxorem Philippi Vuassenarę regis tertij.

WASSENARII.

- Theodorus Vuassenarę Regulus ac Vorburgij, (Chronicō Holl. de eo mētionem facit anno 1235. ac 1255.) reliquit successorē filium
  - Philippū Vuassenaræ dñm, cui est natus è Bertha Cucana, de qua superius.
    - Iacobus periit in Frisia pugnans cū Hol. Comite Florentio 1272.
    - B. Hendricus Vuassenaræ dñs, Burchgranius Leidæ, obiit 1319.
    - Theodorus.
  - Ipse obiit an. 1248.
- Philippus Vuassenarę dominus, Burchgrau. Leidę obiit anno 1366.
  - Theodoricus Vuassenaræ dñs, Burchgr. Leidæ, obiit anno 1391.
    - Hendricus Vuassenarius periit in pugna 1408.
    - Haduidis vxor Guilielmi Duvenvordij nothi.
  - Philippus Vuassenaræ dñs, postremus Leidæ Burchgrau. duxit Mariam Egmōdanam filiam Ioannis domini 19. obiit anno 1438.
    - Hendricus Vuassenarius regulus, duxit Catharinam Gruthusiam moriens anno 1447. sepultus est apud Iacobitas Haga Comitis.
    - Ioannes Vuassenarius Vorburgi dominus, suscepit è filia Egmondana
    - Theodoricus Praepositus Vltraiectī in Coenobio D. Ioannis.

A. Philippus natu minor dominus Vuassenaræ, Duvenvordij, Polanæ, Vorburgij, Vorschoræ, Valkēburgij, Catvuici, Groneveldij, Zanthorstij, obiit circiter annū Christi 1228. cùm ei essent nati

- Arnoldus Duvenvordij dominus.
- Alevuinus Zanthorstij dominus.
- Adolfus Groneveldij dominus.

POLANI.

D. Ioannes filius natu tertius Polanæ fuit Regulus, duxit Catharinam filiā Theodorici Brederodiorū reguli vndecimi, quæ ei in dotē attulit ditionē Leccanā, peperitq; filios tres:

- Ioannes 2. Polanæ dominus, duxit Vdam Hornanā, eaq; mortua, bis adhuc vxorem duxit, sed vtraque sterilis obiit. prima verò Vda peperit
  - Theodoricus dictus Vualanus filiam suscepit vnicam, quę nupsit Bertoldo Assendelffio.
  - Filia vna vxor quoque Bertoldi alij Assendelffij.
- Ioannes tertius Polanæ regulus, ac Leccę, ac testamento patruelis Guilielmi Duvenvordij nothi dominus quoque Bredæ. Duxit filiam Comitis Solmij, quæ liberos septem peperit
  - Theodoricus Polanus, duxit filiam ac hęredem vnicam Roberti Arculei Asperensium domini anno 1365.
    - Otto Asperæ dominus, filiā genuit ac filias duas.
    - Guido vxore non ducta, cum Guilielmo 20. Holl. Comite prope Staueram in Frisia anno 1346.
    - Filia natu maior nupsit Noortwijk domino, peperitque filium ac filiam.
    - Altera Brakelij domino, peperit liberos multos.
  - Philippus Polanus ex vxore tantùm filias duas suscepit
    - Filia natu maior nupsit Heusij domino, peperit Adrianum ac Ioannem, ac filias duas.
    - Altera vxor fuit Rigeruoeshinni peperit Baltazarum, ac filiam Reguli Ostendæ vxorem.
  - Gerardus Polanus ex vxore filios tres, ac filias duas procreauit
    - Guilielmus Polanus filiam suam hæredem vnicam suscepit.
    - Alfardus Polanus filiam tantū hæredem vnicum genuit.
    - Arnoldus sine liberis obiit.
    - Filia natu maxima nupsit Hoorstijj domino, peperitque tantùm filiam hæredem vnicam.
    - Altera vxor fuit Vouchergensi domini, cui filium vnicum hæredem peperit.
  - Vda nupsit Hendrico Montfortio, eoque sine liberis mortuo Gerardo Hamstedio, cui filium ac filias duas peperit.
  - Beatrix vxor fuit Hendrici Bouterzemij Bergarum ad Schaldim Reguli.

Philippus dominus Polanæ, Vedæ, Leccæ, &c. hæredem tantùm genuit Mariam (nonnulli Ioannam nominant) vxorem Engelberti Nassauuij.

Theodoricus Polanus filiam filiam reliquit.

Otto Polanus filium tantùm habuit Bergæ dominum.

Hendricus Polanus filias suscepit duas: Maria vxor Theodorici noni Brederodæ reguli: altera Huberti 4. Culenburgæ Reguli.

Guilielmus Polanus sacris initiatus.

Filia natu maior nupsit Henrico Montfortij Burchgrauio, peperitque Ioannem, Lodouicum, Guilielmum.

Altera vxor fuit Henrici Cuenbergij, peperitque Hendricum, ac Guilielmum.

Hic Guilielmus filius fuit nothus Arnoldi Duvenvordij suprà positi honoratus Equestri ordine, admodum diues ac ingeniosus. Duxit in vxorem Helvingam Zvueri Vianæ reguli filiam, sed quę eum peperit. Obiit admodum senex, duobus tantùm liberis quoque nothis relictis, emitque à Leidensibus oppidum ac ditionem Bredanam, Gertrudæ montem Holl. oppidum muro cinxit, ac cœnobium ordinis Cartusianorum, haud procul hoc oppido situm ædificauit, censusque ampliſſimos donauit. Bona verò omnia duobus liberis illegitimo thoro susceptis reliquit his:

Guilielmus Duvenvordius illegitimo quoq; patris thoro natus, sed ordine Equestri nobilitatus, Bredæ, &c. dominus, duxit Haduidim filiam Philippi Vuassenaræ reguli, sed quam intactam reliquit, quòd nuptiarum die conquesta foret corpus esse communicandum viro illegitimo susceptо thoro. Obtulit Duvenvordij domino omnium bonorum suorum post mortem possessionem, si sibi permitteret armorum insignia sine nota illegitimæ natiuitatis ponere, quod constanter recusauit. Quare Duvenvordiis planè exhæredatis, multa in pios vsus donauit, reliqua Ioanni tertio patruelī suo regulo cognato suo, testamento reliquit, è quibus ditio Bredana non minima pars fuit. Obiit quoque valde senex, nullis relictis liberis anno 1400. sepultusque est apud Cartusianos à patre ædificatos, ac à se ditatos.

Catharina peperit
Filios quatuor, qui infantes obiere.

Barbara vxor Florētij Cortgenæ domini, filij nothi Frāciſci Botſellij Comitis Osteruantij.

Catharina desponsata Comitis Lalani filio obiit anno 1476.

Ioanna peperit
Iodocum, qui anno ætatis 18. obiit.

C.
Ioannes Vuassenaræ dominus, Eques Aurei Velleris, duxit Iosinam Egmondanam primi Comitis filiam

Catharina vxor Iodoci Cruningij.

- Maria dono Imp. Caroli 5. dña Vuassenaræ, Valkenburgij, Vorburgij, nupsit Iacobo Comiti Lignio, ac Fauquenbergio, peperitque
  - Philippum Lignij Comitē, Vuassenaræ Regulum, qui duxit Margaretam Lalanam.
- Margareta Vuassenaria vxor Ioannis Marcani Lumaij ac Serainæ domini, peperit
  - Guilielmus obiit sine liberis.
  - Philippus.
  - Georgius.
  - Filiæ tres.
- Andreas Vuassenarius nothus.

Philippus Vorburgij dominus, duxit Catharinam filiam Adriani Rymmersualij, moriens anno 1483.

- Ioannes Vorburgij dominus, sine liberis obiit, succedente illi Ioanne patruele.
- Filia Polæ prope Leidam virgo sacra, obiit anno 1516.

Ioannes Vuassenarę dñs, primò duxit Catharinam Craoniam: deinde Ioannam Halevuinam, obiit 1496. sepultus iuxta patrem: prima vxor obiit anno 1477. altera 1529.

Philippus sacris initiatus obiit anno 1474.

Iacobus obiit sine liberis 1451.

Agnes vxor domini Vuornesij, obiit anno 1444.

Elizabeth sacra virgo obiit 1469

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN PRÆCEDENTEM GENEALOGIAM.

A. VETVSTISSIMAM esse Vuassenariorum familiam constans fama continua temporum serie per manus tradita Hollandis persuasit. Solent enim Vuassenarios vocare vetustos: Brederodios Nobiles: Egmõdanos diuites. Sed an Vuassenarij à Cattis superioris Germaniæ populis quos Tacitus scribit Batauiã occupasse originẽ trahant, quemadmodum se Brederodij ab Aquitanis, Egmondani ab antiquissimis Frisiorum Regibus, vterq; autem ab adulteris Troianis oriri vulgò persuadere nititur, deficiẽte dialectica demonstratione credere, quàm ob incredulitatem condemnari malo. Fateor certè, idque ingenue, Belgis Wassmaer fermè sonare Aquæ dominum, ac aquæ accolam; sed quid hoc ad Cattorum vetustatem? Fateor quoque Proceres fuisse potentes, ac circa Rhem ostium nunc Catuici obstructum, etiam tempore primi Hollandorum Comitis fertiliores agros possedisse, imò ante eius aduentum, cum Cimbris, Danisque pro aris ac focis certasse, tandemque sedibus pulsos, rursumque reuersos contra primos Holl. Comites subinde rebellasse, agrisque exutos, postea redditis bonis in gratiam fuisse receptos, certisque agrorum beneficiariorum limitibus eorum esse circumscriptũ imperium. Sed quid hæc ad Cattos? Burchgrauiorum certè titulum ab Holland. Comitibus, aut paulò antè illis accessisse crediderim, cùm Comitum Ducumque tituli, non à Barbaris nationibus, sed Romanorum deriuati sint successoribus. Chronicon certè Hollandię disertis scribit verbis in fine vitæ Theodorici quinti, vixisse sub annum Christi 1092. Alevuinum Castelanum Leidensem. Vnde apparet titulum Castelani antiquiorem esse Burchgrauij, ac institutum à primo Hollandiæ Comite, qui Francus fuit, quemadmodum & Castelani vox est, eamque paulò pôst in Burchgrauiatus titulum mutatã. De vetustate huius familiæ dubitari non potest, sed certam successionem adferre nõ licet ante tempus huius nostri Philippi, idque circiter annum Christi 1200. ortique sunt ex hac plures familiæ nobiles, quàm ex vlla alia Hollandorum familia.

B. Hendricus hic profectus est cum cæteris Holland. Proceribus in Angliam ad reuocandum Ioannem filium Florentij Comitis Holland. huius nominis quinti, interfecti à Gerardo Velsio, ac Hermanno Vuordano anno 1296. Filius Hendrici Philippus priuatus est à Guilielmo Bauaro 22. Holland. Comite, Burchgrauiatu Leidẽsi; quod anno 1356. nobilis matronæ literas Comitis Holl. sigillo obsignatas ira correptus distrupisset: filiusque eius Hendricus periit pugna Leodiensi, comm ssa inter Pervuersios ac Ioannem Intrepidum Burgund. Ducem: fraterque eius Theodoricus duxit filiam ac hæredem domini Barendrechtij, fuitque primus Vuassenaræ vocatus Baro; filius verò Theodorici Philippus fuit postremus Leidæ Burchgrauius, cedere actioni, longa à Ioanne Bauaro pressus obsidione, coactus, nihil é Burchgrauiatu retinens, præter insignia, titulum, ac arcis Leidanæ reditus annuos: Ioannes verò Bauarus relicto Leodiensi Episcopatu, fratri Guilielmo Bauaro in Hollandia, (filia eius Iacoba ad tempus exclusa) successit.

C. Ioannes hic vir fuit militaris, comitatusque est Imperatorem Maximilianum in Italiam, ac cum filio eius Philippo, in Geldria militauit. Imperator Carolus quintus præfecit eum Frisiæ Orientali, vbi in obsidione Slotana, leuiter in brachio vulneratus, cum vulnus neglexisset, contra suam, multorumque opinionem anno 1525. pridie nonas Decembreis obiit, sepultusque est in Haga Comitis apud Iacobitas iuxta patrem ac auum.

D. Polanicam familiam nostro tempore extinctam olim apud Hollandos claram extitisse, maximè cùm à Guilielmo secundo notho, summis esset ornata opibus, apertè constat; quemadmodum etiam quòd à Burchgrauiis Leidensibus ortum trahant, cum Duuen-

Duuenvordiis, ac aliis aliquot familiis, è quibus nulli veterem æquare potuerunt claritatem præter Vuassenarios ac Polanos, cæteris rei familiaris inopia intra Equestrem consistentibus ordinem. Et quanquam vetera diplomata multa ac historiæ, huius rei veritatem non docerent, natalium insignia, vtrisque coloribus tantùm mutatis communia, id apertè testantur. Polani enim in scuto albo tres semilunas nigras proferunt: Duuenvordij in scuto luteo: Vuassenarij in scuto purpureo. Arx Polana sine dubio in ditione Delfensi fuit sita. Legimus enim in Chronicis Hollandiæ Delfenses anno 1359. contra Albertum Bauarum Holland. Comitem rebellantes inter alia euertisse Arcem Polanam. Existimo eam stetisse in pago Munsterano, quod in hunc vsque diem ibi nominetur ab agrestibus certa quædam villa, Villa Polana, asseuerare tamen pro certo nolim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BREDERODII

Arnoldus tertius Holland. Comes, ducta in vxorem Lutgarde filia Theophanis Imperat. Constãt. genuit filios tres:

Theodoricum 3. quartum Holl. Comitem.

A.

Sifridium primum Brederodę dominum, qui duxit Tetburgã filiam Gosvuini Staverensis; vt alij volunt Comitis Iuliaci, susceпit moriens 1030.

Simonem primum Teilingæ dominum, vt folio verso patet.

Theodoricus natu maior 2. Brederodæ dominus, duxit Aluerardim filiam Balduini Heusdani, obiit 1063.

Guilielmus 3. Brederodæ dñs, duxit Aleidam filiam Comitis Setnę, obiit 1103 Nonnulli volunt hunc fratrem habuisse primum Teilingæ dominũ. Sed Holl. Chronicon id Teilingiis tribuit.

Theodoricus 4. Brederodæ dominus, duxit Agnetem Comitis Solmij filiã, obiitque anno 1139.

Guilielmus 5. Brederodæ Regulus, duxit Cathatinã filiam Comitis Salmij, obiit anno 1144.

Florẽtius sextus Brederodę Regulus, duxit Christianam filiam domini Geneppæ, obiit anno 1198.

Guilielmus 7. Brederodę dominus, duxit Margaretam filiam Comitis Lippæ, obiit anno 1221.

Theodoricus Brederodæ dominus, duxit Aleidã filiam Guilielmi Hollandi, filij natu minimi Guilielmi primi Hol. Comitis, obiit an. 1236.

Alferardus 9. Brederodæ regulus, duxit Beatricem filiam domini Hornani, obiit an. 1253. cùm ei essent ex vxore nati

B.

Guilielmus decimus Brederodę dominus

Catharina Brederodia.

Theodoricus Brederodius dictus Vanderdunius, quòd duxisset Mahteldim filiam ac hæredem familiæ Vanderduniæ ortæ è Comitum Verdunorũ familia apud Lotharingos, vt mihi è manu scripto demõstrauit libello Guilielmus Vanderdunius, qui scriptus est ante centũ annos, ac fratri suo Nicolao Vanderdunio venationis apud Hollandos præfecto dono datus ab Hendrico 20. Brederodij domino, continẽs dominorum vitam. Insignia Vanderduniorum fuêre, deambulans in scuto purpureo ceruus albus, cornua ferens ex nigro ac albo colore mixta, quæ Theodoricus hic omittens, paterna paucis mutatis seruauit.

Theodoricus Brederodius nothus.

Theodorus 11. Brederodę dominus susceпit

Guilielmus 12. Brederodę dominus

Hendricus.

Gutta.

C.

Theodorus 13. Brederodæ dominus, duxit Beatricem Vualrauij Valkenburgij filiã, obiit anno 1377.

Reinoldus 14. Brederodæ dominus, obiit anno 1392.*

Vualrauius.

Catharina.

Ioanna infans obiit.

Iodoca
Iola
Ioanna
} sacris initiatæ.

Vualrauia nupsit Ioanni Gauerensi Rottelingæ domino.

Vualrauius natu maximus 18. Brederodæ regulus, primò duxit Margaretam (nonnulli Ioannam nominant) filiam natu minimam Vuolfardi Borselij Veræ reguli: deinde Annam Nivuenariam: vtraque peperit.

Frãciscus Brederodius secutus partes Rauasteinæ reguli (qui Sluzas Flandrorũ tenebat) Roterodamum occupat, ac contra Hollandos bellum gessit. Capitur tandem à Ioanne Egmondano nauali prælio victus, obiitque anno 1490, sine liberis ex vulneribus dicto prælio acceptis apud Dordracenses.

Margareta peperit
Reinoldum 19. Brederodæ dominum, qui duxit Philippam Marcanam.

Franciscа nupsit Hendrico Merodio Petersemdomino.

Carola vxor fuit Ioannis Burchgrauij Monfortiorum, peperitque Iodocum, Hendricum, Franciscam vxorem Comitis Mandelschetij.

Vuolfardus Brederodius, Clotingæ, Volshollæ, Svuamerdammæ dominus, duxit Adrianam Ioannis Backij, Astæ domini, viduam, peperit

Anna peperit
Franciscum Svuamerdammę dominum.

Baltazarem Bergæ dominum apud Kempenlandos.

Vualburga nupsit Comiti Benthemio ac Stenvordio.

Margareta Abbas Thoræ.

Peperit Anna liberos adhuc nouem, sed qui pubertatem non peruenêre.

Philippus vxore non ducta Mediolani obiit.

Ludouicus vxore non ducta, prælio ad Fanum Quintini facto, anno 1557. occubuit.

Hendricus 20. Brederodæ, Vianæ ac Ameidæ Regulus, Burchgrauius Vltraiectensis, ducta Amelia Nivuenarda, sine liberis obiit.

Robertus vxore non ducta, obiit in Bauaria, è bello reuertens Turcico.

Helena vxor Thomæ Perenoti Chantonettorum Reguli, peperit

Margareta nupsit Petro Ernesto Comiti Mansveldiæ, peperit

Ioanna coniux Iodoci Bronchorstij Batenburgij Hunnepelæ Reguli, cui peperit Gertrudim testamente Hendrici 20. Brederodiorum Reguli Vianæ dominam.

Antonia Penelope, iuncta fuit Comiti Isenburgio, ipse sine liberis obiit: illa alteri nupsit, nothos liberos multos reliquit.

Maria peperit
Hendricum Brederodium, qui duxit Margaretam Floraccam, sed liberi ferè omnes interiere.

Vualrauium Brederodium Clotingæ dominum, qui duxit Guilielmam Haftæam viduam Nicolai Assendelftij, nondum peperit.

Florentium Brederodium.

Vuolfardum Brederodium.

Maximilianum Lubbertum Brederodium.

Anna Brederodia.

Adriana Brederodia.

Margareta Brederodia.

Susanna Breder. Abbas Coloniæ apud virgines D. Cæciliæ cõsecratas.

Helena peperit
Theodoricum Brederodium, sed qui puer obiit.

Adrianam Franciscam Brederodiam gratissimæ formæ virgunculam.

Reinoldus dominus Clotingæ, Volshollæ, Svuammerdammæ, Astæ, &c. ac 21. Brederodę dominus dono Ordinum Hollandiæ, primò duxit Mariam Doræam, quæ nouem illi liberos peperit, eaque mortua, duxit Helenã Comitem Manderscherij, Blanquenheimij ac Geratsteinij, quę bis peperit, ac mihi non parum in huius genealogiæ concinnatione profuit.

Margareta Brederodia vxor Ioannis Vuittenhorstij.

Ioãnes 15. Brederodæ dominus.

Vualrauius 16. Brederodæ regulus.

Theodorus Brederodius.

Guilielmus Brederodius.

E. Reinoldus 17. Brederodæ regulus

Gisbertus Brederodius sacris initiatus.

D. Vualrauia Brederodia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DECLARATIO PRÆCEDENTIS GENEALOGIÆ.

A. BREDERORICI nominis origo hæc fertur. Cùm Arnoldus Comes Holládiæ tertius, filio Florentio nuptias cum filia Saxonica celebraret, Proceres ibi tum præsentes, rogant, filio Sifridio natu secũdo hæreditariam vt assignaret portionem. Respondet: Ego filio meo virgulas amplas (quod ad verbum sonat, Brederodæ, sed non eodem hic cum Latinis sensu) ac dimensos liberaliter terræ limites in Hollandia quod satis erit dabo: quæ ioco prolata ac excepta à Sifridio, Castello nomen dedere. Arce enim à patre quam haud procul Harlemo ædificarat donatus, Brederodam appellauit, seque Brederodæ dominum vocari iussit, acceptis etiam à patre non paucis in meridionali Hollandia reditibus, comprehensa flumine Merua, Lecca, ac Ghissa, nominatusque insuper est Burchgrauius ac Gubernator Kenemerlandiæ, ac Iudex Præsesque Frisiæ Occidentalis. Cùm extremum Sifridius clausisset diem, sepultus est in templo Egmondano.

B. Guilielmus hic duxit Hildegondim, Hendrici Vornani filiam, quæ obiit anno 1302. Ipse anno 1285. relicto filio Theodorico, qui ducta Maria filia Hendrici Polani, tum temporis etiam Leccæ domini, obiit anno 1318. tribus ex vxore relictis liberis. Guilielmus natu maximus primò duxit Elizabetham filiam Vuallerani Lutzenburgij, quæ sine liberis obiit: deinde Catharinam filiam Guilielmi postremi Teilingæ domini, viduam Alberti Vornani, quæ filium peperit Theodoricum, de quo litera sequenti: ipse anno 1316. biennio ante patrem obiit, quare inter Brederodæ dominos à quibusdam non numeratur. Frater eius Hendricus duxit Elizabetham filiam domini Sautainiæ, tutorque fuit Theodorici Brederodij nepotis ex fratre Guilielmo, moriens anno 1321. Gutta eorum soror nupsit Ioanni Persino Vuaterlandiæ domino.

C. Hic Theodoricus Brederodæ dominus, duxit Beatricem Valkenburgicam, cuius pater Vualrauius Valkenburgi ac Montiuæ dominus, originem ducit, è filio natu minimo, Ducis Limburgi, duxeratque in vxorem Philippam Reinoldi Comitis Geldriæ postremi filiam, è qua genuit filios tres, ac totidem filias. Filiorum natu maximus Reinoldus Valkenburgi ac Montiuæ dominus, nullis ex Elizabetha Comitis Iuliaci filia susceptis liberis, obiit. Theodoricus alter filius fratri succedens, ducta hærede domini Vornani, nullis ex ea genitis liberis, occubuit anno 1346. prœlio Leodiensi. Ioannes tertio loco natus duxerat Ioannam hæredem domini Bergæ ad Scaldim, sed qui liberis quoq; non procreatis è viuis decessit. Beatrix filiarum natu maxima nupsit dicto Theodorico Brederodæ domino. Philippa altera filia nullis genitis liberis obiit. Maria tertia filia Abbas fuit Mabusæ apud Hannones. Quamobrem iusta ratione ditio Valkenburgica ac Montiuæ ad Theodoricum hunc Brederodium erat deuoluta, si non obstitisset actio Ducum Limburgi, cuius Valkenburgum ac Montiua, Feudaria sunt beneficia in filias non succedentia, quæ vulgò vocant, Feuda mala: non omisit tamen ex eo tempore Brederodius insignia Valkenburgensia cum suis vno in scuto miscere. Peperit Beatrix Theodorico liberos tres. Vualrauius secundo natu filius, duxit Bertham filiam Ioannis Egmondani 19. domini, obiit sine liberis. Filia Catharina vxor fuit Ioannis primi Polanę domini. Reinoldus filius natu maior duxit Iolam filiam hæredemque vnicam Geneppæ domini, moriens anno 1392. reliquit filios quatuor. Ioannes natu maximus, duxit Iolam filiam Guilielmi Gasbecani, eaq; mortua fit Cartusianus, moriens sine liberis anno 1415. Theodoricus natu tertius Diestæ factus est Cartusianus. Guilielmus natu minimus, duxit filiã hæredemq; vnicam domini Meruani, sed liberis nõ genitis obiit. Vualrauius secundo natu filius post mortem fratris Ioannis fit Brederodæ dominus, duxitque Ioannam hæredem vnicam Hendrici Vianæ Reguli ac Ameidæ, perutque anno 1417. in oppido Gorinchemo pugnans pro Iacoba Bauara contra Guilielmum Arculeum, tribus relictis liberis, è quibus Gisbertus frater natu minor Vltraiecti in Collegio D. Martini

tini (vt vocant) Præpositus fuit, ac posteà electus Antistes mortuo Rodolfo. Sed aduersante Philippo Bono Burgundiæ Duce, ac Belgarum Principe, qui pro Dauide filio notho satagebat, tandem cessit, reliquitque Gisbertus, moriens anno 1478. filios nothos octo, ac filias quatuor, è quibus nonnulli sese sacris initiarunt, maior verò pars liberos ex suis vxoribus genuit.

D. Vualrauia hæc nupsit Gerardo Vuardẽburgio, Ameroię, ac Bruchusij Domino, peperitque ei filios quinque. Ioannem Vuardenburgæ dominum, patrem Gerardi Vuardenburgij. Vualrauium Ameroiæ dominum. Reinoldum Bruchusij dominum. Guilielmum ac Adrianum Canonicos Vltraiectenses.

E. Reinoldus Brederodæ, Vianæ, Ameidæ dominus, Burchgrauius Vltraiectensis, Eques aurei Velleris, duxit Iolam, filiam Guilielmi Lalani, morienſque anno 1474 multos reliquit liberos, è quibus filia Iodoca Vltraiecti, Iola Montibus Hannoniæ Canonica fuit. Ioanna diu in comitatu ministrauit Margaretæ Eboracensi postremæ vxori Caroli Pugnacis, tandemque Gandaui in Collegio D. Claræ sacro, Deo virginitatem consecrauit. Reinoldus verò anno 1452. comitatus Ioanni Lannoio, Ioanni ac Philippo Vuassenario, Ioanni Hamstedio in auxilium profectus est Philippo Bono Burgundiæ Duci contra rebelles Gandenses. Captus tandem cum fratre Gisberto, à Dauide Vltraiectensium Antistite indigna tulere multa, donec Caroli Pugnacis sententia ac iussu liberarentur. Reliquit Reinoldus filios nothos quinque, nimirum: Reinoldum, Hendricum, Ioannem, Vualrauium ac Iodocum, è quibus Reinoldus ac Ioannes, liberos iusto è matrimonio genuere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A.

Fuisse Simonem hunc filium natu minimum Arnoldi Hollandorum Comitis tertij, non filium Sifridij primi Brederodæ domini, refertur Hollandiæ Chronica in vita Guilielmi Bauari Holland. Comitis huius nominis sexti, capite decimo. Huius mihi Genealogiæ exemplum liberaliter fecit Augustinus Teilinganus Iobi filius, quo eam tempore in iudicio certæ litis causa exhibuisset argumentis quamplurimis necessariis locis instructam ac munitam, idque anno 1583.

Arnoldus Hollandiæ Comes tertius, ex vxore filios reliquit tres, vt præcedenti folio in genealogia Brederodiana scripsimus.

Theodoricum natu maximum mortuo patre Arnoldo Hollandorum Comitem.

Sifridium primum Brederodiorũ dominum.

A.

Simonem natu minimum, qui à patre primus est creatus Teilingæ dominus, cuius Castellũ prope Leidam in pago Vuarmonstio olim fuit situm, ædificarũtque Vuarmontiani domini in dirutæ Arcis Teilinganæ ruinis virorũ monasteriũ, vt Annales docẽt Hollãdiæ. Nati sunt Simoni liberi duo ex vxore quę filia fuit Ioãnis ab Altena, obiitq; Simon anno 1063.

Gerardus Teilingæ dominus, duxit filiã Ioannis quarti Arculeorum domini, obiitque ipse anno 1100 relinquens ex vxore

Filiavna, quæ nupsit Henrico Beusichemensium ac Culenburgensium domino.

Gerardum secũdum Teilingæ dominum qui duxit filiã ac hæredem vnicam domini Leccani, obiitque anno 1164. succedente filio

Hugone Teilingæ ac Leccæ domino, duxitq; filiam domini à Meruue, quæ filios tres peperit. Sub hoc rempus Lãgeracotum familia è iuniore filio Teilingæ dominicorta initium sumpsit

Florẽtius Teilinganus cognominatus fuit Tol.

Guilielmus Teilingæ ac Leccæ dominus, duxit filiam Gualteri Egmondani, obiitq; an. 1244. ex vxore relinquẽs filiosduos

Simon Teilinganus, duxit filiam Culenburgæ domini.

Florẽtius Teilinganus, duxit filiã Ottonis Heukelemensium Reguli rei tij, obiitq; an. 1311. successitq; illi filius

Guilielmus 2. Teilingæ dominus, duxit Gertrudim filiam Hermanni Vuordani, obiitq; an. 1284.

Theodoricus Teilingius Præfectus Hollãdię, ac postea Kenemerlandiæ. plærique hunc primum non Sifridium Brederodæ dominum facere volunt, sed vt mihi videtur, non rectè.

Theodoricus Teilinganus, duxit filiã Ottonis Heukelemensium Reguli rei tij, obiitq; an. 1311. successitq; illi filius

Catharinã Teilingiana, primo duxit Albertum Vornæ dominum, Burchgrauium Zelãdię, cęq; morte sub lato Guilielmum Brederodij, quod non fecisset, si patruus Theodoricus primus Brederodæ dominus fuisset. Ipsa obiit an. 1328.

Simon Teilinganus, qui vxorẽ duxit è familia Polana, periitque cũ fratre Theodorico, qui sine liberis obiit an. 1345. pugnãtes cum Guilielmo 4. Hol. Comite contra Frisios. genuit Simon

Sophia Teilinganam, nupsit Guilielmo domino Naeltvicano.

Altera filia vxor fuit Guilielmi Montfortiorum domini.

Theodoricus Teilinganus duxit filiam Arnoldi Arculei Alblasserdamæ domini ac Zulæ, obiitque an. 1395. suscepit *

Albertus Teilinganus reliquit ex vxore Simonẽ, ac Hildegondam, qui liberos suscepere.

Helvuiga Deo virginitatem dedicauit.

B.

Hic Theodoricus cum omnibus successoribus Teilingæ dominus scribere desiit, quòd Teilinga ac maxima parte fortunarum esset exutus à Comite Hollandiæ Ioanne primo, ob interfectum patrem Florentium 5. Holland. Comitem, in cuius mortem cum Gerardo Velsio, Hermanno Vuordano, Gisberto Amstelio, ac plærisque aliis Nobilibus coniurarat. Sororem eius Catharinam posteaquam Guilielmo Brederodio nupsisset, volunt nonnulli donatam ab Holland. Comite, dominio Teilingano, sed ad vitam ne tantùm, an in perpetuum, non addunt. Puto ad vitam tantùm fuisse, quòd Teilingam Brederodij nusquam reperiantur possedisse.

Florentius

B.

Florentius Teilinganduxit Iacobam Feburean Hannonã. Ipse obiit an. 1507. quatuor relinquens liberos.

Lucas Teiling. duxit Catharinã Vuataringiam Franconis filiã, extinctõsque ferinè in Hollandia Teilingios in lucem reduxit, genitis liberis qua tuor.

Franciscus Teilingan. vxorẽ duxit Hannonam, quæ septendecim ei liberos peperit, è quibus nulli in Hollandia matrimonio sunt iũcti.

Ioannes Teilingan. cœlebs obiit.

Augustinus Teilinganus in Hollandiã rediit, ac Alcmaræ sedem fixit, ducta Iodoca Egmondana Nienburgia. Obiit anno 1533. relictis 20. liberis.

Antonius Traiecti ad Mosam Canonicus.

Margareta vxor Georgij Batensis.

Adhuc septem liberi, qui ante nuptias obiere.

Petrus Teilinganus Ærarij apud Holl. Præfectus, duxit Margaretam filiam Michaelis Eyerdikij, è qua decem suscepit liberos, obiitque anno 1505.

Filius secundus sacris initiatus.

Margareta Teil. nupsit Ioanni Alkemadio à Berry.

Maria Teilingia vxor fuit Castellani Medenblikij.

Nicolaus sine liberis obiit.

Cornelius sine lib. obiit.

Florentius liberos reliquit.

Theodoricus liberos reliquit.

Theodoricus iunior, liberos reliquit.

Franciscus liberos reliquit.

Iobus è Margareta Biana quinque suscepit liberos

Augustinus Teilinganus, duxit Mariã à Berkelaers, ac hanc mihi stemmatis sui genealogiã exhibuit.

Petrus.

Maria.

Margareta.

Ioannes.

Reinerus sine liberis obiit.

Iacobus liberos suscepit.

Bartholomęus liberos genuit.

Ioannes sine liberis obiit.

Adrianus liberos creauit.

Lucas liberos suscepit.

Augustinus liberos reliquit.

Anna, Iodoca, Maria, Ioanna, Eua, Anna.

C.

Theodoricus Teilinganus, duxit Margaretam filiã Ioannis Lalani, vterque obiit Quesnoię apud Hannones, ipse anno 1463. cùm nati illi essent liberi quatuor.

Gerburga Teilinganа, nupsit Florentio Krulyncxio.

Florẽtius Teilinga. duxit filiã Gisberti Vlitani à Merlo, obiitque an. 1436. cùm suscepisset

Humannus Teilinganus.

Simona Teilinganа, nupsit Ægidio Gralinganо.

Petrus Teilinganus Ærarij apud Holl. Præfectus, duxit Margaretam filiam Michaelis Eyerdikij, è qua decem suscepit liberos, obiitque anno 1505.

Filius secundus sacris initiatus.

Anthonius Teilingan. sacris initiatus.

Vincentius Teilingan. Quæstor Nemorum, ac Balliuus Egmondanus, filiam ex Alkemadiis duxit, obiitq; anno 1540. relictis — Adriano ac Catharina.

Ioannes Teilinganus vxore non ducta, obiit securus comitatum Vuassenaræ Reguli, vt solent nobiles adolescentes, militauitque Imper. Carolo quinto sub Georgio Scheinckio, titulo Capitanei in Frisia.

Theodoricus Teilinganus secutus quoque est, vt frater, Vuassenaræ Regulum, ductaque Gerarda filia Ioannis Deinsij liberis non genitis obiit.

Iacobus Teilingan. ducta è Vueruiis filia liberis ex ea quoque non susceptis decessit.

Cornelius Teilingan. ducta filia Theodorici Bruchouij Leidensis, suscepit — Petrum.

Iacoba, Margareta, Anna — sacris initiatæ Deo virginitatem dedicarunt.

Belia innupta obiit.

C.

Tempore huius Theodorici migrarunt fermè omnes Teilingij in Hannoniã cum Margareta Burgundã filia Philippi Audacis vidua Guilielmi sexti Hollandiæ, Hannoniæ, &c. Comitis, habitaruntq; pro maiori parte cum ea Quesnoij Hannoniæ oppidulo, vbi Margareta sedes fixerat, ibiq; vxores duxerunt, liberosq; nuptui collocarunt, vt in Genealogia apparet. Primus ex iis Lucas Theodorici huius filius in Hollandiam rediit, ascitus in eorum numerum, qui Hollandiæ Comitis Ærario præsunt, secutusque est eum paulò pòst fratris sui Florentij filius Augustinus Teilinganus, sedemque Alcmaræ elegit, vbi exinde fœcundis matrimoniis familiam læta prole restauraruntt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

- Robertus Lannoius Mignovallę ac Lilij dominus, obiit sine liberis.
- Hugo Lannoij, Lisij ac Mignovallę dominus, duxit Mariam Barlamontiam, è qua est natus
  - Ioannes Lannoij, Lisij ac Mignovallæ dominus, duxit Ioannam Crouiacam, quæ ei filios duos peperit.
    - Ioānes Lannoij dominus, Aurei Velleris eques, primò duxit Ioannam à Foix Brimeuæ dominam: deinde Ioannā Ligniacā.
      - E prima
        - Filia vnica nupta Philippo Horneo Gasbekæ domino.
      - Ex altera
        - Bona, Lannoij ac Roulencurtij domina, vxor Philippi Lannoij Santæ domini.
        - Maria Lannoia vxor Ioannis Baufortij.
        - Iacoba Lannoia nupta Ioanni Hennino Fontainæ domino.
    - Antonius Lannoius Mignovallæ dominus, duxit Mariam à Ville Daudriguæ dominam.
      - Ioannes Lannoius Mignovallæ ac Riulai dominus, primò duxit Catharinam Neufvillam: deinde Philippam Lalanam.
        - E priore vxore
          - Ioannes Lannoius Mignovallæ ac Daudriguę dominus, primò duxit Margaretam Flandricam dictam à Praet. deinde Philippam de Plaines.
        - Ex altera,
          - Carolus Lannoius Zanzellæ dominus, Vice-Rex Neapolitanus nomine Caroli quinti Imper. ac Aurei Velleris Eques, duxit Frāciscam Monbeliardicam, quæ tres ei filios peperit.
            - E priore
              - Lodouica Lannoia Daudriguæ domina, vxor Lodouici Reuelij domini.
              - Ex altera
                - Nicolaus Lannoius Mignovallæ ac Riulai dominus, duxit Annam Lalanam
                - Claudia Lannoia, vxor Caroli à Fiennes D'Esquerdes domini.
            - Philippus Lannoius Princeps Sulmonēsis, Aurei Velleris Eques, vxorem duxit è Columniis Romanis, quæ peperit
              - ..... filius Mignovallæ dominus.
              - Bona nupta Philippo Sinteldegondio Noircarmæ domino.
              - Carolum Lannoium Principem Sulmonensem, Aurei Velleris Equitem.
            - Ferdinandus Lannoius, duxit filiam Nicolai Perroneti, quæ ei vtriusque sexus liberos peperit.
            - Pompeius Lannoius Romæ sacris initiatus.

- Hugo Lannoij ac Lisij dominus, duxit Margaretam Mignovallæ dominam. sepulti sunt Lisij prope oppidū Lannoium, his relictis liberis:
  - Hugo Lannoius Santæ dominus Aurei Velleris Eques. Obiit, nullis è Margareta Bochutia relictis liberis.
  - Guilbertus Lannoius Vuillervallæ ac Trochiennæ dominus, Aurei Velleris Eques. primò duxit Leonorā D'Esquiennes: deinde Ioannam Ghistellanam: Tertiò Elizabetham à Drinckam, his relictis liberis:
    - E secunda
      - Philippus Lānoius Vuillervallæ, Santæ, Trochiennę, ac Vuahignij dominus. duxit Mariam Chastillonicam Roulencurtij ac Dampierrę dominam, quę peperit
        - Philippus Lannoius Santæ dominus, Aurei Velleris Eques, duxit Ioam Lannoij dominam, suprascriptam, genuerūntq; liberos tres
          - Hugo Lannoius Roulencurtij dominus, obiit ante patrem, relinquēs ex vxore Maria Bochutia
            - Franciscā Lannoia vnica hæres ditionum Lannoij ac Roulencurtij, nupsit Maximiliano Egmōdano Burę Comiti, cui peperit filiam vnicam Annam Egmōdanam vxorem Guilielmi Nassauuij Aurantiæ Principis; de quibus si cætera cupis, consule Genealogiam Iselsteinensem.
          - Ioāna Lan. vxor Hēdrici Vuithemi Berzellæ dñi.
          - Margareta Lannoia vxor Ioannis D'Ognies.
        - Philippus Lannoius alter, Dampierrę ac Baumontij dominus.
        - Guilbertus Lannoius Vuillervallæ dñs, duxit Ioannā Neufvillā viduā Michaelis Belleforeri
          - Bona Lannoia vxor Francisci D'Ognies Baurainge domini.
    - E tertia vxore,
      - Petrus Lannoius Fresnoij dominus, duxit Iodocā Grimbergicam
        - Ferricus Lannoius Fresnoij dominus, duxit Mariam à Mastaing
          - Lodouica Lannoia vxor Ioannis Montmorantij Courierę domini.
          - Lodouica altera Lannoia, nupta Antonio Barræo, Mouscroni domino.
        - Filia sacra virgo Bredæ.
        - Maria vxor Ioannis Immerzelij.
        - Tertia, vxor Philiberti Veræ domini.
        - Florētius Lan. puer obiit.
        - Maria Lannoia Molembaisæ ac Sorle Castelli domina, nupsit Ioanni Bergensi, Bergis ad Schaldim Marchioni secundo, ac Hannoniorum Præfecto, sed vterque nullis creatis liberis obiit.
      - Filia nupta Montreulæ domino.
  - Balduinus Lannoius Molembaisæ dominus, Aurei Velleris Eques, duxit Adrianam Barlamontiam Sorle Castelli dominam.
    - Balduinus Lānoius Molembaisæ ac Sorle Castelli dominus, Aurei Velleris Eques, duxit Michaelem D'Esne, quæ peperit
      - Philippus Lannoius Molembaisæ ac Sorle Castelli dominus, Eques Aurei Velleris, primò duxit Margaretam Burgundicam: deinde Franciscam Barbansoniam
        - E priore vxore,
          - Ioannes Lannoius Molembaisæ dominus, Aurei Velleris Eques, duxit Ioannam Ligniam, quæ peperit
            - Florentius Lannoius Torcoingi dominus, Aurei Velleris Eques, duxit Adrianam Gasbekanam, genuitque
              - Philippum Lannoium Torcoingi dominum.
          - Ex altera,
            - Philippus Lannoius Bauuasij dñs, duxit Ioānam Treslongā, è qua susceptō filio ac filia obiit.
            - Lodouicus Lannoius Protonotarius.
            - Iodoca Lannoia vxor Ioannis Halevuini Comminę domini, cui filiam vnicam peperit nomine Ioannam, vxorem primam Philippi Crouiaci Archotæ Ducis.
            - Maria Lannoia, vxor Francisci, Noyellæ ac Stadæ domini.
            - Catharina Lannoia, nupta Gabrieli Iancæo, Mastaingę domino.
        - Filia vxor Antonij Monmorantij Croisellæ domini.
        - Magdalena Lannoia nupta Ioanni Roisino Rougij ac Cordæ domino.
    - Filia nupta Ioanni Iancæo, Mastaingæ domino.

- Guilbertus Lannoius Santæ ac Baumontij dominus, duxit Catharinam filiam ac hæredem vnicā Ioannis à Sinte-Aubim Molembaisę reguli, è qua hi nati sunt liberi:
  - Goselinus Lannoius Breuzæ dominus, duxit Mariam à Montgardim, quæ vnicam tantùm peperit filiam nomine
    - Mariam Lannoiam Breuzæ dominam, vxorem Antonij ab Herin.
  - Ioannes Lannoius Motrię dominus, duxit Mariam Cordæā, quæ peperit
    - Ioannes Lannoius adolescens obiit.
    - Ioanna Lannoia vxor Gerardi Coustrei.
    - Ioannes Lannoius alter, Motriæ ac Orgemontij dominus, duxit Isabellam Mesditiam aliàs à Cruce cognominatam, genuit
      - Robertus Lannoius Orgemontij ac Curbæ dominus, reliquit ex vxore
        - Petrus Lannoius Orgemontij dominus, duxit Matiam à Monnoier, aliàs de Hermes, quæ filiam peperit
          - Ioannam Lannoiam Orgemontij dominam, vxorem Caroli Miromontij.
        - Georgius Lannoius, qui ex vxore reliquit
          - Georgium Lannoium.
          - Filiam nuptam Ioanni Riuæo, Ramæ domino.
        - Ioanna Lannoia vxor Thomæ Maillet, Barlettæ domini.
      - Antonius Lannoius Motriæ dominus, duxit Philippam ab Hommel, quæ genuit
        - Antonium Lannoium Motriæ dominum, cui sunt nati è Iacoba Syluia
          - Lodouicus Lannoius Motriæ dominus, duxit Michaelem D'Ognies
            - Iacobus Lannoius.
            - Guilbertus Lannoius.
            - Maria Lannoia.
          - Catharina Lannoia vxor Ioannis Languerodæ.
      - Petrus Lannoius Ledaini dominus, duxit vxorem è Bellemontiis, è qua ei sunt nati
        - Nicolaus Lānoius Ledaini dñs, duxit Iacobam ab Harechies
          - Hugo Lannoius Ledaini dñs, duxit Annam Carubæam filiam Nicolai
            - Nicolaus Lan. Ledaini dñs, duxit Michaelē Cortelleam.
            - Margareta Lan. vxor ..... Busentonij Quercinę dñi.
        - Antonius Lannoius Hardiplankę dñs, duxit filiā domini du Toret, quæ ei peperit
          - Ioannes Lannoius Hardiplankæ dominus, duxit filiam domini Descamaing.
          - Martinus Lannoius Hautponti dominus, duxit Iacobam Cortelleam, quę ei filium peperit
            - Carolum Lannoium.
    - Agnes Lannoia nupta Antonio Rubasij ac Herzellæ domino, cui peperit
      - Petrū Rubasij ac Herzellæ dñm, qui duxit Margaretam Ghistellanam Breukæ dominam, vnde nata
        - Isabella Rubasij ac Herzellæ domina, vxor Iacobi Lutzenburgij, Richeburgæ domini, quorum Genealogiam consule.
      - Filia nupta Vualerano Vuarini, &c. domino.

Biblioteca Universidad de Deusto

EGMONDANORVM AC ISELSTEINENSIVM STEMMA.

A. Radboldus filius natu minor Adgillis Regis Frisiæ inferioris, vt volùt, datur primus Egmõdę Regulus, obiitque dicitur an. 792. à nato Christo, reliquitque filium

Gerbrandum 2. Egmondæ dominum, qui obiit 845. decima Martij, ne quis de rei veritate dubitet.

B. Vuollebrandus 3. Egmondæ dominus, periit in pugna anno 868.

Radboldus 4. Egmõdæ regulus, obiit anno 920.

Dodo 5. Egmõdę dominus, obiit anno 977.

Vualgerus 6. Egmõdę dominus, obiit anno 1036.

Dodo 7. Egmõdę dominus, obiit anno 1074.

Bervuoltus 8. Egmõdę dominus, obiit anno 1124.

C. Bervuoltus 9. Egmondæ dñs, obiit an. 1155.

Bervuoltus iunior à Frisiis est interfectus an. 1124.

D. Dodo 10. Egmõdæ dominus, obiit sine liberis.

E. Alardus 11. Egmõdę dñs, periit an. 1168.

Theodoricus.

Bervuoltus.

Vuarmboltus.

Gualterus 12. Egmõdę regulus, obiit anno 1208. tribus relictis liberis.

F. Guilielmus 13. Egmond. dñs, obiit an. 1234.

Arnoldus obiit in Syria anno 1217. relicto filio Gualtero, qui liberos multos genuit.

Halevuina vxor Hendtici Cucani.

Gerardus 14. Egmõdæ dominus, obiit anno 1242.

Guilielmus 15. Egmondę dominus, obiit anno 1304.

Sophia vxor Iacobi Vuodani 12. Vuarmontiorum Reguli. Ipsa obiit 1309.

G. Gerardus Egmondanus ante patrẽ obiit anno 1300 cùm ei esset nati

Guilielmus 16. Egmondæ dominus.

Gualterus 17. Egmondæ dominus. *

Nicolaus obiit anno 1305.

Ioannes obiit anno 1319.

H. Ioánes Meresteinius 18. Egmondę dominus, obiit anno 1370 cùm ei essent geniti

Arnoldus 19. Egmondæ Regulus.

Gerardus Egmond.

Ioannes Egmondan.

Guilielmus Egmond.

Otto Egmondanus.

Albertus Egmond.

Filiæ septem.

I. Ioannes 20. Egmondæ dominus obiit anno 1451.

Guilielmus Iselsteinensium dominus, filiũ tantùm nothum reliquit.

Arnoldus 21. Egmon. dñs, ac Geldriæ Dux, primus ex hac familia.

Guilielmus 22. Egmond. dñs Iselsteini quoque, Buræ ac Lerdami, obiit anno 1483.

Nothi. Arnoldus.

Catharina.

Iola.

Adolfus Egmõdanus Geldriæ Dux

Carolus Egmondanus Geldriæ dux, postremus ex hac familia.

Philippa Egmondana.

K. Ioannes 23. Egmõdæ dominus, Comes primus.

Fredericus Iselsteini dominus.

Guilielmus.

Filiæ quatuor.

Nothus. Gerardus, vnde Niburgiorum familiæ initium.

Maximilianus ac Guilielmus, vxore non ducta, obiêre.

Ioannes secundus Egmondæ Comes, obiit 29. Aprilis anno 1528. Mediolani.

Iorianus Egmõdanus.

Philippus Egmondan.

Filiæ quinque.

Carolus Egmondanus vxore nõ ducta, in Italia obiit.

L. Lamoralus tertius Egmondæ Comes, Princeps Gaueræ, obiit anno 1568.

Margareta Egmondana vxor Nicolai Comitis Vaudemõtij, peperitque inter alios Lodouicũ Vaudemontiam vxorem Hendrici tertij Francorum Regis.

Philippus 4. Egmõd. Comes, duxit Mariã Hornanam.

Lamoralus Egmondanus.

Carolus Egmondanus.

Leonora Egmondana vxor Georgij Hornani Comitis Houtekerkij peperit Ipsa obiit anno 1582.

Sabinam Hornanam.

Franciscum Hornan.

Lamoralum Hornan.

Maria Egmondana Cameræ sacris initiata.

Francisca Egmondana.

Magdalena Egmondana.

Christiana Egmondana, nupsit domino Capperfij.

Anna Egmondana Cameræ sacra virgo.

Sabina Egmondana.

Ioanna Egmondana.

Philippa Egmondana infans obiit.

ISEL.

ISELSTEINENSIVM STEMMA.

M. Gisbertus Amstelius duxit Bertrandam hæredem domini Iselsteinensis, obiit Gisbertus exul ac pauper, quòd in necem Florentij 5. Holl. Comitis, cum Velsio ac Vuordano coniurasset an. 1296 quo tempore vir erat admodum senex. Natus est illi ex Bertranda filius

Arnoldus Amstelius Iselsteinensium Regulus, qui obiit anno 1298.

Gisbertus Amstelius Iselsteini Regulus, duxit Mariã filiam nothamGuidonis Hannonis postea Vltraiect. Antistitis.

Otto Amstelius dominus Bevervuarti semper stetit cum Ioanne Arculeo Vltraiect. Episcop.

Arnoldus Amstelius Iselsteini dominus sine liberis obiit, succedente sibi sorore.

Guida Amstelia vxore Ioannis Egmondæ domini 18. Ipsa obiit anno 1340.

N. Arnoldus Egmondanus Iselsteini dominus, filius Ioannis 18. Egmondæ reguli ac Guidę Amstelię reliquit filium

Guilielmum Egmond. filium nati minimum Iselsteini dominũ, qui obiit anno 1452. vnico tantùm relicto filio nothо. ei igitur succedẽte Guilielmo fratris Ioannis filio nato secundo 22. Egmondæ domino, qui obiit anno 1483 succedente sibi Iselsteini filio natu secundo

Frederico Egmondano Iselsteinẽsium ac Lerdami domino, primo Buręe Comiti, qui duxit Aleidam Culenburgiã filiam Gerardi Culenburgensiũ regulí, quęei in dotem attulit ditionem Buranã cum oppido ac Sintmartensdikam, peperitq;

Florẽtium Egmonda. Iselsteini ac Lerdami dominum, Comitem Buranum, dominũ Sintmartẽsdikij, Equitẽ Aurei Velleris, qui duxit Margaretã Berganam filiam Cornelij domini Sevenbergij.

Maximiliañ Egmondanum dominum Iselsteini, Lerdami, Sintmartẽsdikij, Buræ Comitẽ, Equitẽ Aurei Velleris. Duxit Franciscam Lannoiam, quæ peperit——

Anna vxor Iosephi Mõmorancij: deinde Comitis Hornani.

Altera nupsit Roberto Arenbergæ regulo.

Anna Egmondana domina Iselsteini, Lerdami, Sintmartensdikij, Comes Buræ nupsit Guilielmo Nassauuio Aurantij Principi, peperitque filium ac filiam

Philippum Nassauuiũ Iselsteini, Lerdami, Sintmartensdikij dominum, ac Buræ Comitem.

Mariam Nassauuiam.

EXPLI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXPLICATIO GENEALOGIÆ EGMONDANÆ.

A. ORIGO familiæ Egmondanæ diuersa à scriptoribus traditur, vt ferè solent claræ omnes familiæ initia sua fabulis inuoluere. Sunt qui tradant ab antiquis Frisiæ inferioris Regibus Egmondanos descendere. Alij seriem illam Frisiæ Regum fictam tradunt, cùm nullius recepti scriptoris auctoritate nitatur, ortosque Egmondanos tradunt, à Curatoribus (quos eo tempore Aduocatos appellabant) Abbatiæ Egmondanæ, quam vetustissimæ originis esse certis constat testimoniis, illisque cognomen Egmondanum non ex certæ originis continua descensione, sed ex officio ac munere publico, quod in dicta obibant Abbatia, tandem adhæsisse. Poteris cui placuerit lector opinioni adhærere, cùm sine adulationis suspicione, aut inuidiæ morsu à me ferri sententia nequeat; quanquam inficias ire nō possum ante omnem hominum memoriam, quemadmodum & hodie Arcem Egmondanam, quam vernacula lingua appellant Thuis van Egmont op de Hoube, quæque ad eam spectant, beneficiario iure possessa semper fuisse ab Abbatia Egmondana. Verùm ne quem offenderemus, à Frisiæ Regibus deducta Egmondanorum origine, genealogiam auspicati sumus.

B. Vuollebrandus periit pugnans contra Caroli Calui Franc. Regis ac Imp. exercitum, quem is miserat contra rebelles Hollandos ac Frisios, quòd Theodoricum primum Holl. Comitem à se datum auxilio Procerum Vuassenariorum eiecissent, idque anno 869. quo ex tempore Egmondij, Vuassenarij, cæterique Hollandiæ ac Frisiæ Proceres bonis omnibus exuti, petita à dicto Theodorico venia, in gratiam iterum recepti, bona sua tanquam à beneficiario patrono, repetere sunt coacti.

C. Reperi in manuscripto libello Bervuoldij huius tempore Egmondanos ob præteritas rebelliones ad inopiam redactos, non inter Nobiles illustri genere natos, sed inter eos qui in populo ob morum probitatem, opes, vitamque ciuiliorem clariores habentur fuisse numeratos. Vide scriptorum diuersitatem. Cumque hoc tempore Abbas Vualterus Gandauo à Theodorico sexto Holl. Comite vocatus, Abbatiam Egmondanam restauraret, mores monachorum corrigeret, ac diuinum cultum à Barbaris perturbatum ad pristinum nitorem reduceret, Bervuoldus hic à dicto Vualtero ac Comite Theodorico inter complures Abbatiæ procuratores (quos eo tempore aduocatos ac tutores vocabant) præcipuè est constitutus, qui Abbatem iuuaret, poteratque hos Abbas cùm placuisset, officio mouere, aliumque eius loco legere. Et quoniam nullus Procuratorum tam enixè Abbatem Vualterum in restauratione diruti Monasterij, opibus ac consilio iuuisset quàm hic Bervuoldus, Abbas ei procurationem confirmauit, deditque in perpetuam emphyteusim regiunculam, (Hollandica lingua vocant een manthe/ ende hoef lants met zes wooningen) sex villarum, vbi Arcis Egmondanæ, quam hodie adhuc appellant opde Hoube, fundamentum iecit, sed morte præuentus absoluere non potuit. Ab hoc Bervuoldo non pauci familiæ Egmondanæ originem ducunt, eumque cognomen Egmondanum assumpsisse asseuerant, ita sensim auctis opibus, vt dominium Egmondanum eius successores emerint, ac nobilissimis per nuptias coniuncti familiis, illustres quoque euaserint.

D. Dodo non contentus paterna successione, contendebat se hæreditarium Abbatiæ Procuratorem esse. Negabat Abbas Vuigboldus ac cæteri Procuratores, donec re ad arbitrium Florentij decimi Holl. Comitis omniumque Procerum delata, ij tandem pronunciarent solùm Holl. Comitem hæreditarium Abbatiæ Procurat. esse, cæteros omnes temporarios, ac minorum negotiorum Curatores, quos Comes ac Abbas pro arbitrio mouere, ac retinere possent. Deinde in Procuratione à Comite ac Abbate Dodo confirmatus, Arcem Egmondanam à patre cœptam, absoluit, obiitque sine liberis.

E. Alar-

E. Alardus hic fratri succedens, periit Scagæ anno 1108. pugnans cum Florentio Holland. Comite contra Frisios, primusque legitur inter Egmondanos Equestri donatus ordine; filiusque eius Gualterus, cum Philippo Vuassenario ac Guilielmo Teilingio, multisque aliis Proceribus enixè studuit, vt Guilielmus Comitis Theodorici frater Holland. Comes nominaretur, cùm contra multi laborarent pro Comite Lonæo, qui Adamam filiam vnicam dicti Comitis Theodorici, vxorem duxerat.

F. Guilielmus hic contra Lulbertum Egmondæ Abbatem insurrexit, multa sibi arrogans. Cumque controuersia Romæ agitata finem non haberet, tandem Guilielmus Holland. Com. arbiter factus, dissidium composuit, Abbatiæ nil detractum. Ipse anno 1234. contra incredulos prope Bremam pugnans occubuit, relictis ex vxore Badeloca filiis duobus, è quibus natu maior Gerardus bis in Palæstinam est profectus, duxitque in vxorem Mabeliam, quæ obiit anno 1262.

G. Hic Gerardus à Comitibus Holl. obsignatas adferens literas, ostendit Florentio Holland. Comiti sese in iurisdictione sua Rinegomiæ exules omnes recipere posse, modò ij neque incendiarij, neque publici prædatores regiarum viarum forent. Duxit Elizabetham filiam Striæ domini, quæ obiit anno 1296. ipse anno 1300. Guilielmus filius eius natu maximus, post aui mortem factus est Egmondæ dominus, duxitque Margaretam filiam Comitis Blancquehemij, è qua liberis non creatis, obiit anno 1312. successitque illi frater Gualterus, qui duxit Beatricem Dortogæam, obiitque ipse anno 1321.

H. Ioannes 18. Egmondæ dominus, duxit Guidam filiam Gisberti Amstelij Iselsteinēsium domini, cuius mater Maria filia erat notha Guidonis Hannonij Vltraiectensium Episcopi 42. Sepultus est Iselsteini tredecim è Guida relictis liberis. Arnoldus filiorum natu maximus, duxit Iolam filiam Comitis Leumegemij, quæ obiit anno 1437. sepulta apud Iacobitas in Haga Comitis: ipse obiit anno 1409. sepultusque est Iselsteini. Gerardus secundo natu filius, duxit Ioannam filiam Theodorici Raphorstij, dominam D'Ortogæ. Otto quarto natu filius Ballifus fuit Kenemerlandiæ, duxitq; Guilielmam Vuateringiam, deinde Hendricam Rodenburgiam Vueldamj dominam, quæ liberos 24. peperit, è quibus inter alios fuit orti Egmondij Kenneburgij. Guilielmus secundo natu filius dominus Zotermeræ, Zegervuarti ac Zevenhuzæ, duxit Mahteldim Hemmertiam. Albertus sexto natu filius Canonicus fuit Vltraiecti in Collegio D. Virginis. Beatrix filiarum natu maxima, nupsit Gisberto Vianæ Regulo. Altera Gerardo nono Culenburgij domino. Tertia Philippo Vuassenaræ Regulo. Quarta Bartholomæo Raphorstio. Quinta Buscoducis in Collegio D. Claræ Deo virginitatem dedicauit. Maria sexta filia domina fuit Risvuichi. Bertha natu minima vxor fuit Vualrauij Brederodij fratris Arnoldi, sed non peperit.

I. Ioannes Arnoldi filius natu maximus 20. Egmondæ Regulus, in vxorem accepit, insciis sponsæ parentibus, Mariam filiam Ioannis Arculei 12. cuius auunculi fuēre, Guilielmus ac Reinoldus Geldriæ Duces. Peperit Arnoldum, qui post mortem magnorum auunculorum Geldriæ Dux est factus primus è familia Egmondana. Frater eius dominus fuit Egmondæ ac Iselsteini. Hic Ioannes 20. iterum renouauit vetus cum Abbatia dissidium. Sed Guilielmus Bauarus Holl. Comes, cuius sese arbitrio commiserant, sententiam pronunciauit anno 1411. in oppido Schonhauio. Vxor eius Maria Arculea cùm enim postremum infantem nulla vi nec remediis potuisset, secto ventre cum infante obiit anno 1415. Instituit Egmondæ Canonicos sex, vbi sepultus est anno 1451. frater eius Guilielmus Iselsteini fuit dominus, qui eodem obiit anno, relicto tantùm filio notho Arnoldo. Arnoldus Egmondanus Geldriæ Dux, concessit fratri Guilielmo ditionem Egmondanam ac Iselsteinensem, obtentoque à Geldriæ ordinibus oppido Burensi, ac ab auo Ioanne Arculeo pro dote matris oppido Lerdamo, Schonrevuortio ac Haestrehtio, ea quoq; fratri donauit, qui è Vualburga Meursia Frederici filia septem suscepit liberos. Ipse Gravæ obiit anno 1483. ibiq; est sepultus iuxta fratrem Ducem Arnoldum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

K. Ioannes 23. Egmõdæ dominus, Gubernator fuit Holl. Zel. ac Frisiæ, nomine Imp. Maximiliani primi, succedens Iodoco Lalano in obsidione vrbis Vltraiectensis occiso, qui Maximilianus cum anno 1492. primum Egmõdæ Comitem ac Aurei Velleris Equitem fecit. Emit oppidum cum ditione Purmerendana à Baltazaro Vuolkesteinio, cui eam Imp. Maximilianus dono dederat confiscatam à Montfortij domino, duxeratq; in vxorem Magdalenam filiam Georgij Comitis Vuardenburgij, quæ ei filios quinque ac totidem filias peperit. Frater eius Fredericus Egmond. dominus, fuit Iselsteini, &c. ac Comes Butæ. Guilielmus frater natu tertius, duxit Margaretam Hesvuikiam viduam Petri Vertij, peperitque filias tantùm duas: prima mentis inops erat: altera primò nupsit Comiti Bergio: deinde Comiti Vuarneburgio. Soror natu maxima, vxor fuit Bernardi Comitis Benthemij. Elizabeth Gisberti Bronchorstij: deinde Ioannis ab AA, Bruchouæ domini. Margareta Ioannis Petersomij. Quarta Rodichomi in Veluua Geldrensi Deo virginitatem dedicauit. Filius eius natu maximus Ioannes quoq; appellatus Eques Aurei Velleris, duxit Franciscam Lutzenburgicam Gueræ Principem, ac Fiennæ dominam, peperitque liberos tres. Ipse Mediolani apud Insubres obiit anno 1528. Ioianus siue Georgius Antistes fuit Vltraiectensis. Philippus Barræ fuit dominus, obiit sine liberis in Italia anno 1529. Horum soror natu maxima Iodoca nupsit Ioanni Vuassenaræ domino, qui in Frisia periit. Vualburga vxor fuit Guilielmi Nassauuij. Tertia Losdunæ Deo virginitatem dedicauit. Catharina quarta filia iuncta fuit Georgio Sceinkio Tautenburgæ Regulo, Gubernatori Frisiæ Occidentalis ac ditionis Transisulanæ. Quinta coniux fuit Francisci Borselij Cortgenæ domini, sed non peperit.

L. Lamoralus tertius Egmondæ Comes, Princeps Gueræ ac Eques Aurei Velleris, duxit Sabinam Bauaram filiam Ioannis Comitis Palatini Ducis Hotstruckij, quæ duodecies peperit. Frater eius natu maior Carolus Egmondanus, obiit nondum ducta vxore secutus in Italiam Imp. Carolum quintum ad expeditionem Argerianam.

IN ISELSTEINENSIVM GENEALOGIAM.

M. Anno Christi 1203. ac circiter, vixit Engelbertus Amstelius vir potens ac nobilis iis locis, vbi nunc Amstelrodamum visitur: is filium reliquit Gisbertum Amstelium, qui moriens anno 1225. reliquit Gisbertum ac Arnoldum Amstelium: Gisbertus duxit Bertrandam Iselsteini dominam, secutusque partes Hermanni Vuordani, ac Gerardi Velsij, qui Hermanni filiam in vxorem duxerat, bis pro eis pugnauit. Primò contra Hendricum Antistitẽ Vltraiect. 38. an. 1252. vbi eladem accepere. Deinde contra Ioannẽ 40. Antistitem, ac Florentium 16. Holl. Com. qua etiam pugna cùm superati essent, Gisbertus est captus, paulóq; pòst pace inter partes facta liberatus. Sed cùm post aliquot annos decrepitus iam senex contra Florentium quintum Holl. Comitem cum Velsio ac Vuordano coniurasset, eumque captum illi interfeciissent, cum cæteris qui fuga erant elapsi proscriptus, omnibus bonis est exutus, vt etiamnum apparet manente in hunc vsque diem vrbe Amstelrodamensi sub potestate Comitis Hollandiæ. Bertranda exulante marito sene, cum filio Arnoldo fugerat Iselsteinum, vbi à Comite Ioanne dicti Comitis Florentij filio per annum fermè obsessa, tandem pacem impetrauit, hac conditione, vt omnia mariti Gisberti Amstelij bona fisco Comitis cederent, sua verò bona minimè, sed liberis Gisberti Amstelij manerent.

N. Arnoldus Egmondanus pòst morte auunculi, Arnoldi Amstelij, Iselsteinensium fit dominus. Guilielmus filius eius natu minimus, duxit Annam Henninam, filiam Iacobi Bossui domini, viduam Iacobi Borselij, sed ipse sine liberis obiit pridie Cal. Ianuarij anno 1451. relicto tantùm filio notho. In Iselsteinensium ditionem successit Guilielmus filius natu minimus fratris sui Ioannis, quo moriente an. 1483. factus est Iselsteinensium dominus filius huius Fredericus Egmond. qui duxit Aleidam filiam Gerardi 12. Culenburgæ domini quæ in dotem ei attulit ditionẽ Buranam, ac Sintmartensdikum, fuitq; Frede-

Fredericus cum fratre Guilielmo Neomagi in maxima Turri per triennium captiuus, quod non paucis posteà ciuibus malè cessit. Creatus est anno 1492. ab Imp. Maximiliano primo, primus Buræ Comes, peperitque ei Aleida filium Florentium Iselsteini, Lerdami, &c. dominum, Buræ Comitem.

PROCERVM LERDAMENSIVM SERIES.

LERDAMENSIVM ditio semper pars ditionis fuit Procerum Arculensium. Dodo enim Heimanni primi filius natu maximus, morieus anno 996. fine liberis Lerdamum cessit fratri suo iuniori Fopponi Arculensium Regulo, apud cuius posteros mansit vsque in annum 1212. Tum enim Ioannes huius nominis quintus Arcul. dominus, fratri Folpardo Lerdamum dedit cum Schonrevuortio ac Hastrehtio, quem scribunt à cacodæmone abductum posteaquam è condicto is certo ei tempore seruiisset, quemadmodum & filium Folpardi Pelgrinum Lerdami dominum, à malo genio cum vndecim familiaribus submersum scribunt, cùm vellet flumen Leccam transmittere: insiliens enim specie nigri caballi, nauem cum omnibus qui ingressi erant demersit. Cumque Pelgrinus liberos non creasset, Ioannes vndecimus Arculei dominus, Lerdamum, Schonrevuortium ac Hastrehtium occupat, mansitque hac in familia vsque ad Ioannem decimumtertium Arculei Regulum. Is enim diu cum Arnoldo Egmondano Geldriæ Duce filiæ suæ Mariæ filio pro eius dote litigarat, tandemque compositione facta dat Ioannes Arculeus Duci Arnoldo nepoti ex filia pro matris suæ dote ditionem Lerdanam, Schonrevuortiam ac Hastrehtiam, pro se suisque successoribus in æternam possessionem, qui exinde ea cum oppido ac ditione Burana fratri Guilielmo Egmondæ Regulo dono dedit, qui tres suscepit filios: Ioannem primum Egmondæ Comitem, Fredericum primum Buræ Comitem, ac dominum Lerdami, Schonrevuortij ac Hastrehtij: cætera in horum Genealogiis cognoscere licebit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

- Adolfus primus Marchæ Comes, duxit Elizabetham Faucombergicam, è qua sunt nati
  - Engelbertus Marchę Com. suscepit è prima vxore (cuius nomẽ non reperio) liberos tres: Ex altera vxore (quę fuit è familia Lossensi) filiũ vnicum.
    - E prima Adolfus Marchæ Comes, genuit è filia Lossensi.
      - Engelbertus Marchæ Com. primò duxit filiam Vuezemalę domini: deinde filiam ac hæredem Arenbergæ domini
        - E prima Adolfus Marchæ Co. duxit Mariã filiam ac hæredem Theodori Cliuiæ Comitis
          - Engelbertus Marchæ Com. reliquit ex vxore
            - Isabellam Marcanam vxorem Ioannis Nassauij Comitis.
          - Adolfus Marcanus Canonicus Colonienſis, ac posteà Comes Cliuiæ primus ex hac familia, ac mortuo fratre Com. etiam Marchæ, cuius vxorem ac Genealogiam quęres in Genealogia Cliuiæ.
          - Engelbertus Antistes Leodiensis.
          - Adelheidis vxor Ioannis Cliuiæ Comitis.
          - Theodorus Marcanus Canonicus Colonienſis.
        - Adolfus Marcanus Præpositus Vuormati. posteà Antistes Leodiensis.
        - Contardus in pugna periit.
        - Ioannes Canonicus Leodiensis.
        - Engelbertus duxit Isabellam filiam Ioãnis Haumalæ ac Louvervauxi domini
          - Engelbertus Marcanus Lovervauxi, ac Vogelzangæ dominus, obiit sine liberis.
        - Filia nupta Hendrico Heinsbergæ domino.
      - Cõtardus Marcanus Canonicus Leodiensis.
      - Filia nupta Ioanni Bertoutio dño Mechliniẽsi.
    - Adolfus Marcanus, sine liberis obiit.
  - Ex altera Gerardus Marcanus Rekehemi dominus, genuit è filia Neufcastellia apud Arduennam filias tantùm duas
    - Prior nupta filio natu maximo Conrardi domini in Alteren.
    - Altera vxor Bertrãdi Malę domini.
  - Ex altera
    - Euerardus Marcanus Arenbergæ dominus, duxit Mariam filiam ac hæredem, Lodouici Lossensis Neufcastellę apud Arduennam dñi, obiitque anno 1387.
      - Ioannes Marcanus Arenbergæ dominus, obiit sine liberis.
      - Euerardus Marcha. post fratris mortem Arenbergæ, Neufcastellæ, Lumaingæ, &c. dominus, primò duxit Mariã Bracquimontiam apud Britones: deinde Agnetẽ filiam Ioannis Rochefortij, genuitque
        - Gerardus Marcanus genuit filiam tãtùm, quæ nupsit Rogerio Neufvillæ apud Leodios domino.
        - Filiæ duæ.
      - Engelbertus Marcanus Lovervauxi, ac Vogelzangæ dominus, obiit sine liberis.
      - Filia nupta Gerardo Bastonio.
    - E prima Ioannes Marcanus Arenbergæ, Lumaingæ, &c. dominus, duxit filiam Comitis Vuarneburgij *
      - Iacobus Seraingæ dominus, obiit sine liber.
      - Filia vna.
    - Ex altera Euerardus Marcanus Rochefortij, Dagimontij, ac Orchimõtij dominus, obiit sine liber.
      - Lodouicus Marcanus Rochefortij dominus, duxit Nicolaam Aspremõtiam *
        - Ioannes Marcanus Canonicus ac Archidiaconus Leodiensis.

Euerar-

- Euerardus Marcanus Arenbergæ dominus, primò duxit Margaretã Bochoutiam: deinde Vuermam filiam Kiebergæ Comitis apud Suauos
  - E prima Ioannes Marcan. obiit sine lib.
    - Robertus Marc. Arenbergę dominus, suscepit è filia Egmõdana
      - Robertus Marcanus primus Arenbergæ Comes. Obiit nullis ex Anna Bergana creatis liberis.
      - Margareta Marcana Arębergæ Comes, domina Naeltvuici, nupsit Ioanni Ligneo Barbansonij domino, peperitque vtriusq; sexus liberos.
      - Filia nupta Lantgrauio Lichtenbergensi.
    - Nicolaus sine liberis obiit.
    - Iodoca Marcana vxor Com. Vuarnebergij.
  - Euerardus Marc. obiit sine lib.
  - Daniel Marcan. obiit sine lib.
  - Robertus Marcan. Arenbergæ dominus, duxit Mahreldim Mõtfortiam Naeltvuici dñam.
  - Euerarda Marcana.
  - Guilielma, Barbara, Anna. Margareta, vxor Comitis Manderscheitij.
  - Helena Marcana.
- * Robertus Marcanus Esdainæ dominus, duxit Ioannã à Sauci Florengæ dominam, genuerunt
  - Robertus Marcanus Esdainæ dominus, duxit Catharinam Crouiacam
    - Robertus Marcan. Esdainæ dominus, duxit hæredem Brainæ domini.
    - Filius 2. Logniij dominus.
    - Antonius Leodij Canonicus.
    - Philippus Archidiaconus Leodij.
    - Philippa vxor Reinoldi Brederodæ domini.
    - Ioannes Saucij ac Iamasij dñs, reliquit filiam tantùm.
  - Euerardus Marcan. episcopus, ac Cardinalis Leodiensis.
- Guilielmus Marcanus Lumaingæ ac Vuarperæ dominus, capite plexus Traiecti ad Mosam anno 1481. relinquens è Ioanna Schonouia
  - Ioannes Marcan. duxit Margaretam Roukeliam, genuitque
    - Guilielmus Marcanus Montbosouij dominus.
    - Margareta Marcana vxor Lanceloti Barlamontij Hiergesdomini.
    - Filia altera nupta Faucmontij apud Leodios domino.
  - Ioãnes Marcanus Lumaingæ ac Seraingæ dominus, duxit Margaretam Vualsenariam, è qua sunt nati
    - Guilielmus Marcanus, Lumaingæ ac Seraingæ dominus, obiit cœlebs.
    - Philippus Marc. Leodij Canonicus.
    - Georgius Marcanus.
    - Filia prima nupta Fresi domino.
    - Altera Bauffortij domino, apud Atrebates.
    - Tertia Deo virginitatem dedicauit.
  - Guilielmus Marcanus Canonicus, ac archidiaconus Leodiensis.
- Adolfus Marcanus, obiit sine liberis.
- Euerardus Marcan. Rochefortij dominus, obiit sine liber.
- * Lodouicus Marcan. Neufcastellæ dominus, genuit ex Agnete Rodemarcensi
  - Lodouicus Marcanus Herbemontij dominus, liberis non susceptis, è filia notha Imperatoris Maximiliani primi, obiit.
- Engelbertus Marcanus, obiit sine liberis.
- Philippus Marcanus Canonicus, posteà Rochefortij dominus.
- Lodouica Marcana vxor Comitis Coninesteinij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

- Anno Christi 711. imperãte Iustiniano, Francorum Rege Hildeberto, Duce Brabantiæ Pippino Herstallo vixit Theodoricus Cliuiæ dominus (vt eorum volũt credi Chronicæ) ortus Vrsina Romanorũ familia, qui ex hærede Comitis Teisterbantij (de quo consule Genealogiam Heusdanam) vnicam quoque filiam ac hæredem genuit
  - Beatricem vxorem Helię Gralij, quem ab Imper. Theodosio fabulantur primum esse factũ Cliuiæ Comitem, eique successisse filium
    - Theodorum 1. Cliuię ac Teisterbãtij Comitẽ, qui duxit Idã Co. Hannoniæ filiam, obiit anno 742.
      - Reinoldum Cliuiæ ac Teisterb. Comitẽ, duxit Adeidam Comitis Arduennę, filiam genuit
        - Cononẽ Cliuiæ ac Teisterbanbij Comitem, duxit Aleidam Comitis Aquitaniæ filiam.
          - Ioannes Comes Cliuiæ ac Teisterbantiæ, vixit an. 798. duxit Michaelem filiã Imper. Constant.
            - Robertus Comes Cliuiæ ac Teisterb. duxit anno 808. Garinam filiam Ducis Lotharingiæ.
              - Ioannes 2. fine liberis obiit.
              - Balduinus Com. Cliuiæ ac Teristerbantij, duxit filiam Comitis Geneuæ ac Prouincię Lugdunensis.
              - Lutbardis Comes Cliuiæ, duxit anno 837. Bertham filiam Imper. Arnulfi.
              - Berengarius Antistes Tullensis apud Lotharingos.
            - Balduinus 2. Co. Cliuiæ, duxit anno 923. Mahteldim filiã Ducis Saxoniæ, è qua sunt nati
              - Arnoldus Com. Cliuiæ duxit Aleidam filiam Vuicmanni Comitis Zutphaniæ.
              - Mahteldis vxor Colonij.
            - Vuicmannus Comes Cliuiæ, duxit Cunigundim filiam Lantgrauij Thuringiæ
              - Adela vxor Godefridi tertij Curatoris Geldriæ.
            - Conradus Comes Cliuiæ, duxit Catharinã filiam Comitis Seinæ
              - Theodorus 2. Cliuiæ Comes, duxit Agnetẽ filiam Comitis Schuvuẽbergij
                - Theodoricus 3. Com. Cliuiæ, duxit Catharinam Com. Heinebergæ filiã, sed obiit sine liberis.
                - Arnoldus 2. Comes Cliuiæ, duxit Margaretam filiam Ducis Sueuiæ.
                - Theodoricus 4. Com. Cliuiæ, duxit Ioannam filiam Godefridi Ducis Brabant.
                - Aleida vxor Com. Marcani.
                - Margareta nupsit Com. Arentsbergio.
                - Arnoldus 3. Comes Cliuiæ, duxit Aleidam filiam Florentij 3. Com. Hollandiæ ann. 1203. *
                - Aleida vxor Theodorici 7. Comitis Holland.

* Arnoldus 4. Co. Cliuiæ, duxit Catharinã filiam Hẽdrici Ducis Lunburgi ac Comitis Montensis.
- Theodoricus 5. Com. Cliuiæ, duxit Mahteldim hæredem domini Dinslakij circa annum 1237.
- Theodoricus 6. Com. Cliuiæ, duxit filiam Adolfi Comitis Montensis, è qua est natus
- Theodoricus 7. Comes Cliuię, duxit Ermgardim filiã Ottonis Geldrię Comitis, idque anno 1271.
- Theodoricus 8. Comes Cliuiæ, duxit filiam Com. Lutzenburgij
  Elizabeth vxor Gerardi Com. Iuliacensis.
- A. Theodoricus 9. Comes Cliuię, duxit filiam Alberti Ducis Austriæ, è qua sunt nati liberi quatuor

Otto Com. Cliuiæ, mortuus sine liberis
- Adela Engelberti March. Com. filia, duxit Margaretam filiam Com. Vuarneburgij sororem Hendrici Antistitis Colonien sis, peperitq; hæredẽ vnicam
  - Ermgardim, nonnulli malè Ioannam vocant, vxorem Ioannis vndecimi Arculei Reguli, cui libe-
    - Ioãnes sine liber. obiit.
    - Otto Arculei dñs. Lege declarationem Arculeam sub litera B.
  - Theodoricus 10. Com. Cliuiæ, duxit Mariam (alij Margaretam appellant) filiam Reinoldi primi Geldriæ Ducis, peperitque filiam quoque ac hæredem tantùm vnicam
    - Margaretam (nonnulli Mariã nominãt) vxorem Adolfi 9. Com. Marcani, cui illa peperit—
      - Engelbertum Marchæ Comitem.
      - Adolfum Marcanum electum Colonię Episc. ac Monasterij, quibus relictis factus est Co. Marchæ, ac Cliuię Ordinum consensu, ac Imp. Caroli quarti dono. Duxit Margaretam filiam Gerardi Co. Iuliaci ac Montium. vide declarationem Arculeam sub litera B.
      - Ioãnes Dynslakij dñs, obiit sine lib.

Ioannes primò Canonicus in primmo Colonien sium Collegio. Sed mortuis sine masculis liberis fratribus Co. Cliuiæ, duxit Margaretam filiam Reinoldi 2. Geldriæ Ducis, sed vterque sine liberis obiit.

Elizabeth vxor Reguli Parvensis, qui liberos peperit. Sed perlege ad huius rei intelligentiam pleniorem declarationem Genealogiæ Arculeæ in litera B.

- Adolfus 2. Com. Cliuiæ ac Marchæ factus est anno 1417. in Concilio Constantiensi ab Imp. Sigismundo primus Cliuiæ Dux. Duxit Agnetem filiam Roberti Bauari quę non peperit: deinde Mariam filiam Ioannis Intrepidi Burgũd. Ducis, quæ liberos decem peperit *
- Gerardus Marchæ Comes sine liberis obiit.
- Theodoricus Dinslakij dominus, sine lib. obiit.
- Margareta altera vxor Alberti Bauari Holland. Com. non peperit.
- Altera filia vxor fuit Imp. Vuẽceslai, nõ peperit.
- Beatrix nupsit Comiti Meursio.
- Catharina Regulo Morenberchio,
- Fuere adhuc filij quatuor, ac filiæ quinque, de quibus nil reperi.

* Ioannes primus Cliuiæ Dux, Comes Marchæ, duxit Elizabetham hæredem Ioannis Valesij Comitis Nęuersij, Rethellij, ac Estampij neporis Philippi Audacis Burgund. Ducis, è qua sunt nati
- Ioannes 2. Dux Cliuiæ, Comes Marchæ, duxit Vuichundim, filiam Lantgrauij Hassiæ, è qua sunt procreati
  - Ioannes 3. Dux Cliuiæ, Com. Marchæ, duxit Mariã filiam hæredemq; vnicam Guilielmi Ducis Iuliaci ac Montium.
    - Guilielmus Dux Cliuiæ, Comes Iuliaci, Marchæ, ac Montium, duxit Mariã filiã Ferdinandi Austriæ Ducis ac Bohemiæ Regis.
      - Carolus vxore nõ ducta Romę obiit.
      - Ioannes electus Antistes Monasterien sis.
      - Anna vxor Ducis Bipontini.
      - Maria Leonora vxor Alberti Brandeburgij, Ducis Prussiæ.
      - ..... adhuc innupta.
    - Anna vxor Hendrici octaui Anglorum Regis.
    - Sibylla nupsit Ioanni Frederico Duci Saxoniæ Imperij Electori.
  - Anna vxor Philippi Comitis Vualdechi.
  - Engelbertus puer obiit.
- Engelbertus Comes Neuersij, Auxerræ, Rethellij, ac Estampij factus à Franc. Rege Lodouico 12. Dux Neuersij. Duxit Carolam filiam Ioannis Comitis Vendomæ, peperit
  - Carolum Neuersij Ducem, qui è Maria filia Ioãnis Albrethi Comitis Lavallæ apud Britones, fuscepit
    - Franciscum Ducem Neuersij, duxit Margaretã Borboniam, genuitque
      - Franciscum Eusij Comitem, qui anno 1563. pugna Dreusana sine liberis obiit.
      - Iacobum Ilæ Marchionem Neuersij Ducem; obiit sine liberis.
      - Hendrica Dux Neuersij vxor Lodouici Gonzagæ.
      - Catharina Comes Eusij primò nupsit Antonio Crouiaco Principi Portiano, eoque mortuo Hendrico Lotharingo, Guisæ Duci.
      - Maria Marchio Ilæ, Comes Baufortij, vxor Hendrici Borbonij Principis Condeani.
- Theodoricus, alij Philippum appellant, Archiepiscopus Rhemensium.
- Adolfus, nonnulli Gerardum nominant, Canonicus Leodij in Collegio D. Lamberti.
- Maria desponsata Duci Sabaudiæ, obiit antequam nuberet.

Adolfus Rauastaini Regulus, duxit primùm Annam Burgundicam filiam northam Philippi Boni Burgund. Ducis, eaque sine liberis mortua Beatricem filiam Ioannis filij secundo natu Regis Lusitaniæ, qui Dux erat Coimbriæ
- Philippus Rauastaini Regulus, duxit Fraciscam filiam Lodouici Lutzenburgij Co. Fani D. Pauli Parisiis capite plexi, obiitque sine liberis.

Margareta nupsit Com. Vuirtenbergio.
Catharina Arnoldo Egmondano Duci Geldriæ.
Elizabeth Comiti Svuartzenburgio.
Agnes Regi Nauarræ.
Helena Duci Brunsuicensi.
Maria Carolo Duci Aurelianorum.
Engelbertus, cum alia sorore infantes obiere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMITVM DVCVMQVE GELDRIÆ AC ZVTPHANIÆ GENEALOGIA.

C.

Reinoldus 2. Dux Geldriæ (Com. Zutph. primò duxit Sophiam filiam Florentij Barroldi) — Peperit Sophia Reinoldus 3. Dux Geldriæ, Com. Zutphan. liberis non genitis è Maria Brabantica, obiit 1361.

Otto 3. Comes Gel. ac Zutph. duxit Philippæ Fani D. Pauli Co. filiam. Cui peperit filium Geldriæ Ducem. Duxit hic matrem Ruremundam, Arnhemum, Hardevicum, Bommelium, Gochtum, Vageningam.

Reinoldus factus est ab Imper. Lodouico Bauaro an. 1339 primus Geldr. Dux. Duxit Ermgardim Ducis Limburgi filiam: deinde Margaretā filiam Guidonis Comitis Flandriæ, quæ peperit

Hendricus Geldrius Antistes Leodiensis.

Ermgardis Geldriæ vxor Theodorici 7. Com. Cliuiæ.

Gerardus Com. Geldriæ, duxit Hadewidem filiam Florentij Com. Holl. obiit 1131.

Gerlacus nullis è filia Ducis Saxo relictis, fratri Gerardo Zutphaniā reliquit.

Hendricus Comes Geldriæ ac Zutphan. duxit Seiaram filiam Gotfridi 3. Brabantiæ Ducis, obiit anno 1162.

Otto Com. Gel. ac Zutphan. genuit 7. Com. Holland. sed è Richarde filia Comit. Iuliaci,

Otto electus Vltraiect. Antistes, obiit anno ætatis 23.

Gerardus Co. Geld. ac Zutph. obiit sine liberis.

Otto Com. Gel. ac Zutphan. duxit Richardim filiam Com. Nassauij

Hendricus duxit Aleidam filiam natu maximā Theodorici 7. Com. Holland. sed verque breui sine liberis moriens, Rynsburgi sunt conditi.

Adelheida nupsit Guilielmo primo Comiti Holland.

Gerardus 3. Co. Geldriæ ac Zutphaniæ, duxit Richardim filiam Com. Vuassenburgi, ex qua Margareta prima nupsit Co. Iuliacensi deinde Co. Cliuiæ fratri Theodorici decimi. Tertiò Ioanni Blosij Co. nullique peperit.

Maria vxor Guilielmi primi Iuliacensium Ducis, cui peperit filios duos ac filiam, vt sequens docet Asterisc. *

D.

Eduardus Dux Geldriæ, Co. Zutph. depōsata Catharina filia Alberti Bauari Co. Holl. ea nō ducta sine liber. obiit.

Margareta primò nupsit Godefrido Co. Louco: deinde Ioāni Co. Cliuiæ fratri Theodorici decimi. Tertiò Ioanni Blosij Co. nullique peperit.

Maria vxor Guilielmi primi Iuliacensium Ducis, cui peperit filios duos ac filiam, vt sequens docet Asterisc. *

B.

Otto Nassauius, primò duxit Adelheidam filiam hæredemq; Vuichardi postremi Geldriæ Curatoris, quæ ei peperit filium Gerardum: deinde Sophiam filiam Vuichmanni Comitis Zutphaniæ, quæ filium peperit Gerlacum.

Adolfus Dux Geldriæ nominetenus, Comes Zutphaniæ, duxit Catharinam Bortholam. Interfectus est prope Tornacum ieiunio in pugna anno 1477. cum ei essent è Catharina nati—

Eduardus puer obiit.

Catharina innupta obiit.

Maria nupsit Regi Scotorum.

Margareta vxor fuit Ducis Bauariæ.

Carolus Egmondanus Dux Geldriæ ac Iuliaci, Comes Zutphaniæ, cultis susceptis liberis ex Elizabetha Lunæburgia. successit Imper. Carolus quintus Belgarum Princeps, excepta ditione Iuliacensi, quæ cessit Guilielmo Marcano Cliuiæ Duci, cuius mater filia postremi Iuliacensium Ducis fuit. Reliquit Carolus Egmondanus liberos nothos complures, quorum pars maior matrimonio functiunctī, ac liberos pepercre.

Philippa Geldria nupsit Reinero Duci Lotharingiæ. Plurique hanc Annam appellant, nonnulli Catharinam, sed vtrique malè.

*

Guilielmus Dux Geldriæ, Comes Zutph. duxit Catharinam Hollandam viduam auunculi Eduardi, sed ipse sine liberis obiit.

Reinoldus 4. Dux Geldriæ, Com. Zutph. ducta filia Atrebatensi, sine liberis etiam obiit.

Maria Dux Geldriæ, Com. Zutph. nupsit Ioanni decimotertio Arcuriensium in Regulo, cui peperit

Guilielmus Arculeum Gorinchemi interfecto anno 1417. nullis relictis liberis.

Mariam vxorem Ioannis vigesimi Egmōd. Reguli,

Guilielmus Egmondanus, Heilleini, Lerdami, ac Burræ dominus, cuius Genealogiam lector inspicere potest suo loco.

Arnoldus Egmondanus Geldriæ Dux, Comes Zutphaniæ, duxit Catharinam filiam Adolfi Marcani Cliuiæ Ducis. Obiit mense Februario anno 1473.

Eduardus Dux Geldriæ, Co. Zutph. ac Iuliaci, Comes Marcani Cliuiæ Ducis. Obiit anno 1538. 24. Octobris.

E.

CLIVIÆ AC GELDRIÆ.

A. LIQVIDÈ apparet ex huius Theodorici liberis Cliuiam beneficium Imperij fuisse, quod ad filias non transit. Scio amice lector quàm non paucis locis scriptores non solùm de Comitum Cliuiæ nominibus, sed & temporum ratione inter se discrepent: æqui bonique consules quod nobis missum à domino Arnoldo Vuahtendonckio Leodij in Collegio D. Martini Canonico, tibi hic offerimus. Non tamen est quòd dubites de Genealogiæ Marcanæ veritate. Marca Comitatus est factus anno 1122. quemadmodum & Berga ab Imp. Hendrico quinto. Sed anno 1339. Imp. Lodouicus Bauarus Geldriam ac Bergam Ducatus titulo cohonestauit.

B. Primi Geldriæ Reguli Curatoris titulo contenti paruos possidebāt limites, si conferas cum Geldriæ nostri temporis finibus, donec hic Otto Nassauius, vt nonnulli volunt, regioni Comitis titulum communicasset. Sed Franciscus Irenicus, qui Latinè de superiori ac inferiori Germania scripsit, dicit Imp. Hendricum Aucupem anno 935. Geldriæ Comitatum instituisse, nominatóque primum Comitem Begrinum, alterum Mendosum. Exinde pulsos à Danis ac Normannis Geldriæ Comites, successores eorum Curatorum resumpsisse titulum, donec Otto Nassauius ducta Adelheida Comitis titulum repetiisset, non attulisset, quem exinde seruauere donec ad Ducatum euherentur. Hollandiæ Chronica volunt Imperatorem Hendricum tertium Geldriæ Comitatum instituisse anno 1079. statuentes hunc Ottonem Nassauium primum Geldriæ ac Nassauij Comitem. Lectori quod lubet sequi liberum relinquo.

C. Reinoldus hic (vt scribunt Geldrij) post morté Hermanni Ducis Limburgij sine liberis mortui verus erat Limburgi hæres. Negabat autem Brabantiæ Dux, ortoque ea de causa inter eos bello, Reinoldus pugna superatus capitur, nec dimittitur antequam Duci Brabantiæ cessisset ius omne quod in Limburgensi ac Vuassenburgensi ditione allegare poterat. Tandem infelix Princeps à proprio filio captus in carcere anno 1325. obiit.

D. Hic Eduardus conatus fratrem Reinoldum pellere, ciuilis belli auctor Geldriis fuit. Pro Eduardo stabant Bronchorstij. cum Reinoldo Hecherij, sæpiusque coniurata nobilitas inter se conflixit eo euentu, vt tandem Reinoldus captus ac per decennium detentus non dimitteretur nisi mortuo Eduardo, quem cùm breui esset secutus, coniuratæ factiones iterum arma sumunt, Hecherus pro Margareta, Bronchorstiis pro Maria eorum sororibus faciētibus. Sed cùm tandem Margareta sine liberis etiam diem clausisset, ac Maria necessariò successisset, arma posuere. Nupserat Maria Guilielmo primo Iuliacensium Duci fratri Arnoldi sine liberis mortui. Erexerat Imp. Lodouicus Bauarus ditionem Iuliacensem anno 1329. in Marchionatum, sed Imp. Vuenceslaus Lutzenburgius anno 1388. Ducatum fecit. Hic Guilielmus Dux Iuliaci, ac causa vxoris Mariæ etiam Dux Geldriæ is fuit, qui cum Philippo Audace Burgundiæ Duce, ac Ioanna Brabantiæ Duce bellum gessit pro oppido Graua ac castellis Milla, Guhta ac Gangellum, vt narrauimus in vita dicti Philippi Audacis anno 1387. 1388.

E. Infelix hic Dux Arnoldus captus à filio Adolfo, per sexennium non satis honesta in custodia fuit detentus. Tandem liberatus admonitione Papæ, Imp. ac maximè opera Caroli Pugnacis Burgund. Ducis ac Belgarum Principis, ea de causa illi Geldriam ac Zutphaniam vendidit, testamentoq; hæredē quoque instituit, possedítq; Carolus dictas regiones quoad vixit, vt in eius vita descripsimus. Post mortem verò Caroli Maria eius filia Adolfo paternas ditiones restituit, successitque illi filius Carolus Geldriæ Dux, &c. qui primò cum Belgarum Principibus è familia Austriaca bellum pro Geldriæ Ducatu gessit: sed tandem cum Imp. Carolo quinto hac conditione pacem fecit, vt si nullis relictis legitimis liberis diem supremum obiisset, Geldriæ ac Zutphaniæ hæreditatem nullus

COMITVM HOLLANDIÆ, ZELANDIÆ AC FRISIÆ GENEALOGIA.

A.

- Theodoricus primus Hollandiæ, Zelandiæ ac Frisiæ Comes, institutus à Rege Frācorum ac Imp. Romanorū Carolo Caluo, Caroli magni nepote, anno Christi 861. reliquit filium
  - Theodoricum 2. Holland. Zeland. Frisię Comitem, obiit anno 988. octauo Septembris die, cùm ei essent ex vxore nati
    - Arnulfus Co. Holl. Zel. Frisiæ, obiit ann. 993.
    - Egbertus Archiep. Treuerēsis.
    - Aleida Hollandica.
  - Theodoricus 3. Co. Holl. Zel. Frisiæ, obiit 1039.
    - Sifridus præfectus Kenemerlandiæ, à quo Brederodij ac Teilingij se ortos ferunt.
  - Theodoricus 4. Co. Holl. Zel. Frisiæ, obiit 1048. sine liber.

B.

Florētius Co. Holl. Zelandię, Frisiæ, è quo sunt nati

- Theodoricus 5. Co. Holl. Zel. Frisiæ, obiit an. 1092.
  - Albertus
  - Florentius.
  - Petrus Hollandicus.
- Florētius 2. Com. Holl. Zel. Frisię. Obiit anno 1123.
  - Mahteldis Hollandica.
- Theodoricus 6. Co. Holl. Zel. Frisiæ, obiit 1163.
  - Florentius.
  - Simon.
  - Hadewuidis.
- Florentius 3. Co. Hol. Zel. ac Frisiæ, obiit anno 1190.
  - Otto.
  - Balduinus.
  - Theodoricus
  - Pelgrinus.
  - Sophia.
  - Hadewuidis.
  - Petra.

C.

- Theodoricus 7. Com. Hol. Zel. Fris. obiit 1203.
  - Aleida obiit sine liberis.
  - Ada obiit sine liberis.
- Guilielmus 1. Com. Hol. Zel. Fris. obiit 1223.
  - Florentius 4. Co. Holl. Zel. Frisiæ, obiit anno 1251.
    - Theodoricus.
    - Otto.
    - Richardus.
    - Guilielmus.
    - Filia alia.
  - Florentius.
  - Robertus.
  - Beatrix.
  - Elizabeth.
  - Aleida.
  - Margareta.
- Guilielmus 2. Holland. Zeland. Frisiæ Comes, ac Ro. Imp. obiit anno 1253.
  - Florentius.
  - Aleida.
  - Margareta.
- Florētius 5. Comes Hol. Zel. Frisię, interfectus est à Gerardo Velsio ac Herman no Vuoradano, anno 1256. cùm esset ex eo natus

D.

Ioannes 1. Com. Holl. Zel. Frisiæ, obiit sine liber. an. 1300 successitq; ei Ioannes 2. Hannoniæ Com. natus ex Aleida filia Florētij 4 Holl. Com. sorore Guilielmi 2. Hol. Co. ac Rom. Imp.

- Ioānes 2. Co. Hānoniæ, Holl. Zel. Fris. natus ex Ioāne Auennēsi Comite Hannoniæ (filio notho Margaretæ Comitis Flandriæ ac Boschatti Auennēsis Præpositi ac Canonici in Collegio D. Petri Insulis eius tutoris) ac Aleida filia Florentij 4. Co. Holl. sorore Guilielmi 2. Com. Holl. ac Roman. Imperat. Obiit hic Ioannes anno 1305. cùm ei essent nati
  - Guilielmus 3. Co. Holl. Zel. Frisiæ, ac Hannoniæ, obiit anno 1336.
    - Ioannes.
    - Ioannes.
    - Hendricus.
    - Margareta.
    - Aleida.
    - Maria.
    - Mahteldis.
  - Guilielmus 4. Co. Holl. Zel. Frisiæ, ac Hannoniæ, obiit sine liberis anno 1344.

E.

Margareta Com. Holl. Zel. Frisiæ ac Hannoniæ, peperit Imperatori Lodouico Bauaro

- Ioanna.
- Philippa.

- Guilielmus 5. Co. Holl. Zel. Frisiæ, ac Hannoniæ, obiit mētis inops sine liberis, anno 1377.
  - Albertus Bauarus Com. Holl. Zel. Frisiæ, Hannoniæ, obiit 1404.
    - Lodouicus Bauarus.
- Guilielmus 6. Co. Holl. Zel. Fris. ac Hanno. Obiit 1417. relicta filia ac hærede vnica.
  - Albertus puer obiit.

F.

Ioānes electus Leodiēsium Antistes, Co. Hol. Zel. Frisiæ. Hanno. obiit sine lib. 1424.

Margareta vxor Ioannis Intrepidi Burgundiæ Ducis, cui peperit ——

Catharina sine liberis obiit.

Anna sine liberis obiit.

Ioanna Bauara.

Nothi.

Adrianus Bauarus Papendrethi interfectus.

Guilielmus Bauarus primus Schagę dominus, vnde horum origo.

- Iacoba Bauara Co. Holl. Zel. Frisiæ ac Hanno. obiit sterilis anno 1436. succedente amitæ eius Margaretę filio Philippo Bono Burg. Duce, quāquā ipla quater nupsisset.
- Philippū Bonum Burg. Ducem, Imperij Belgici conditorem. In pace eius genus in Genealogia Regum Frāciæ stirpis Capeticæ, vbi sex eius sorores reperies; genuit
  - Carolum Pugnacē Burgundionum ac Belgarū Principē, qui ex Isabella Borbonica vnicam tantùm reliquit filiā ac hæredem
    - Mariam Burgūd. vxorem Maximiliani primi Rom. Imp. ac Austriæ Ducis, causa harum nuptiarum Principē Belgarū, cui peperit
      - Philippū Principē Belgarū, suscepit è Ioanna Hisp. Regina ——
        - Margaretā primò vxorem Ioannis Hisp. Regis, deinde Philiberti Sabaudiæ Ducis.
      - Carolus 5. Imp. Hisp. Rex, Belgarum Princeps, suscepit ex Isabella Lusitana. Obiit 1558
        - Ferdinandus Rex Bohemiæ Dux Austriæ.
        - Maria.
        - Leonora.
        - Elizabeth.
        - Catharina.
      - Ferdinandus infans obiit.

        Philippus Monarcha Hisp. Princeps Belgarum, duxit vxores quatuor, è quibus tres peperere, eas in Genealogia Brabantica reperies.

        Ioanna.

        Maria.

        Nothi.

        Margareta.

        Ioannes Austriacus nōdum ducta vxore obiit 1578.

N 1

COM I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A. HOLLANDIA Batauiæ nomen amisit, cùm Dani ac Nortmanni Gallias vastantes ibi pro parte aliquandiu sedes fixissent. Videntes enim regionem esse palustrem, Hollant, quod cauam sonat terrá, appellauere, obtinuitq; in hunc vsq; diem obliterato Batauiæ nomine ea hic vox, vnica apud Geldros peninsula Batauiæ relicto nomine, quâ illi Betuuæ vocât. Interea Danis ac Nortmânis nondum à sæuitia cessantibus, Caroli magni successores variis distracti bellis nõ omnibus in locis iis resistere poterât. Quare viris bello expertis ditiones varias, seruato Patronali iure, dono dederũt, vt suis quisq; finibus Imperium ac Frãciæ regnum defenderet. Hac ratione anno 850. Flandria Foresteriũ accepit, ac anno 862. Hollandia Comitê à Carolo Caluo, nimirum Theodoricũ primum, qui ab Hollandis pulsus à dicto Carolo restituitur. Ædificauit Egmondę monasterium ex ligno, virgineq; puellas in eo statuit: duxit Genam filiam Pippini Regis Italiæ. Theodoricus 2. domitis Frisiis coëgit eos monasteriũ Egmondanũ, quod exusserant, ex lapide restituere, in quo demceps viros collocauit: suscepit ex Hildegarde Lodouici Franc. Regis filia Arnulfum, qui Lutgardim duxit filiâ Theophanis Imp. Constãt. impertauitq; ab Ottone 3. Imp. vt Hollandia Franciæ clientela liberata, exinde Imperij beneficiũ esset. perit Vuinkelij interfectus à Frisiis Occidẽtalibus: filiusq; eius Theodoricus tertius natu maximus, duxit Vuitelhildim filiam Imp. Ottonis secundi, primusque contra Vltraiectenses bellum gessit, obiit 1039. filiusque eius Theodoricus 4. Dordraci sagitta ictus, obiit sine liberis, cùm nouem annos Hollandiam rexisset. Hi Comites Egmondæ sunt sepulti omnes.

B. Florentius mortuo fratre fit ex Comite Oriẽta]. Frisiæ Co. Holl. duxit Gertrudim Hermanni Saxo. Ducis filiâ, interfectusq; Hemerti. Gertrudis nupsit Roberto Frisio Co. Flandriq, eui liberos sex peperit. Cùm Hol. ac Fland. aliquandiu in pace rexissent, Godefridus Gibbosus Lotharingiæ Dux concitatione Episcopi Vltraiect. 21. cos cum quatuor liberis dicti Florentij Co. Holl. Hollandia exegit, ac in Flandriâ fugere coëgit: Gibbosus verò condito oppido Delfensi anno 1071. cum quinquennio Hollandiam obtinuisset, Antvuerpiæ aluum exonerans, à Theodorici quinti Com. Holl. famulo venabulo per latrinam adeò in ano vulneratur, vt Traiecti ad Mosam 1075. obiret, nullis relictis liberis. Theodoricus 5. in Holl. restitutus, duxit Vuitelhildim filiam Frederici Ducis Saxoniæ: tres eius fratres canonici fuere Leodij in Collegio D. Lamberti. Florentius 2. dictus Pinguis, duxit Petram Theodorici Saxoniæ Ducis filiam, quæ Abbatiam Rynsburgi condidit, soror eius nupsit Duci Aurelianorum. Theodoricus sextus, duxit Sophiam Com. Palatini ad Rhenum filiam, soror eius nupsit Gerardo Geldriæ Comiti. Florentius tertius, duxit Adam Schotorum Regis filiam, profecturus cum Imp. Friderico Barbarussa in Syriam ibi obiit, frater eius Otto Comes fuit Benthemij: Balduinus Antistes Vltraiectinus: Theodoricus Domprostius ac postea etiam Episcopus Vltraiectinus: Pelgrinus gubernator Hollandiæ: Sophia Abbas Fontanellæ: Haduidis ac Petra sacræ virgines.

C. Theodoricus septimus, duxit Aleidam Theodorici Cliuiæ Comitis filiã, genuitq; filias duas: Aleida natu maxima nupsit Hendrico Geldrio, obiitq; sterilis ante patrem, sepulta Rynsburgi. Ada mortuo patre, nupsit inuitis ac insciis Hollandorũ ordinibus, opera matris, Comiti Lonæo, qui tandẽ Hollãdia fuit exactus ab vxoris suæ patruo Guilielmo primo, moriente paulò pòst quoq; sine liberis Ada. Duxit Guilielmus primus Aleidam filiã Ottonis Geldriæ Co. Frater Florẽtius Domprostius fuit Vltraiecti: Robertus Præfectus Kenemerlandiæ: Margareta nupsit Co. Cliuiæ. Florẽtius 4. duxit Mahteldim filiam Hendrici Brabantiæ Ducis, occisus est ludicro equitum decursu à Clermõtij Duce, vxor eius Abbatiam Lugdunẽsem prope Hagam Comitis fundauit: frater Otto Antistes fuit Vltraiectensis. Theodoricus Præfectus Hollandiæ: soror Abbas Rynsburgi. Richardus Delfis Abbatiam Konyuxveldiam ædificauit. Guilielmus 2. duxit Elizabetham Bruinsvuikanam, annoq; ætatis vigesimo Ro. eligitur Imp. Transtulit Hollandiæ Concilium Sgravazanda, Hagam Comitis, regiumq; ibi Palatium ædificare cœpit, perittq; in Frisia, sepultus est Middelburgi apud Zelandos: frater eius Florẽtius gubernator fuit Holland. Aleida nupsit Ioãni Comiti Hannoniæ, cuius filius Ioánes Comes quoq; factus est Holl. Zel. ac Frisiæ: Margareta vxor fuit Co. Hennebergij. Florentius 5. puer erat sex mẽsium, cùm

cùm pater à Frisiis interficeretur, rexeruntque eius nomine Hollandiam mater ac patruus, donec adolesceret: tum ducta Beatrice filia Guidonis Com. Flandriæ, genuit filios septem, ac quatuor filias, è quibus ad pubertatem tantùm peruenit Ioannes, qui palatium Hagense auxit, ac à Cliuiæ Duce suprema potestatem ditionis Heusdanæ ac Altenaensis anno 1296. obtinuit, interfectusque est à Gerardo Velsio, ob vim vxori illatam, adiuuante Hermanno Vuordano, Gisberto Amstelio, ac plerisque aliis viris nobilibus, sepultusq; est Rynsburgi, Hollãdis paulò acerbiùs, quàm res exigebat, morte eius vindicãtibus.

D. Ioannes primus duxit Elizabetham Eduardi primi Angl. Reg. filiam, obiitque anno 1300. sine liberis, sepultus Rynsburgi, successitq; ei Ioannes Hannoniæ Comes filius Aleidæ sororis Guilielmi 2. Holland. Com. suscepitq; ex Philippa Comitis Hendrici Lutzenburgij filia Guilielmum 3. qui duxit Ioannam filiam Caroli Valesiorũ Comitis. Frater eius Ioannes dictus immitis, periit sine liberis pugna Cortracensi anno 1302. pugnans pro Frãcis. Alter frater Ioánes Dominus fuit Baumontij, Tolæ, Gaudę ac Schonhauij, cuius vnicam filiam ac hæredem duxit Lodouicus Blosij Comes, peperitque ei filios tres, vt in Genealogia Blosia apparet. Frater tertius Hendricus Canonicus fuit Cameraci. Margareta nupsit Roberto Artesio. Aleida Clermontij Comiti. Maria Comiti Borboniæ. Mahteldis Niellæ Regulo. Guilielmus quartus, duxit Ioannam filiam natu maximam Ioannis tertij Brabantiæ Ducis, periitque prope Staueram, à Frisiis occisus, relicto tantùm filio notho Daniele Pulano. Soror eius Ioanna nupsit Comiti Iuliacensi. Philippa Eduardo tertio Anglorum Regi, cuius stemma inspicere lector potes.

E. Margareta nupsit Lodouico Bauaro Comiti Palatino ad Rhenum Imp. peperitq; Guilielmum 5. qui duxit Mahteldim Lancastræ Ducis filiam, quæ non peperit, quòd paulò pòst mente captus per 19. annos in Palatio Hagensi custodiretur: moriens anno 1377. sepultus est Valencenis in Hannonia, eiusque tempore factiones Houckorum ac Cabbeliauorum sunt ortæ, quòd initio regni ei cum matre non conueniret, quare scissi in duas partes Hollandi, qui cum matre faciebant, Houckij vocabãtur, qui cum Guilielmo, Cabbeliaui. Successit illi frater Albertus, qui duxit Margaretam filiam Ducis Brigæ apud Polonos, quæ liberos septem peperit: deinde filiam Comitis Cliuiæ, quæ non peperit, sed ædificauit monasterium Iacobitarum in Haga Comitis, vbi sepulta quieuit. Albertus sepultus est cum priore vxore in Sacello Palatij Hagani. Guilielmus 6. primò duxit Mariam filiam Caroli 7. Franc. Regis, quæ non peperit: deinde Margaretam filiam Philippi Audacis Burgund. Ducis, quæ vnicam hæredem filiam Iacobam peperit, quæ quater nupsit, ac è nullo susceptis liberis, obiit anno 1436. primus eius maritus fuit Ioannes Delphinus filius Caroli 7. Franc. Regis. Alter Ioannes 4. Brabantiæ Dux. Tertius Hunfredus Gloceſtriæ apud Anglos Dux. Quartus eius beneficiarius Cliens Franciscus Borsellius. sepulta est in Haga Comitis iuxta auum Albertum.

F. Ioannes electus Leodiensium Antistes, eiurata dignitate, fit Comes Holland. &c. Duxit Elizabetham Lutzenburgicam viduam Antonij Burgundi Brabantiæ Ducis, obiitque sine liberis ante cognatam Iacobam, quam Hollandia exegerat, testamento hęredem in solidum scribens Philippum Bonum Burgund. Ducem ex sorore Margareta natum. Soror Ioannis Catharina nupsit Eduardo: deinde Guilielmo Geldriæ Ducibus, sed obiit sterilis. Anna nupta Vuenceslao Lutzenburgio Bohemiæ Regi, ac Imper. non peperit. Ioanna vxor Alberti Ducis Austriæ peperit filium Albertum Imperatorem.

Vides hîc lector qua ratione Holland. Zeland. Fris. Hannoniæ Comitatus per filias descenderint à prima stirpe in familiam Hannonicam, deinde in Bauaricam, ex ea in Burgundicam, ac postremò in Austriacam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

(vulgò Bergen opt Zoom) imperantium, ac Baronum Grimbergensium.

Gerardus Vuezemalus conditor oppidi Bergarũ ad Schaldim (vulgò **Bergen opt Zoom** dicunt) primus eius dominus, reliquit ex vxore filios duos

Arnoldus Vuezemalus Bergarum ad Schaldim dominus, genuit ex filia domini Bouterzemij filias duas

Mahteldis Vuezemala, primò nupsit Alberto Vorneo: deinde Reinero à Clebes, peperitque Alberto filiã vnicam

Altera filia nupsit Merodij domino.

Ioanna Vornea Bergarum ad Schaldim domina, nupsit Ioanni Valkẽburgio, qui oppidum Bergarum vẽdidit Hendrico Bouterzemio infrascripto.

Godefridus Vuezemalus Merxemi dominus, duxit filiã domini Raſſegemij, quæ ei peperit

Gerardum Vuezemalũ Merxemi dominum, qui Margaretam Borſeliam duxit, genuerunteque

Elizabetham Vuezemalam, quę nupsit Gerardo Strienſi Zevenbergæ domino.

Maria Vuezemala nupsit Hendrico Bouterzemio, qui Bergas ad Schaldim emit à Ioanna Vornea, ac eius marito Ioanne Valkenburgio ſuprascripto, genueruntq;

Hẽdricus Bouterzemius Bergarum ad Schaldim dominus, duxit Beatricem Poslanam, vnde ſunt nati ——

Gerardus Bouterzemius, dominus Borchvlieti ac Hogerheidæ, duxit Ioannam Laudais

Margareta Bouterzemia, vxor Arnoldi Gaverani Lidekerkæ domini, ſecundis nuptiis. Primò enim duxerat Gerardum Voſſelarum

Filia vnica domina Borchvlietij ac Hogerheidæ, vxor Ioannis Vanderdilſtij.

Hẽdricus Bouterzemius Bergarum ad Schaldim dominus, duxit vxorem è familia Brugenſi, aliàs Gruithuizen, quę ei in dotẽ attulit Baroniã Grimbergẽſem, genuerunteque

Oda Bouterzemia vxor Floreatij Borſelij Sintmaertenſdikij domini.

Hendricus Bouterzemius obiit ſine liberis.

A.

Ioanna Bouterzemia vxor Ioannis à Glimes (qui è Ioanne filio notho Ioannis tertij Brabantiæ Ducis ac Elizabetha de Gottingnies natus fuit) quem his nuptiis Bergarum ad Schaldim, Vualhemiæ Grimbergæ dominum fecit, peperitque

Ioannes Bergarum ad Schaldim dominus, dictus Labeo, duxit Margaretam Senſimoniam, è qua ſunt nati

Antonius à Glimes Vualhemij dominus, deceſſit, nullis ex vxore Zevẽbergica relictis liberis.

Philippus Baro Grimbergæ, duxit Ioannã Hamalam filiam Arnoldi Delderæ domini ac hęredis Baronis Traſignij

Philippus Grimbergæ Baro Macedõ caelebs fuit.

Iacobus Bax Grimbergæ, duxit Elizabetham à Schlines, aliàs Bouterzẽ, vnde natam

Anna Grimberga vxor Philippi Spęgij apud Hollandos.

Filia nupta Adriano Cruningio.

Iodoca Grimbergia vxor Petri Lanoij Fregiæ Dominj, apud Ruræi Vlandros.

Ioannes Bergarum ad Schaldim dominus, duxit Adrianam Brimeuam filiam Guidonis Megij Comitis, genueruntq;

Philippus Bergius periit prope Nanceum cœlebs.

Hendricus Bergius Antiſtes Cameraci.

Antonius Bergius Abbas, apud D. Bertinum ad oppidum D. Odomari.

Cornelius Bergius duxit Magdalenam hæredem dominæ Zevenbergij, equitis aurei Velleris.

Michael Bergius obiit ſine liberis in oppugnatione Tornacenſi.

Elizabeth Bergia vxor Comitis Salmæ.

Iacoba Bergia nupta Hendrico Vuittemio Berleij domino.

Filia tertia virgo ſacra Gandaui apud D. Clarum.

Quarta ac vltima infantes obiere.

Adhæc reliqui liberos nothos 36.

Ioãnes Bergius ducta Anna Burg. obiit ſine liberis.

Philippus Bergius obiit cœlebs.

Antonius Bergius creatus ab Imper. Carolo quinto primus Bergarum ad Schaldim Marchio, duxit Iacobam Crouiacam, quæ peperit ——

Anna Bergia vxor Adolfi Burgundi Beueræ ac Veræ domini,

Adriana Bergia nupsit Philippo Naſſauuio Comiti in Vuisbaden.

Maximilianus Bergius Zevenbergij dominus, duxit filiam Vandergrachtij, obiitque ſine liberis.

Cornelius Bergius Antiſtes Leodienſis.

Leonardus Bergius obiit cœlebs in Hiſpania.

Maria Bergia vxor Ioannis Lignij.

Margareta Bergia nupsit Florentio Egmondano Buræ Comiti.

Tertia Abbas fuit Cameræ prope Bruxellam.

Quarta filia fuit Abbas Betaniæ prope vrbem Mechliniensem.

Ioannes Bergius March. Bergarum ad Schaldim Præfectus Hannonię, ducta Maria Lanoia, obiit ſine liberis in Hiſpania.

Robertus Berg. Antiſtes Leodienſ.

Lodouicus Bergius Comes de Vualhain.

Maria Bergia obiit innupta.

Anna Bergia primò nupsit Roberto Arenbergæ Comiti: deinde Hendrico Montfortio domino in Abbenbroue.

Mena Bergia vxor Ioãnis Merodij Baronis Perueſij, vnde eſt nata

Margareta Merodia, quę nupsit Ioãni Vuittemio, Baroni in Bouterzem, qui his nuptiis eſt factus Marchio Bergarum ad Schaldim, quod vulgò appellant **Bergen opt Zoom.**

B.

Georgius Baro Grimbergæ, duxit Philippã Tſerclaes filiam Guilielmi ac Ioannæ Bax viduæ Ioannis à Vuittem domini in Iſſche, cui non pepererat

Rolandus Baro Grimbergæ duxit Gominaram Prant filiã domini Blaeſveldij, ſed obiit nullis procreatis liberis.

Ioanna Grimberga vxor Adriani Rimerſvualij domini in Lodijc.

Petrus Bergius vxore non ducta, obiit anno 1582.

Ioãnes Bergius Canonicus Leodij ad D. Lambertum, obiit 1555

Hieronymus Bergius Abbas Bergis D. Vuinocii in Flandria, obiit anno 1575.

Ferricus Bergius Baro Grimbergæ, duxit Annam Sterc filiam vnicam ac hæredem Gerardi Sterc domini in Buſquoi, Vuinegem, Hootvondere, Bouterzem ac Pulle, quam Annam ſuſcepit è ſecunda vxore Iodoca Dalæa, quæ in dotem ei attulit Stabroue, Caſterle, ac Lichtaert, genuit ex ea liberos ſexdecim

Margareta Bergia primò nupsit Lodouico Stradio domino in Maleue, AA, ac Orbais, coque mortuo Ioanni Pſalmiro Baroni in Bouigniis, ac Brenaigne.

Georgius Bergius Stabrouci dominus, obiit ſine liberis anno 1578.

Gerardus Bergius dominus Stabrouci, Hootvondereæ, Pullæ, ac Bouterzemi, duxit Annam Hamalam, filiam Philippi domini in Monchau, & Margaretæ Culenburgicæ.

Guilielmus Bergius Protonotarius Eccleſiæ Romanæ, Decanus Leodij apud D. Ioannem.

Iacobus Bergius dominus in Sint Amandt.

Petrus Bergius
Ioannes Bergius
Philippus Berg.
} adoleſcentes obiere.

Ferricus Bergius Baro Grimbergæ.

Anna Bergia vxor Gerardi Pulgeſtij domini in Honade, ac Coudekerc.

Maria Bergia innupta obiit.

Altera Maria Cameræ virgo ſacra.

Margareta Bergia ſacra virgo in Herquentro,

Lodouica Bergia innupta obiit.

Maximiliana Bergia ſacra virgo Vorſtij.

Ioanna Bergia.

Elizabetha Bergia.

A.

Ioannes tertius Brabantiæ Dux genuit ex Elizabetha, filia domini de Gottingnies, filium nothum nomine Ioannem, qui ab Imperatore Lodouico natalibus fuit reſtitutus, anno 1344. deditque illi pater in vxorem filiam è familia Eſtreez, cuius mater fuerat è familia D'Argentau, dotauitque eum ditione de Glimes, Opperbais ac Torbiſel, è quibus nulli è ſucceſſoribus cognomina ſumpſere, cùm anteà indifferẽter vſi eſſent cognomine Brabantiæ, aut matris Gottingnies. Huius nothi filius fuit hic Ioannes, qui in littera A. duxit Ioannam Bouterzemiam, filiam ac hæredem Hendrici Bouterzemij è filia Gruthuizæ domini procreatam, quemadmodum clariſſimè didici è copia legitimationis dicti Ioannis nothi.

B.

Reſumsere ſibi cognomen Bergicum, dimiſſo Grimbergen ac Glimes, quibus indifferenter vſi fuerant, eo quòd mortuo Ioanne Bergio Marchione Bergarum ad Schaldim ſecundo, nulla alia extaret maſculina proles, quæ id iure proximitatis poſſet ac deberet facere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DVCVM BRABANTIÆ GENEALOGIA.

A.

Catolus frater natu minor Lotharij Francorum Regis pater, postremi Regis è stirpe Caroli Magni, Dux fuit Lotharingiæ, quæ eo tempore amplissimis continebatur limitibus, comprehendens Lutzenburgios, Brabantos, ac vicinas ditiones: suscepit ex vxore

Ottonẽ qui in pugna quadam sine liberis periit.

Gerberga Dux Lotharingiæ, pulsa à Godefrido Arduenę Com. fratre Goselini, qui auus fuit Godefridi Gibbosi, cui Lotharingiã dedit Imp. Hendricus sanctus, extinctam vidés vitilem Caroli Magni stirpem, qui Godefridus Arduẽnas huic Gerbergę nil relinquit, præter Louanium (vnde Comes fuit dicta) Bruxellã, Niuellam, ac vicina oppidula. Nupsit Lamberto Barbato aut Longicollo fratri Co. Hannoniæ, qui interfectus est Floriuasij à Godefrido Gibboso. ex his est natus

Esmgardis vxor Alberti Comitis Namurcensis.

Hẽdricus Comes Louaniẽsis ac Marchio Rhiensis, cuius est caput Antuerpia, obiit anno 1046. sepultus Niuellę iuxta patrem ac matrẽ, cùm ei esset natus

Lambertus Com. Louaniẽsis, Marchio Rhiensis, qui duxit Vdam filiã Goselini Ducis Lotharingię aui Godefridi Gibbosi, periit prope Tornacum an. 1054.

Mahteldis vxor Eustatij, Comitis Boloniæ.

Hẽdricus 2. Comes Louanienſis, March. Rhiensis, inlecto ingulatus anno 1068 à nobili viro quem captum dimittere nolebat.

Hẽdricus 3. Comes Louanienſis, March. Rhiensis, duxit sororem Ducis Thuringię, quę ei filios duos peperit:

Hẽdricus 4. nullis susceptis liberis, prope Tornacum est interfectus anno 1096. sepultus Niuellæ.

B.

Godefridus Barbatus primus, qui Brabantię Ducis titulũ sumpsit. Duxit filiam Imp. Hendrici 4. obiit anno 1140 sepultus est Affligemij.

Godefridus 2. Dux Brabant. Duxit Lutgardim filiam Ducis Salsenbachi sororem Imper. Contardi. obiit anno 1141. sepultus Louanij

Filius monachus.

Aleida nupta Regi Angliæ.

Ida vxor Comitis Cliuiæ.

Clara virgo sacra.

Godefridus 3. Dux Brabantiæ, primò duxit Margaretam Limburgicam, deinde filiã Comitis Losnij, obiit an. 1183. sepultus Louanij apud D. Petrum iuxta patrem.

Hẽdricus 5. Dux Brab. duxit Mahteldim filiã Matthęi Comitis Boloniæ: deinde filiam Philippi Augusti Franc. regis Mariam, obiit Coloniæ an. 1230

Albertus Episcopus Leodienſis.

Hendricus Cuci dñs.

Aleida vxor Regis Angl.

Guilielmus altera vxore natus primus Parvuesij dominus.

Seinara nupsit Hendrico Geldriæ Comiti.

Hendricus 6. Dux Brab. duxit primò filiã Imp. Philippi, quæ liberos 5. peperit: deinde Sophiã filiam D. Elizabethæ, quæ bis peperit: obiit anno 1247.

Godefridus Co. Louanienſis.

Maria vxor Imperator. Ottonis quarti.

Altera Ottonis Com. Geldriæ.

Tertia Com. Aruernæ.

Mahteldis primò vxor Co. Palatini ad Rhenũ, deinde Florẽtij 4. Com. Holl.

Quinta è Maria nata, nupsit Co. Cliuiæ.

C.

Hendricus 7. Dux Brab. quẽ volunt Chronica Brab. primũ Brabantiæ Ducem dictũ. mihi aliud est persuasum. Duxit Aleidam filiam Ducis Burgundiæ, obiit anno 1260

Mahteldis vxor Roberti primi Artesiæ Comit.

Maria Ducis Bauariæ.

Beatrix primò nupsit Hermanno Lantgr. Turingiæ: deinde Guilielmo Co. Flandriæ.

Sophia peperit Hendricum dictũ, Infantẽ Hassiæ; quòd Hassiæ sit factus Lantgrauius, vnde adhuc stirps hoc an. 1583. durat.

D.

Ioãnes 1. Dux Brabantiæ, duxit Margaretã filiam Philippi Franc. Regis, obiitq; primo partu: deinde Margaretam filiam Guidonis Com. Flandriæ, quæ liberos quatuor peperit *

Hendricus in Burgũdia monachus.

Godefridus dominus Aitschoti, Birbechæ, Sicheni, ac Sintachtenrodæ, reliquit tantùm filias duas.

Maria vxor tertia Philippi Francorum Regis.

E.

Ioannes secundus Dux Brabantiæ, duxit filiã Eduardi Anglorum Regis Margaretam. Obiit 1312. sepultus Bruxellæ.

Ioannes 3. Brab. Dux, obiit anno 1355.

Godefridus in cunis obiit.

Margareta vxor Hendrici Com. Lutzenburgij Imper. huius nominis septimi.

Maria nupsit Comiti Sabaudiæ.

Hẽdricus.

Godefridus.

Ioannes.

Ioãna nupsit bis.

Margareta vxor Lodouici Malani Co. Flãdriæ, genuerunt

Maria vxor Reinoldi Ducis Geldr.

Nothus, Ioannes natus ex Elizabetha de Gottingnies, cuius filius etiam nomine Ioannes nuptiis Ioãnę Bouterzemię factus est dominus Bergarum ad Schaldim, ac Baro Grimbergæ.

Margaretã Comitem Flandr. hæredẽ Brabantiæ: nupsit Philippo Audaci Burg. Duci, peperit liberos septem, è quibus hi apud Brabãtos imperarũt

Ioãnes Intrepidus Dux Burg Com. Flandriæ ac Artheſiæ genuit

Antonius Dux Brabantiæ ac Limburgi, duxit Ioãnam hæredem Vualerani Lutzẽburgij Com. Fani D. Pauli ac Lignij, eaq; mortua Elizabethã Lutzẽburgij Ducem, idq; an. 1408. vbi fuit inauguratus an. 1411 Periit cũ fratre Philippo prælio Azincurtiano anno 1415. nullis ex Elizabetha susceptis liberis, sed è Ioanna filiis duobus

Philippũ Bonũ Ducem Burgundię ac Brabãtiæ, post mortẽ patruelium è patruo Antonio, genuit

Carolum Pugnacẽ Ducem Burgũd. ac Brabãtiæ, qui vnicam filiam genuit

Mariã Ducem Burgundiæ ac Brabantiæ vxorẽ Imperatoris Maximiliani primi, è quib. sunt nati ——

Ioannes 4. Dux Brabantię, obiit anno ætatis suæ vigesimo quarto, nullis relictis liberis è Iacoba Bauara Hollandiæ, &c. Comite, filia Guilielmi sexti Holl. Comitis. Instituit hic Ioãnes Academiam Louanienſem, vbi cœptũ est doceri an. 1426. Calendis Nouembribus, cùm ipse extremum diem clausisset decimoquarto Calendas Maij eiusdem anni. Sepultus est Vuræ.

Philippus Comes Fani D. Pauli ac Lignij factus est post fratris mortẽ Dux Brabantiæ ac Limburgi. Vxore nondum ducta, obiit ex apostemate in pectore nato, in arce Louanienſi anno 1430. vbi expectabat Iolam filiam Lodouici secundi Angium Ducis quam in vxorem erat ductus. relictis è concubina filiis nothis duobus, Antonio, nimirum ac Philippo, qui Brabanti sunt cognominati. successit illi patruelis è patruo Ioãne natus Philippus Bonus Burgundiæ Dux, &c.

Franciscus ac Georgius infantes obiere.

Philippus Burgundionum ac Belgarum Dux, suscepit è Ioanna filia Ferdinandi altera, Hispaniar. Regis, hos liberos. Obiit anno 1506. ætatis suæ anno 28. Burgos in Castella vbi apud Cartusianos est sepultus.

Margareta desponsata Carolo 8. Franc. Regi ab eo repudiata, nupsit Ioanni filio vnico Ferdinãdi Castellæ ac Aragoniæ Regis, cui filium peperit, sed qui mox cum patre obiit. Tertiò nupsit Philiberto Duci Sabaudię, quo etiam breui mortuo in Belgas rediens nomine Caroli nepotis ex fratre ibi gubernauit. Obiitque nullis relictis liberis, Mechliniæ, vbi ferè semper habitabat.

Nothi Imp. Maximiliani liberi,

Georgius Antistes Leodiẽsis

Filia nupta Comiti Rochefortio.

Altera Francisco Melunio primo Espinoij Principi.

Tertia Com. Emdani fratri.

Quarta Comiti Hillio.

Carolus Rex Hispaniarum Princeps Burgund. ac Belgarum, Imp. huius nominis quintus. Obiit anno 1558. cùm suscepisset ex Isabella Lusitana Regis Emanuelis filia liberos hos——

Ferdinandus Rex Bohemię ac Hungariæ, Archidux Austriæ, Tirolis, Carinthiæ.

Maria vxor Lodouici Regis Hungariæ à Turcis occisi, Gubernatrix Belgarum.

Leonora nupta Frãcisco primo Franc. Regi, nõn peperit.

Elizabeth coniux Christierni Regis Daniæ.

Catharina vxor Ioannis Regis Lusitaniæ.

Ferdinandus infans obiit.

Philippus Monarcha Hispaniarum Rex, Siciliæ, Neapolis, &c. Dux Burgundionum ac Belgarum, primò duxit Mariã filiam Ioannis 3. Regis Lusitaniæ, peperitque Carolum, qui vxore non ducta obiit anno 1568. Secundò duxit Mariam filiam Hendrici 8. Anglorum Regis, quæ non peperit. Tertiò Elizabetham filiam Hendrici 2. Francorum Regis, peperitque Elizabetham ac Catharinam. Quartò duxit Annam Mariam filiam Imp. Maximiliani secundi, quæ peperit Carolum, Lautentium, Iacobum, Philippum.

Ioanna vxor Ioannis Principis Lusitaniæ filij Regis Ioannis 3. cui peperit Regem Sebastianum in Africa occisum, nullis relictis liberis.

Maria vxor Maximiliani secundi Imper.

Liberi nothi.

Margareta primò nupsit Alexandro Medices Duci Florentiæ, qui sine liberis obiit. Deinde Octauiano Farnesio Parmę Duci, cui peperit.

Ioãnes Austriacus vxore nõ ducta apud Belgas obiit an. 1578.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A. NOMINIS Brabantiæ etymologia est incerta, quòd quæ de Anchise ac Brabonibus scribuntur, meræ sint fabulæ. Ego mihi persuasi à Bratuspantiis regioni nomen mansisse, de quibus Cæsar Commentarior. lib. 2. loquitur. Excisa enim eorum vrbe huc superstites migrasse credo, nomenq; seruasse, ac sensim ex Bratuspant factum Brabant, vnica è vocis medio detracta syllaba. Chronica Hollandiæ in vita Theodorici tertij scribunt Aufridium Antistitem Vltraiectensem, Comitem Huiæ, Teisterbantij, Bratuspantiæ ac Rhiæ, dominum in Altena, in epistola quadam his vti verbis: In Comitatu nostro Rhiensi ac Bratuspantiæ, cuius sunt ditionis pagi Vuesterlo, Osterlo, Mirbeka, Honbeka, Burenta, quos etiam hodie pagos Brabātia nouit, quemadmodū & Comitatum Rhiensem, cuius est caput Antvuerpia. Titulum Ducatus à Lotharingis manasse certum est, quòd longo tempore hæ duæ regiones vnum habuerint Principem, separatimq; communem titulum vtraque ditio seruauit. Non enim reperitur Principem aliquem Brabantiam in Ducatū erexisse, aut Comitatus titulum habuisse quemadmodū Louanium.

B. Godefridus hic dictus est Barbatus, quòd patri iurasset non se eam positurū quàm ex Lotharingia ac Bratuspantia Proceres Arduennates (qui eas vi possidebāt) expulisset, ac ad veros Gerbergæ successores transtulisset, quod hac ratione est consecutus. Mortuo Eustatio Bolonię Comite, fratres eius Godefridus ac Balduinus in Syriā cōtra Mahumetistas profecti, Boloniam commendarunt cognato suo Hendrico Comiti Limburgensi, qui partes Hendrici 4. Imp. secutus, captus fuit ab Imp. Hendrico 5. ac nō prius dimissus, quàm Boloniam, Lotharingam, ac Bratuspantiam sibi reddidisset, quæ morte prædictorum fratrum Godefridi ac Balduini illi cesserāt. Et quoniā Godefridus Barbatus in vxorem duxerat sororē Imp. Hendrici 5. dedit illi anno 1108. Lotharingiā ac Bratuspantiam posteaquā 15. annis Com. Louaniēsis fuisset; quo obliterato titulo se deinceps Ducē scripsit Lotharingię ac Bratuspantię, centesimo anno posteaquā inde Gerberga foret exacta ab Arduennatibus. Hēdricus Limburgi Comes sese opponens armis est repulsus. Exinde Godefridus Barbatus conuocatis Ordinibus à Bratuspantiæ nobilibus iusiurandum fidelitatis exegit, qui omnes paruere, excepto Arnoldo Bertottio Grimbergæ domino, qui propter potētiam Godefridum Barbatum dominū agnoscere nolebat. Possidebat enim Bertottius Grimbergā, Mechliniā, Duffelam, Vualemū, Rumstam, Heistum, Herlaram, Gelam, Rethū, Berlaram, Postellum, ac alia multa, potentissimis familiis per nuptias sanguine erat iūctus. Cùm ventum esset ad bellum, superatur Godefridus, obiitq; an. 1140. filius Godefridus 2. felix fuit contra Limburgios, sed infelix contra Grimbergenses. Godefridum 3. cùm pater moreretur, adhuc in cunis degentē Grimbergij inuadunt. Diesq; Vuesemali, Birbechi, ac Vuesemali reguli pueri, Curatores impetrant auxiliū à Theodorico Alsacio Flandriæ Comite, ea conditione, vt cùm Dux adoleuisset, Brabantię Ducatum à Comite Flandrię, vt Clientelare beneficium, repeteret. Brabātiæ cum Flandrorum auxiliaris in aciem prodeunt, Ducemq; Godefridum in cunis vagientem arbori suspendunt, vt miles Brabantus præsentia eius animaretur. Exinde cum Grimbergiis congressi memorabilem obtinent victoriam, cęso Arnoldo Bertottio, Gualtero Virsonio, Ioāne ac Sigberto Bredano, Hendrico Honbekano, cum maxima aduersæ partis nobilitate: tanta hic clade Grimbergij affecti, vt nūquam posteà bellum resumere potuerint, sed se victos fassi, Duci Godefrido 3. sacramentū dixerint, acceptis ab eo legibus, inter quas fuere, vt in ditione Grimbergensi non filius natu maximus, sed natu minimus ad beneficiaria bona admitteretur, quòd natu maximus excitata rebellione tot clades procurasset. Godefridus vir factus, cùm in Flādriam profectus tutorum fidem liberare vellet, audita conditionis indignitate, respondit, sese è vestigio mori malle quàm satisfacere. Admiratus Flander adolescentis magnanimitatem quindecim tantùm annos nati, contentus fuit pro dato auxilio, oppido ac ditione Teneramundana, quę eò vsque Brabantici iuris fuerant, eaque in perpetuum Flandriæ sunt annexa, remissis cæteris conditionibus, tabulisque discerptis. Duxit Godefridus tertius anno ætatis 17. Margaretam filiam Comitis Limburgi, remittens ei his nuptiis omne ius quod in Brabantiam allegabat.

C. Chronica Brabantiæ volunt hunc Hendricū, non Godefridum Barbatū primum Brabantiæ Ducis titulum prætulisse, sed secus se res habet. Fateor tamen hunc fuisse primum, qui Brabantiæ Ducis titulum, omisso Lotharingiæ, solùm scripsit, successores tamen vtrumq; iterum resumpsere. Frater eius natu minimus è Sophia natus Hendricus quoque appellatus iure materno fuisset post mortem auunculi Hermanni Lantgrauius Thuringiæ: sed pulsus ab Alberto Marchione Misniæ, cuius mater Iuditha filia etiam fuit Ducis Thuringiæ, coactus est Hassiæ Lantgrauiatu contentus esse, vno in scuto miscens insignia Thuringiæ, Hassiæ ac Brabantiæ.

D. Ioannes primus hac ratione Limburgi Ducatum est adeptus. Cùm Hendricus Dux Limburgi sine liberis moreretur, proximus de iure hæres Adolfus Montium Comes ius suum vendidit Ioanni primo Brabantiæ Duci. Sed Reinoldus Geldriæ Comes intercedens dicebat se propinquiorem Hendrici Limburgensis esse hæredem. Orto hac de causa inter eos bello cum Geldro stabat Adolfus Nassauuij Comes posteà Imperator: Hendricus Lutzenburgij Comes cum fratre Vualerano, Vualrauius Valkenburgius, Comes Meurlij, Antistes Coloniēsis, vēdiditq; Gelder antequā ad manus venirēt actionem suam Limburgicam Hendrico Comiti Lutzenburgensi. Cum Brabanto erant, Comes Montium, Comes Cliuæ, multiq; alij Principes, acriterq; est dimicatum in ditione Colonienśi, prope Arcem Vuoroncanam. Sed superatus Gelder ac captus, non fuit dimissus quàm Ioanni Brabanto omnem actionē quam in Ducatu Limburgensi allegabat absolute cessisset. Periere Comes Lutzenburgius cum fratribus, Gualterus Bertottius Mechliniæ pro parte dominus. Capti sunt Comes Nassauuius, Antistes Colonienśis, Valkenburgius. Ex hoc tempore Limburgum Brabantiæ fuit vnitum. Ioannes secundus emit ab Hugone Antistite Leodiensi partem vrbis Mechlinienśis; alteram enim tum possidebat Ioannes Bartottius patronum agnoscens primum Ecclesiasticum ordinem Leodiensem, deinde Ducem Brabantiæ, qui vrbi immunitates multas contulere, ac inter cætera forum Piscium, Salis ac Auenæ; quod ægrè ferentes Antvuerpiani, obtinuere ab Imperatore Hendrico septimo, vt ipsis dicta fora restituerentur; coactusq; insuper est Brabantus Ecclesiæ Leodiensi, rescissa emptione, vrbis Mechlinienśis alteram restituere partem, quæ eam paulò pòst vendidit Lodouico primo Flandriæ Comiti, quemadmodum illi & suam partem vendidit Reinoldus secundus Geldriæ Dux, nomine filiæ suæ vnicæ, quam susceperat è Sophia, filia ac hærede vnica Florentij Bertottij Mechlinienśis pro parte domini postremi. Sed Lodouicus Malanus Flandriæ Com. iam dicti filius, vtramque vrbis partem dedit, cessitque Ioanni tertio Brabantiæ Duci, apud cuius exinde successores in hunc vsque annum mansit. Quæ Ioanni tertio pro ditione Heusdana fuerit controuersia cum Hollandis, ac Sassenbergæ Regulo, lege in Genealogia Heusdana.

E. Ioannes tertius duxit Mariam filiam Lodouici Comitis Eureusij, qui filius fuit Philippi tertij Francorum Regis, ex altera eius vxore, quæ fuit Maria filia Hendrici septimi Ducis Brabantiæ, peperitque filios tres, ac totidem femellas. Hendricus natu maximus viuo patre appellatus Dux Limburgi, ducta filia Ioannis Valesij Francorum Regis sine liberis obiit. Godefridus secundo natu, ducta filia Ducis Borbonij, liberis quoq; non procreatis decessit è viuis. Ioannes natu minimus, vxore nondum ducta, inter viuos esse desiit. Ioanna filiarum natu maxima Dux Brabantiæ primò nupsit Guilielmo quarto Hollandiæ Comiti, eoque sine liberis mortuo, Vuenceslao Duci Lutzenburgensi. Sed obiit Ioanna anno 1406. nullis relictis liberis. Natu minima Maria nupsit Reinoldo Geldriæ Duci, qui cùm sine liberis anno 1361. moreretur, viduitatis suæ annos exegit apud sororem Ioannam Brabantiæ Ducem, moriens quoque sine liberis anno 1398. sepultaque est Bruxellæ apud Franciscanos. Proinde nil mirum si Ducatus Brabantiæ ac Limburgi peruenerint ad filiam Margaretæ, filiæ natu secundæ Ioannis tertij Brabantiæ Ducis, vxoris Lodouici Malani Comitis Flandriæ, vt in Genealogia patet. Habuit Brabantia Principes, primùm è stirpe Caroli magni: deinde è familia Comitum Arduennæ: posteà è stirpe prima Comitum Hannoniæ: quartò è stemmate Ducum Burgundiæ stirpis Capeticæ: Postremò ex illustri Austriacorum genere stirpis Habspurgicæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A.

- Lidericus Buc primus Flandriæ Foresterius, filius fuit Saluarti Principis Digeonēsis, creatus à Dagoberto Franc. Rege anno 621. Duxit Rothildim filiā Clotarij Franc. Regis, huius nominis secundi, quā ei sexdecim filios peperisse scribūt, è quibus natu maximū capite truncari ob rebellionē iussit. Ipse admodū senex anno 692. è viuis decessit, duobus tantùm hisce filiis illi succedentibus, cùm de cæteris nil planè reperiatur.
- Antonius Buc Flandrię Foresterius vir fuit impius. Periit cum omnib. liberis, occisus à Danis, succedente fratre
- Boscharto Flādrię Forestario, è qua à Theodorico Franc. Rege est pulsus, tātùm ei relicto Harlebechi dominio. Exinde Flandria centum ferè continuis annis à Danis ac Nortmannis miserè fuit vexata. Successit illi filius
- Estoredus Harlebechi dominus, ac tādem iterum Flādriæ Forestarius, qui auxilio Caroli Martelli Nortmānos Flādria expulit, obiitq; an. 792. relinquēs ex vxore Idonia filium
- Lidericum 2. Flādriæ Forestarium. Duxit vxorem è Germanis nomine Flādrinam, à qua regioni nomen māsisse quidam volunt. Carolus magnus eū Harlebechi Comitē fecit, obiitq; an. 836. relicto filio
- Ingelrano Flādriæ Forestario ac Comite Harlebecano, qui multa Flādriæ oppida ad mare sita muro cinxit, ac inpleriq; Arces extruxit. Obiit anno 852. successit illi filius
- Odoacer Flādriæ Foresterius. Comes Harlebechi, qui Gādauum primus muro cinxit, ac Toroti, Casselij, Audenardæ, arces ædificauit. Duxit filiam domini Fani D. Odomari, moriēs an. 863. cùm ei esset natus filius

B.

- Balduinus cognominatus Ferrea manus, ob fortitudinem. Creatus est ab Imperat. Carolo Caluo anno 862. primus Flādrię Comes. Obiit ac sepultus est Atrebati Metropolitum Flādriæ, anno 877. successitq; ei filius
- Balduinus 2. dictus Caluus, Comes Flandriæ, cinxit muro Brugas, Iperas, Bergam, Fanū Odomari. Duxit Elftrudam filiā Eifredi Regis Angliæ, obiit anno 919.
- Eudo Comes Cameracensis, periit pugnans cōtra Hubertum Comitem Veromanduorum.
- Arnoldus primus Comes Flandriæ instituit Burchgrauios Gandenses? Duxit Aleidam filiā Roberti Co. Veromandui. obiit anno 964. ætatis suę 92.
- Adolfus.
- Elgifredis.
- Elfstrudis.
- Baldinus 3. Com. Flandriæ cedente patre Duxit Matildim filiā Henrici Ducis Saxoniæ. Obiit anno 97. sepultus ad Fū D. Odomari Abbatia Diœcesi.
- Lutgardis
- Elfridis.

Arnoldus secundus Comes Flādriæ, duxit Rosiam Berengarij Regis Lombardiæ filiā. Obiit anno 988. decimatertia Martij.

Ioanna vxor Godefridi Comitis Montibus Hanoniæ.

Balduinus quartus Com. Flandriæ, obtinuit ab Imper. Hendrico secundo Vualachriā Zelandię insulā causam multarū calamitatum. Duxit Ogniam filiā Gilberti Comitis Lutzenburgij. Obiit anno 1034. relicto vnico filio

- Mahteldis.
- Albertus.
- Theodoricus.

Balduinus 5. Comes Flandriæ, duxit Aleidam filiā Roberti Capeti Frā corum Regis. Obiit ann. 1067. sepultus est Insulis quāvrbem valde munierat, arcemque ibi ædificarat, ac in fano D. Petri Collegium Canonicorū instituit, ob hanc rē appellatus à nonnullis Insulanus, ab aliis Bonus. reliquit liberos tres.

C.

Balduinus 6. Com. Flandriæ ac Hannoniæ causa vxoris. Obiit 1070. genuit

- Arnoldum tertium Comitem Flandriæ tantùm. Interfectus in pugna à patruo Roberto Frisio an. 1072. obiit sine liber.
- Balduinum Comitem tātùm Hannoniæ, Flandria à patruo iam dicto exactum, quam eius posteri recuperarunt.

Robertus Frisius pulsis nepotibus vi Flādriā occupat. Obiit an. 1077 cùm ei nati essent liberi sex ex Gertrude vi dua Florētij 1. Holl. Com. cū qua Hollandia est pulsus à Godefrido Gibboso Lotharingię ac Arduennæ Duce.

- Robertus Frisius alter Comes Flandriæ. Obiit anno 1111. sepultus Atrebati, suscepit
- Philippus Burchgrauius Iperensis, genuit tantum filiam domino à Lo nuptam, qui filium genuerunt nomine
- Balduinus Antistes Terouanensis.
- Maria Abbas Messinensis.
- Adela nupsit Canuto Regi Daniæ, cui peperit filium qui ob vitæ sanctitatem, ac morum probitatem ab omni hominum ordine est dictus
- Gertrudis primò nupsit Comiti Louanien si, eoq; sine liberis mortuo, Theodorico Comiti Alsaciæ, cui filios duos peperit, è quibus natu minor Simon Alsacius duxit Margaretam hæredem Hennini Lietarti, vnde sunt orti Henninij ac Bossuij. Natu maior fuit
- Guilielmum ac Philippum qui ante patrem obiere.
- Balduinū septimū Flandriæ Comitem, qui vndecim nobiles strangulari iussit, quòd tres mercatores spoliassent ac interfecissent, propria manu morte eorum promouēs. moriēs sine liberis hæredem testamento scripsit Carolum Bonum patruelē natū ex amita Adela ac rege Canuto.
- Guilielmū à Lo Burchgrauium Iperensem, qui frustrà pro Comitatu Flandriæ laborauit.

D.

- Carolus Bonus Comes Flādriæ post obitū Balduini 7. frustrà negotium facescente Guilielmo à Lo. Obiit sine liberis, succedēte Guilielmo Nortmānię Duce, quo brevi ob tyrannidē ejecto, Flandri Theodoricū Alsaciū legēre.

E.

- Theodoricus Alsacius, quem Flandri, remoto ac interfecto Guilielmo Nortmanno, Flandriæ Comitem elegere, obiitque anno 1168. cùm ei essent nati liberi octo *

Balduinus Normannia exactum, post obitum Caroli Boni, Flandriæ Comitem. Sed etiam Flandria ob sæuitiam pulsus anno 1129. sine liberis obiit, succedente illi vnanimi Flandrorum cōsensu Theodorico Alsacio, de quo in litera E.

F.

- Philippus Alsacius è duabus vxoribus non susceptis liberis, obiit ann. 1192.
- Margareta Comes Flādrię, peperit Balduino quarto Comiti Hannoniæ ac Namurci, hosce liberos
- Matthæus.
- Gerardus.
- Balduinus.
- Petrus.
- Gertrudis.
- Mahteldis.
- Balduinus 9. Comes Flādriæ ac Hānoniæ, duas tantū genuit filias è Maria filia Hēdrici Comitis Campangæ
- Ioannes.
- Philippus.
- Hēdricus.
- Elizabeth.
- Iola.
- Sibylla.
- Ioanna Comes Flandriæ ac Hannoniæ liberos non peperit Ferdinando Sancij, Lusitaniæ Regis filio, nec Thomę, filio Thomæ Comitis Sabaudiæ. Ipsa obiit anno 1243.
- Margareta Comes Flandriæ ac Hannoniæ, nupsit Guilielmo Borbonio Damperrę Regulo, Arcembaldi Borboniæ Comitis fratri. Ipsa obiit anno 1279. cùm peperisset tutori suo Buscharto Auennensi Canonicorum Insulis Præfecto, cui virgo commissa fuerat in tutelam, extra matrimonij ordinem filios duos nothos, ac Guilielmo Damperro marito suo liberos quatuor nothis natu minores.

Nothi.

- Ioannes Auennensis Com. Hannonię (ita pactus cum legitimis fratribus) pater Ioannis Co. Han. Holl. Zel. ac Frisi.
- Balduinus Auennæ dñs, sine lib. obiit.

Damperræ liberi.

- Guilielmus Com. Flādrię, facta transactione cum Ioanne fratre notho. Obiit 1281. nullis è Beatrice Hendrici 6. Brab. Ducis filia susceptis liberis.
- Guido Damperrus Co. Fland. primò duxit Mahteldim filiam Roberti Betunien sis: deinde Elizabetham Lutzenburgicam Comitem Namurci filiam Hendrici Lutzenb. Comitis, Ipse obiit 1304. ætatis suæ 80. multos relinquens liberos
- Ioannes Com. Namurcensis.
- Maria Abbas Flinesij.

G.

- Robertus tertius dictus Bethunien sis Comes Flandr. è posteriore vxore
- Obiit 1322. 13. Cal. Octob.
- Guilielmus.
- Balduinus infans obiit.
- Ioanna Margareta.
- Philippa Beatrix.
- Guido Ioanna.

Ex altera vxore

- Ioannes Com. Namurci.
- Guido Dominus Richeburgi.
- Henricus Com. Lodæ.
- Margareta.
- Philippa.
- Catharina.
- Adela.

Lodouicus dictus Comes Niuersij, duxit Mariam filiam ac hæredem Iacobi Comitis Rethellij ac Duchij, obiitq; Parisiis anno 1322. vndecimo Cal. Augusti duobus fermè ante patrem mensibus, cùm ei essent nati

- Robertus.
- Ioanna.
- Iola.
- Mahteldis.
- Hendricus.

Lodouicus primus post aui mortem Comes Flandriæ, duxit Margaretam filiā Philippi Longi Francor. Regis. Periit pugna Crecíaca contra Anglos cum Francis pugnans an. 1346. cùm genuisset

Margareta vxor Ioannis Comitis Montfortij apud Britones, vnde Duces sunt nati. Nonnulli malè Claudiam appellant.

Lodouicus secundus dictus Malanus à natali castro, Com. Flandriæ. Duxit Margaretā filiam Ioannis tertij Brabantiæ Ducis. Hic primus apud Flandros monetam auream cudit. Causa patris fuit Com. Flandriæ, Neuersij, Rethellij: ac iure matris, Comes Burgundiæ ac Artesiæ, quæ omnia reliquit filiæ ac hæredi vnicæ Margaretæ, cùm obiisset anno 1383. sepultus est Insulis.

Margareta Comes Flandriæ, Artesiæ, Neuersij, Rethellij ac Burgundiæ, nupsit Philippo Valesio Duci Burgundiæ, qui cognominatus est Audax, quarum liberos Lector repetiet in Genealogia Capetica Francorum Regum, ac Ducum Brabantiæ. Non enim est necesse easdem res diuersis in locis scribere, Peperit Margareta filios tres, ac filias quatuor. Ipsa obiit anno 1405. sepulta Insulis iuxta patrem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A. ETYMOLOGIAM vocis Flandriæ, cùm Cæsaris tempore incognitam fuisse constet, imò & Taciti, nullus adhuc certam tradidit. Sunt qui à fluctu, aut flatu deducere conentur, sed id durius est ac longiùs petitum, quàm vt fidem mereri possit. Alij à Flamefieu deriuant; quod marini æstus reciprocationem volunt significare, cùm tamen id non doceant. Tertij à Flandrina seminæ nomine: Quarti ab oppido iamdudum exciso, de quo nullius probati scriptoris testimonium adferunt. Sunt qui ab ordinum quodam ductore Stephano Flamberto, regioni nomen datum volunt. Verùm quòd hę aut coniecturæ sint vanæ, aut meræ fabulæ, nil in re incerta lectori obtrudere volens, rem in medio relinquo, quemadmodum & Foresterij nomen, quod nonnulli syluæ tantùm Custodem, alij etiam paludum significare volunt. Qui verò primi fuerint, ac qua orti stirpe, non minus est incertum, quàm ratio nominis Flandriæ. Parua tamen eorum initia, ac non magni nominis Proceres fuisse Foresterios, facile est iudicare, qui eius temporis Flandriæ deserta ac inculta loca considerare voluerit.

B. Balduinum primum Flandriæ Comitem rapuisse volunt Iuditham filiam Imper. Caroli Calui, viduam Eduardi Anglorum Regis, eaq; de causa aliquādiu bello vexatum, tandem facta compositione pacem ac gratiam impetrasse, ornatumq; ab Imp. Caluo nouo Comitis titulo, auctosque fuisse Flandriæ limites ditione Bolonienſi, Guinensi, Fano D. Pauli, Atrebatensi, Terouanensi, denique quicquid Somona ac Schalda amnibus ad mare vsque Oceanum continebatur. Adolfus Arnoldi primi frater Comes fuit appellatus Bolonię ac Terouanæ, de cuius sororibus nil præter nomina inuenio. Filiam eius Lutgardim nupsisse Comiti Vuitmanno reperio, cuius ditionis minimè. Altera filia Elstrudis vxor fuit Friscorini Nortmanni Guinensium Reguli. Arnoldus secundus à Francorum Rege Lothario, fermè omni Flandria fuit exactus, sed intercessione Procerum tandem restitutus. Balduinus quartus Princeps fuit fortissimus. Obsessus enim ab Imp. Hendrico secundo, ac Roberto Franc. Rege Valencenis, coëgit eos indecora pace facta obsidionem soluere. Balduinus quintus abstulit Imperatori Hannoniam, Rithilde hæredę Hannoniæ, filio suo Balduino sexto in vxorem tradita. Profectus est cum Guilhelmo notho Nortmanniæ Duce in Angliam, eique in occupanda insula multum profuit.

C. Balduinus sextus Montensis fuit cognominatus, quòd vi rapta Rithilde filia ac hærede Reineri Comitis Montium apud Hannones in vxorem duxisset. Filius eius natu maior Arnoldus tertius à patruo Roberto Frisio summa cum iniuria Flandria est pulsus, ac tandem in pugna interfectus. Cum Roberto Frisio faciebant, Gandauum, Brugę, Veurna, Berga, Borborgum, Casselium, Cortracum, Audenarda, Harlebecum, Oudeburgum, Iperæ, ac Insulæ: Pro Arnoldo stabant, Atrebatum, Duacum, Tornacum, Fanum Odomari, Bolonia, Ara, Fanum D. Pauli, ac Bethunia. Robertus supra interfecti Arnoldi sepulchrum, eius imaginem gladium manu vibrantem erigi curauit in signum fortitudinis, quam tamen viuo cum vita ac fortunis inuiderat.

D. Carolus Bonus iugulatus est à Vanderstratiis in vrbe Brugensi in templo D. Donatiani sacrum in genua prouolutus audiens, an. 1127. Robertus Frisius iunior Princeps fuit fortissimus, adeò vt à Mahumetistis in Syria appellaretur D. Georgij filius. Duxerat Clementiam filiam Guilielmi Co. Burgundiæ, quæ Clementia mortuo Balduino septimo summo studio annitebatur, vt Guilielmus à Lo Burchgrauius Iperēsis Comes Flandriæ legeretur, sed obtinuit Carolus Bonus.

E. Theodoricus Alsacius Princeps fuit pius ac fortis, qui quater in Syriam contra Mahumetistas est profectus. Primò duxit Margaretam Clermontiam, quæ filiam peperit Laurām. Deinde Sibyllam filiam Focautij Angium Comitis, quæ octies peperit. Auxilium tulit Godefrido tertio Brabantiæ Duci in cuius vagienti contra Grimbergenses, obtinuitq; ea de causa ditionem ac oppidum Teneramondanum, Flandriæque coniunxit. Senex filio Philippo Flandriam tradidit, ac Vuatenei monasterio à se ædificato se inclusit. Ac Philippus Alsacius ratione primæ vxoris Elizabethæ Comes quoque fuit Veromanduorum: altera eius vxor Mahteldis, filia fuit Alfonsi Lusitaniæ Regis, sed è neutra liberos suscepit. Bis est profectus in Syriam, propriaq; manu occidit Nobilionem Albaniæ

baniæ Regem Mahumetistam, qui in luteo scuto Leonem nigrū vnguibus in proximos insurgentem præferebat, quibus exinde est vsus, obliteratis veteribus Foresteriorum insignibus, ac ad successores Flandriæ Comites transmisit. Et quoniam neque ipse, neque fratres liberos genuissent, hæredem testamento instituit sororem Margaretam natu maximam, cuius filiam Elizabetham in vxorem dans Philippo Augusto Francorum Regi pro dote addidit ditionem Atrebatensem, quæ paulò pòst à Rege Lodouico sancto in Comitatum fuit erecta, vt in Genealogia Atrebatensi legere licet.

F. Sub hoc Balduino Flandria ad superiorum Comitum rectam lineam peruenit, vnde à Roberto Frisio vi ac armis fuerat translata. Frater eius Ioannes Comes fuit Namurcensis, quemadmodum & Philippus. Hendricus Imperator Constantinopolitanus. Elizabeth eorum soror vxor fuit Philippi Augusti Francorum Regis ei Artesiam in dotem adferens: Iola Comitis Neuersij: Sibylla Gerardi Lutzenburgij Comitis Lignij.

G. Robertus tertius dictus Bethuniensis, quòd ea in vrbe esset natus, vir fuit manu quàm ingenio promptior, quod traditis Francorum Regi, Insulis, Duaco, cum Orchiaco facilè demonstrauit. Profectus est cum Carolo Angium Duce in Italiam pugnaturus pro possessione regni Neapolitani ac Siciliæ, in pugna sua manu interfecto Rege Manfredo nothio. Primò duxit Catharinam Andegauensem filiam dicti Caroli Neapolitanorum Regis, quæ ei filium peperit Carolum. Hac mortua Iolam filiam Odonis Burgundiæ Ducis, quæ ei Comitatum Neuersij in dotem attulit, quam freno equino interfecit, quòd veneno sustulisset filium Carolum, è priore vxore susceptum. Guilielmus eius frater è priore patris vxore natus dominus fuit Teneramundę: Ioannes Antistes Metensis, deinde Leodiensis: Philippus Comes Thiettæ: Guido Comes Namurcensis: soror Margareta vxor fuit Ioannis primi Brabantiæ Ducis: Beatrix primò nupsit Florentio quinto Hollandiæ Comiti, deinde Hugoni Chastillonio Blosensium Comiti: Ioanna coniux fuit Ducis Iuliacensis. Soror eius Margareta altera patris vxore nata, primùm nupsit Alexandro Scotorum Regi, deinde Reinoldo primo Geldriæ Comiti: Philippa desponsata filio Regis Lusitaniæ: Catharina vxor Tibaldi Ducis Lotharingiæ: Adela Reguli Fresnoij. Robertus filius natu secundus Comitis Roberti tertij fuit dominus Casselij: soror huius Ioanna nupsit Enguerrano Cuchij Regulo: Iola Gualtero Anghianensi: Mahteldis Matthæo Duci Lotharingiæ. Hendricus natu minimus ad Anglos defecit cum eis contra Francos pugnans. Imperauit apud Flandros primò stirps Foresteriorum: Deinde Alsaciorum: Tertiò Borbonionum stirpis Arcembaldici: Quartò Burgūdionum stirpis Capeticæ: Quintò Austriacorum stirpis Hapsburgicæ.

FINIS.

Errata aliquot libri sexti sic castigato.

Pag. 10, litera A. Bonuasios, *lege* Bauuasios. *In B.* Gallos, *lege* Gallam. Guallę, *lege* Guastæ. *Pag. 15.* nolnit, *lege* nolint. *Pag. 17. in. B.* Comiti, *lege* Comite. *Pag. 40. in. C.* Balleuiæ, *lege* Balleuiæ. *Pag. 44. in. B.* nullis editis liberis, *lege* edito filio Guilielmo, qui infans obiit. *Pag. 45. in. E.* magistri, *lege* magister. *Pag. 50. in. F.* Montibus *leg.* Bergis. Primi Maximiliani, *expunge* primi. *Pag. 51. in. G* liberisque ex ea non, *lege* qui liberi ex ea non. *Pag. 56. in. F.* Clarcuancij, *lege* Clarebaucij. *Pag. 69. in. C.* Monnuæ dominus, *lege* Montjoiæ *quatuor occurr.* Bergæ ad Schaldim, *lege* Bergarum. *Pag. 69. in. E.* Eboracensi, *lege* Eboracensis. vxori vxoris. *Pag. 78. in. N.* post mortem, *lege* mortem. *Pag. 84. in fine Genealogiæ Godefridi:* sed vtrique male. *lege* vterque. *Pag. 86.* quod venditio accessisset, *lege* quod venditioni accessisset consensus. *&c. Pag. 88.* Lugdunensem, *lege* Lodunensem. *Pag. 89. in. E.* Cicestriæ, *lege* Glocestriæ. *Pag. 90. in. A.* è quibus nulli, *lege* nonnulli. *Pag. 92. in* Godefrido 2. *lege hoc modo:* Ducis Salisburchi, cuius Lutgardis sororem Imperator Conradus duxerat in vxorem.

In Genealogia Croiaca pag. 48.

Sub litera C, appellatur Antonij Croiaci filia natu maxima Ioanna, *lege* Margareta, *ac expunge*, vt quidam volunt. *In explicatione eiusdem loci statim lit. C. hoc modo legitur:* Antonius Croiacus Guinesij Co. prima eius vxor fuit Ioanna, filia Ioannis Rubasij Harzellæ domini, quæ filiam vnicam peperit Margaretam vxorem Hendrici Montfortiorum apud Vltraiectenses domini.

In Genealog. Lanoia, Pag. 92.

Catharina Lanoia nupsit Gabrieli Iancero, *lege* Insse, *quoties occurrit. In eadem Genealog. reperies* Agnes Lanoia nupsit Antonio Rubasij ac Harzellæ domino, *sed male, quemadmodum & de eius filia, vt ibidem ex copia fuit extracta lacta in Senatu Mechliniano inter Lanoias ac Rubasios, certa de re lis gantes, vbi vterque stemma suum in iudicio est exhibere coactus, reperiuntur hoc modo exhibitum stemma.*

Agnes Lanoia nupsit Ioanni Rubasio Harzellæ domino Equiti Aurei Velleris, qui obiit an. 1449 septima Iunij, relinquens { Petrū Rubasium Harzellæ dūm. Ioānam Rubasiam nuptam Antonio Croiaco, Vuarini, Lilerensij, ac Malaunoij domino.

Legenda circa finem Pres. *pro* Torct.

Genealogiæ Heukelanæ fol. 52. hæc addities

Elizabeth Heukelana, primùm nupsit Iacobo à Tiennes Castresij in Flandria domino, eoque sine liberis mortuo, dispensatione Pontificis Romani, eius fratri Thomæ à Tiennes Castresij, &c. domino, cui filium ac filiam peperit.

In Genealog. Lutzenburgica fol. 52. hæc emendetur:

E. Lodouicus Lutzenb. Comes Fani D. Pauli, è quo sunt nati { Ioannes Lutzenb. — Matia Fani D. Pauli, ac Lignij Comes Anghiani domina, primò nupsit Iacobo Saugio Comiti Raimondo ac Vaudio, & quę sequuntur. Petrus Lutz. Com. Fani D. Pauli duas reliquit filias. Antonius Lutzenb. Carolus Lutzenb. &c. Francisca Lutzenb. vxor Philippi Cluiij Rauastainæ domini.

Pag. 44. initio lit. D. ductaque sorore Richardi secundi, *lege* ductaq; Mahtelde sorore, *&c. Pag. 45. lit. E. expunge hæc:* Philippam nuptam Philippo Cluensi Rauastainæ Regulo.

In Genealog. Cluiæ, pag. 81.

Lege hoc modo: Philippus Rauastainę Regulus, duxit Franciscam filiam Petri Lutzenburgij, cuius pater fuit Lodouicus Lutzenb. Fani D. Pauli Comes Parisiis capite plexus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca